Biblioteka Cywilistyczna U. J.
Dz. VI L. 640 Nr inw. 06947

GAI INSTITVTIONVM

COMMENTARII QVATTVOR

SEPARATIM EX

IVRISPRVDENTIAE ANTEIVSTINIANAE
RELIQVIIS A PH. EDVARDO HVSCHKE
COMPOSITIS

QVARTVM EDIDERVNT

E. SECKEL ET B. KVEBLER

Jus. 4016.
SEMINARYJUM PRAWNICZE I POLIT.
II-191-H
UNIW. JAG.
Wydz. Bibl. Prawnicza
1806165334

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

EDITORVM PRAEFATIVNCVLA.

Gaius natus si non Traiano, certe Hadriano (cf. D. 34, 5, 7 pr.) imperante scripsit sub Antonino Pio, Marco Aurelio, fortasse Commodo. obiisse eum non ante a. 178 inde apparet, quod ad SC. Orfitianum a. 178 librum singularem confecit (D. 38, 17, 9).

Praenomen Gai solum scripta eius prae se ferunt, nomine atque cognomine omissis; nec aliunde haec innotuerunt, quo factum est, ut quidam, vix recte, negarent Gaio aut nomen aut cognomen fuisse.

Unde gentium sit oriundus, nescimus. Romae Gaium ius didicisse, cum paene totus Sabinianorum sectae addictus sit (cf. Inst. 1, 196. 2, 37; 123; 195; 200; 217; 219; 220; 231. 3, 87; 98; 103; 141; 167a; 168. 4, 78; 79; 114), probabile est; Romae eum docuisse et scripsisse, quamvis valde disceptetur, veritati propius accedet.

Nusquam a melioris aetatis iuris consultis Gai opera laudantur neque ab aequalibus neque ab insequentibus, ut Ulpiano et Paulo. quod sane in D. 45, 3, 39 (Pomp. lib. 22 ad Q. Muc., 285 Len.) legitur 'sed qua actione id reciperare possumus (!), quaeremus; et non sine ratione est, quod Gaius noster(!) dixit, condici id in(!) utroque casu posse domino', a Triboniano interpolatum esse non sine ratione suspicari licet. huius de Gaio saeculis II et III alti silentii causae possunt afferri aliae atque Gai

procul a Roma in provincia quadam Orientis collocatum domicilium. nam et nos quorundam lanistarum libellos undecumque concoctos, et si qua alia sunt ad popularem iurisprudentiam aptata opuscula 'aurea' et ea, sicut Sabinianorum postumi Gai, aliquantulum obsoleta, a nostris scriptis ablegamus.

Publice respondendi iure Gaium caruisse (neque enim responsa eius exstant) haud dubitandum. hoc quoque ei evenire potuit, si Romae totam vitam degit.

In Institutionibus ius provinciale respicit quidem (cf. Inst. 1, 55; 193), sed ita parce, ut eum iuris comparatione Romana quaedam illustrare neque vero provinciarum orientalium ius Graeco-Romanum tot tantisque rebus a mero Romanorum iure discrepans accuratius tractare voluisse pateat. et libros ad edictum provinciale Gaium, licet praeterea nemo eius commentator exstitisse videatur, Romae conficere potuisse eo libentius credas, quod hoc edictum a Roma provinciis cunctis, non a provincialibus sibi ipsis conditum est.

Ex Gai sermone partim graecissante natione Graecum eum fuisse, quod quidam coniecerunt, minime probatur; sapere enim Graecitatem non natio solum, sed et disciplina conversatio lectio efficiunt, neque quisquam scripsit Romae Gai aetate, cuius stilus Graeco colore non tinctus sit.[1]

1) De Gai Graecismis egit Kalb in libro, qui inscribitur: Roms Juristen (Lips 1890) p. 79sq. eis, quae vir doctus composuit, liceat pauca addere. particularum coniunctio 'ut ecce' Gaio praedilecta (cf. Kalb l. c. p. 85) conferri potest cum Graeco οἷον ὡς (Theoph. p. 172 Ferr.), quod primum legitur apud Aristotelem Rhet. 2, 23 p. 1397 a. 25. 1397 b. 27. 1400 b. 17. 2, 24 p. 1401 b. 32. Poet. p. 1452 a. 7, apud posteros saepissime invenitur cf. Dahl, Demetrius περὶ ἑρμηνείας, Zweibrücken 1894, p. 33sq. 'ut ecce' dixerunt praeter Gaium et iurisconsultos eos, qui hunc secuti sunt, Macrobius et Pompeius Grammaticus p. 99, 12. 106, 14 K. — Constat nullum omnino praeter Gaium dixisse 'statim ab initio' (cf. V. I. R. p. 57, 6), quocum licet comparare Graecum εὐθὺς παραχρῆμα, quod scripsit ex gr. Xenoph. de republ. Laced. 8, 4. Antiphon Pharm. 20. Isaeus 1, 11. 3, 7 (ὡς μὲν ἔδοξε παραχρῆμα εὐθὺς τότε τὰ

Stationi alicui, ad quam auditores ex Orientis provinciis adfluxerint undeque refluxerint, Romae Gaium prae-

ψευδῆ μαρτυρῆσαι Νικόδημος, ἐπιδέδεικται). 3, 48 (*καὶ εἰ ἦν ἀληθῆ ἃ νυνὶ τετόλμηκας μαρτυρῆσαι παραχρῆμα, εὐθὺς τότε ἐτιμωρήσω ἂν τὸν ἀδικοῦντα*). Demosth. 29, 15. — item contra, 1, 81; Dig. 3, 3, 46, 5 (cf. Cic. Top. 4, 23 Bell. Hisp. 1, 3), item ex diverso 1, 39, rursus ex diverso 3, 201, rursus ex contrario 2, 52 comparari possunt cum Graeco *πάλιν αὖ, πάλιν αὖθις*, quod tam frequenter incurrit, ut exempla adferre supersedeamus. — Quod Gaius dixit 3, 160 alterutrius alicuius, abundante 'alicuius', quod Huschkius perperam delevit, hoc nos meminisse iubet Graeci *ἑτερός τις*; unum aliquod negotium 3, 148 et una aliqua res Dig. 29, 4, 13; 16, quae cum Graeco *εἷς τις* componi possunt, quominus adferamus, impedimur eo, quod similia inveniuntur etiam apud Ciceronem. contra illud Gaio proprium 'duorum alterum aut — aut', quod legimus Dig. 35, 2, 73, 1 (libro XVIII ad ed. prov.) et Inst. 1, 1, 2, in paragrapho certe ex Gaio sumpta, quin idem sit atque Graecum *δυοῖν θάτερον ἤ — ἤ* (exempla habes in Kruegeri Grammatica § 57, 10, 11; add. Plat. Phaedon. p. 66 E. 76 A. 102 E. Charm. p. 160 B. Polyb. 3, 90, 11. 22, 11, 7. Dionys. 2, 20. 3, 30. Diodor. 13, 105, 3. 14, 58, 4. Appian. b. c. 4, 68. Chariton 2, 10, 4. 3, 5, 6. 5, 6, 9. Procop. de bell. Goth. 4, 14, 25), dubitari nequit. — Singularis illa constructio, quae legitur 2, 123: 'nullo iam filio impedimento' aut, quod saepius invenitur, 'semel' cum participio absoluto (2, 41; 257. 4, 108), nescio an potius originem Graecam demonstrent quam Latinam. — Ne soloecismis quidem Gaius abstinuit. ubi secundum usum sermonis Latini exspectamus 'se', dixit: 'eum' 2, 252. 3, 198, 'eorum' pro 'sua' 1, 3, et versa vice 'sibi' pro 'ei' 3, 119. 179, 'se' pro 'eo' 4, 21. conferri potest etiam 2, 96 'cum istarum personarum nihil suum esse possit'. scripsit 'uenient' pro 'uenibunt' 2, 155, ac si fidem habere licet codici Veronensi, veniri 1, 160. 2, 155. 3, 146, transiebat 1, 111 (haec nos emendavimus); num recte traditum sit, quod legitur Dig. 38, 1, 19 'satis tempus', dubitare licet; similia inveniuntur apud auct. ad Herenn. 1, 1. Vitruv. 5, 6, 5 (cf. Madvig. de fin. 2, 84). cave tamen ex his omnibus effeceris Gaium hominem vere Romanum non fuisse, cum praesertim memineris 'transiet' iam Tibullum 1, 4, 27 scripsisse, postea Senecam quoque nat. quaest. 3, 10, 134, 'exiet' legi apud eundem Senecam Epist. 17, 9, 'iniet' Senec. de benef. 2, 1, 2, 'ueniet' in titulo Romano C. I L. VI, 13203 = Bruns Font. I⁷ p. 377 n 2 et in novo fragmento metalli Vipascensis l. 42 (Bruns I⁷, 295), 'veniri' in titulo Romano C. I. L. VI, 2106 (Bruns I⁷. 377). cf. etiam, quae adnotavit Kuebler ad Mommsen, Juristische Schriften II p. 33 n. 18.

fuisse si quis credere velit, eum vix aegreque redarguas horum Graecorum more etiam praenominis Gai usus Romae inolevisse potest.

Ad docendum scribendumque omne studium Gaius contulit. conscripsit ante Institutiones libros ex Quinto Mucio et edicti interpretationem (cf. Inst. 1, 188; utrum ad edicti praetoris urbani an ad edicti provincialis commentarios, utrosque sub Antonino Pio confectos, haec verba referenda sint, dubitatur), aut post Institutiones aut incerto tempore alia, in summa centum fere libros.

Excellit noster minus ingenio profunditate doctrina sagacitate inventione quam levitate elegantia perspicuitate simplicitate explanatione. quae virtutes pedestres secundi ordinis iuris consultum eum labentibus saeculis commendaverunt, quae et laudibus eum extulerunt et triverunt manibus (cf. ex. gr. C. Th. 1, 4, 3 a. 426). utrum Ulpianus in elaborando regularum libro singulari, qui ad verbum multis partibus cum Gaio convenit, Institutiones Gaianas adhibuerit an potius ex fonte eodem quo Gaius, ceterum ignoto (Sabini vel Sabinianorum alicuius) hauserit, in incerto relinquimus. Iustinianas Institutiones Gaianis praecipue niti nemo est qui ignoret.

Institutionum commentarios[1] quattuor, opus introducendis in iuris disciplinam tironibus tam destinatum quam aptum, Gaius partim ante Nonas Martias a. 161, partim post exaravit, cum Antoninum Pium vivum primo laudet (Inst. 1, 53; 74; 102. 2, 126; 151a), deinde divum appellet (2, 195). libros quattuor una omnes potius quam singulos deinceps publicavit. libros dicimus; namque Institutiones nostras dictata Gai praeceptoris esse currente calamo in auditorum pugillaribus excepta et ab ipso Gaio publici iuris facta, ideo videtur refutandum, quia et orationis nitor et in rebus componendis diligentia pessumdari via illa solent neque verisimile est ma-

1) commentarius quid significet, optime exposuit R. Frese, Beiträge zur Beurteilung der Sprache Caesars, München 1900. p 11 sq.

gistrum quae praesto sunt omnia pandendo scholas suas evacuare.

Ordinem rerum tractandarum, id est personarum rerum actionum trichotomiam (vid. Conspectum in calce editionis nostrae additum), Gaius non excogitasse, sed in fructu habuisse censendus est. hoc ordine delineat ius privatum ordinemque iudiciorum privatorum, in unum corpus conflato iure civili ac praetorio. verumtamen desiderantur multa, ex. gr. iura dotis, castrensis peculii, pignoris hypothecaeve, longi temporis praescriptionis, querellae inofficiosi testamenti, contractuum qui dicuntur innominatorum, SCC. Vellaeani, Macedoniani.

Codicem Veronensem (bibliothecae capitularis num. 13) bis vel ter rescriptum saeculi V vel VI, quo unico exceptis fragmentis quibusdam genuinus Institutionum contextus nobis servatur, Bartholdus Niebuhr a. 1816 repperit (de uno folio non rescripto vid. infra not.* ad 4, 134). tria folia codici desunt. duodecima fere pars legi nequit. scriptura duarum manuum, quarum prima libros I—III, secunda librum IV absolvit, mendis scatet. de lectione codicis perdifficili legendo meriti sunt imprimis J. F. L. Goeschen, deinde F. Bluhme (schedas quae dicuntur Bluhmianas conficiendo), postremo optime G. Studemund (Gai Institutionum commentarii quattuor. codicis Veronensis denuo collati apographum ed. G. Studemund. Lipsiae 1874; Supplementa ad codicis Veronensis apographum Studemundianum composuit G. Studemund, in Collectionis librorum iuris anteiustiniani edd. Krueger Mommsen Studemund tomo I, ed. 5. Berol. 1905 p. XVII—XXXIX).

Editionum inde a Goescheni principe a. 1820 saeculo XIX iterum atque iterum typis mandatarum notamus hasce:

Gaii Institutionum comm. IV ed. Boecking. Bonn. a. 1837. 1841. 1850. Lips. 1855. 1866.

Gai Institutiones ad codicis Veronensis apographum Studemundianum edd. P. Krueger et G. Studemund. Berol. 1876. 1884. 1891. 1899. 1905.

Syntagma Institutionum novum. Gai Institutiones iuris civilis Romani secundum Guilelmi Studemund cod. Ver. collationem edid. emend. notisque illustravit, appositis Iustiniani Institutionibus, iis quidem ex recensione Pauli Krueger fere repetitis, ad locos deperditos lumina adiecit ex epitome Gaiana, Ulpiani fragmentis aliisque B. I. Polenaar. Lugd. Batav. 1876.

Institutionum et regularum iuris Romani syntagma ed. R. Gneist. Lips. 1880.

Institutes de Gaius d'après l'apographum de Studemund, contenant 1° Au texte, la reproduction du manuscrit de Vérone sans changement ni addition. 2° Dans les notes, les restitutions et les corrections proposées en Allemagne, en France et ailleurs, suivie d'une table des leçons nouvelles par Ernest Dubois. Paris 1881.

The Institutes of Gaius and Rules of Ulpian, the former from Studemund's Apograph of the Verona Codex, with translation and notes, critical and explanatory, and copious alphabetical digest, by James Muirhead. Edinburgh 1895.

Nostra editio in usum academicum parata praecipue nititur apographo Studemundiano — nobis V — iterum diligenti cura adhibito. Philippi Eduardi Huschke coniecturas, ubi eximium viri ingenium redolent, respeximus, ubi plus licito audent vel aut Latinitatem aut ius offendunt, reiecimus. artem nesciendi satis fortiter ex praestanti Studemundi consilio exercuimus. aliorum virorum doctorum coniecturas memoratu dignas, imprimis Pauli Krueger adnotavimus (de ceteris cf. ed. Dubois 1881). ubi in apparatu critico supplementa proponimus, litteris diductis imprimi fecimus ea, quae V praestat.

Contextus editionis vestigia apographi pressim persequitur. notas omnes, in formulis etiam praenominum, exscripsimus, sola numerorum signa retinentes. orthographiam codicis, quantum hodie ferri posse visa est, retinuimus, constantem orthographiam non adfectantes. menda scripturae leviora et manifesta taciti correximus. cetera, quae in contextu a codice aliena sunt, aut ibi litteris

inclinatis damus aut in notis explicamus. cum nihil adnotavimus, emendationes fere semper sunt Goescheni. videas etiam notarum explicationem infra p. XXXVI.

Numeri paginarum codicis in editionis paginarum margine exteriore adscripti sunt.

Locorum parallelorum apparatum, in quo Huschkianae editionis non minima vis consistit, examinavimus correximus auximus, auctorum iuris nomina et numeros palingenesiae Lenelianae addidimus, locos secundum temporis rationem ordinavimus.

Gai quae dicitur epitomam, a. 506 in legem Romanam Visigothorum insertam, cum non a Visigothis, sed a Romanis saeculo IV vel V redacta esse videatur, infra suo loco in hac iurisprudentiae anteiustinianae sylloga edendam curabimus. item fragmenta interpretationis Augustodunensia nuper inventa inter saeculi V reliquias recipienda erunt.

Berolini, mense Aprili a 1903 et iterum mense Decembri a. 1906.

AD EDITIONEM SEPARATAM QVARTAM.

In hac editione et notas criticas et conspectum locorum parallelorum auximus ratione habita tam scriptorum, quae nuper in lucem prodierunt, quam inscriptionum et papyrorum recens repertarum aut publici iuris factarum.*)

Berolini et Erlangae 1921.

PRAEFATIO HVSCHKII EDITIONIS PRIMAE.**)

Pauca sunt, quae de Gaio certo constant. Unum eius hoc nomen nobis traditum est tam in libris iuris, ubi primum in Collatione certo comparet[1], quam a gramma-

*) Qui Lipsiae a. 1909 prodiit 'Gai Codex rescriptus in Bibliotheca Ecclesiae Cathedralis Veronensis distinctus numero XV (13), cura et studio eiusdem bibliothecae custodis phototypice expressus', textui emendando nihil attulit.

**) Quae nos paucula addidimus, uncis quadratis [ ] inclusimus.

1) An enim Gaius, quem Pomponius nostrum appellat L. 39

ticis, quorum primus Diomedes [saec. IV] (ed. Putsch. p. 375. Keil. I p. 379), si modo quod traditum ibi est in libris mss. 'Cauium' ad Gaium recte refertur, et paulo inferior saeculo fere ineunte quinto Servius Honoratus ad Vergil. Georg. 3, 306 Gaium memorant: omnes vero hoc sine dubio a iurisconsultis vel a Gai librorum titulis, in quibus dudum unum hoc nomen, ut in libris tritissimis fieri solet, scribi sueverat, mutuati sunt. Id ipsum vero, quamvis etiam in nomen abierit (Osann. ad Pompon. p. XIX) et in cognomen (vid. indices Corp. inscript. Lat.), plerisque tamen et puto recte eius creditur praenomen, sicut Servii alius ICti, plerumque sic tantum nominati, Titi, Marci imperatorum: eoque fortasse solo significatus est, quod nomen et cognomen ei erat cum alio, nescimus quo, ICto commune ut ab hoc simplicissime distingueretur: quanquam nunc Guido Padelletti (Del nome di Gaio Rom. 1874) nomen id gentilicium, alius Italus (Felice Cattaneo Del nome di Gaio, nota letta al R. Istit. Lomb. 1881) cognomen fuisse huic ICto, argumentis nec tamen probabilioribus adstruxerunt. Certe Titi praenomen, quod in uno alterove epitomae Visigothicae codice Gaio praescriptum legitur indeque verum eius praenomen fuisse quibusdam visum est, post multos ab Haenelio inspectos codices corruptela vocis *tituli* apparuit (cf. Haenel. Lex Rom. Vis. p. XLV, not. 16, p. 314). De aetate Gai hoc tantum compertum est, quod sub imperatoribus Hadriano, Antonino Pio et M. Aurelio Antonino vitam suam transegit. Nam quod Hadriani temporibus acciderat, id ipse sua aetate factum esse narrat L. 7 pr. D. de reb. dub. (34, 5). Institutionum commentarium primum et partim secundum imperante Antonino Pio eum scripsisse plerique inde recte colligunt[1], quod constanter ibi (1, 53; 74; 102.

D. de stip. serv. (45, 3), ad hunc referendus sit, ambigitur. Vid. p. XV not. 1.

1) Marci temporibus etiam primum comm. assignat Puchta Inst. I § 99, not. bb et nuperrime H. H. Fitting, Alter d. Schriften d. Röm. Juristen p. 21. [quam sententiam destituit in secunda editione, 1908.]

2, 126; 151. ad postremum locum nunc conferenda L. 3. D. de his quae in testam. 28, 4) sine divi commemoratione eum nominat, quam alias defunctis imperatoribus tribuere solet. sed et extremis Pii temporibus scripsisse videtur; nam 2, 195 eum divum appellat. Nec quod M. Antoninus in re tutelari de lege Plaetoria et praetore tutelari in locum consulum substituto (Capitol. Marc. 10 coll. cum 1, 198; 200) nec quod de cretione constituerat (Ulp. 22, 34 coll. cum 2, 177), in Gai notitiam pervenerat, cum finem primi et cum secundum commentarium scriberet.[1] Atqui tum iam libros ex Q. Mucio ediderat (1, 188) et edictum interpretatus erat (1, 188), quod simpliciter dictum nonnisi urbicum esse potest, ut libri ad edictum urbicum intellegi debeant, quibus solis etiam eiusmodi (quam ibi dicit) de tutelarum divisione disquisitio magis ad artis disciplinam quam ad fori usum pertinens convenit, eorundemque etiam proprii de bonorum possessionibus commentarii pars fuisse videntur, quos laudat 3, 33; (54). sequitur, ut 'imperator noster', quem in his libris laudat L. 73 § 1 D. de leg. 1, fuerit D. Pius. Praeterea post obitum Antonini Pii scriptos esse libros duos fideicommissorum, constat ex L. 90 D. de condic. et dem. 35, 1, L. 96 D. de leg. 3, L. 63 § 5 D. ad SC. Treb. 36, 1: idem de libris quindecim ad legem Iuliam et Papiam certe posterioribus[2] patet ex L. 56 D. de leg. 2 et de libris singularibus ad SC. Tertullianum et ad SC. Orphitianum a. 178 factum ex L. 8 et 9 D. ad SC. Tertull. 38, 17. Cetera eius scripta quando edita fuerint, aut disputatur

1) Etiam quartum comm. propius initiis D. Marci compositum esse inde apparet, quod 4, 185—187 abrogati ab eo imperatore vadimoniorum solennis (Victor de Caes. 16) nulla mentio habetur. [Hanc Victoris quem dicunt notitiam nullius momenti esse demonstravit Kipp, Litisdenuntiation (1887) p. 175sq.]. 2) Quidam enim ad hos libros referunt proprios commentarios, quorum Gai. 3, 54 meminit. Sed cum lex Papia multa alia caveret, vix de his potest sensisse. Malim igitur intellegere commentarios de bonorum possessionibus, quos iam laudaverat 3, 33 quorumque pars ad bona libertorum spectabat.

aut plane incertum est. Sed libros triginta vel, connumeratis libris ad edictum aedilium curulium, triginta duo ad edictum provinciale et ipsos post Institutiones compositos esse item satis tuto statuere licet; non tantum quia maiore iis componendis opus erat usu et experientia fori (ut non inepte iudicat Stieber ad Wenckii opusc. p. XXIX), sed etiam (quod me maxime movet) quia libro I L. 30 § 2 D. de pactis (2, 14) sententiam reicit, quam Inst. 3, 179 tentaverat, et libro VI. L. 3 D. de hered. pet. (5, 3) mentionem habet heredum ex senatusconsultis (Tertulliano et Orphitiano): nec facile Inst. 1, 188 simpliciter edicti interpretationem laudasset, si tum iam utrumque edictum interpretatus esset: quamobrem etiam L. 42 D. de don. int. vir. (24, 1) ex lib. XI commemoratus princeps Antoninus pro Marco habendus erit. Denique etiam rerum quotidianarum libri, si totam eorum rationem perpenderis, non possunt iudicari non post Institutiones compositi esse. Haec omnia vero faciunt, ut Mommseni sententiae (Jahrb. d. gem. deutschen R. III 1, p. 14 [= Jur. Schr. II 37]), pleraque Gaium Antonino Pio imperante (a. 138—161) scripsisse arbitrantis haud facile accedam, sed vegetam aetatem in D. Marci tempora eum transtulisse malim opinari. Quando vero obierit, nescimus. Tantum Commodi tempora (a. 176—192 [imperantis cum patre a. 176—180]) eum vidisse, ex eo, quod ad SC. Orphitianum scripsit, efficitur.

Idem Mommsenus l. c. Gaium 'ICtum provincialem' fuisse, qui in oriente, et ut probabiliter statuere liceat, Troade in Asia ius docuerit librosque suos ediderit, magno, ut solet, acumine adstruere conatus est: argumentis tamen, quod pace viri de his litteris meritissimi mihique amici dixerim, admodum dubiis et magis speciosis quam veris. Primum enim, quod de solo praenomine ad appellandum eum Graeco more usurpato disputat, imperatorum maxime aevo eandem appellandi consuetudinem certis ex causis etiam Romae obtinuisse, ut iam supra obiter significavimus, multa exempla velut imperatorum Gai, Titi, Marci,

et cum hic de iurisconsultorum more quaeratur, Servii (Sulpicii), Sexti (Pomponii, cf. Zimmern, Hist. iur. § 92 not. 6) et ipsius Gai (Cassii Longini, cf. Zimmern l. c. § 85 not. 25) ostendunt. Deinde quod Gai responsa non exstant, ipse confitetur Mommsenus etiam Romae potuisse ICtum, qui respondendo operam non daret, scriptis inclarere. At Gaius edictum provinciale commentatus est, quod Mommsenus negat nisi de certae, itaque eius, quam inhabitabat, provinciae edicto intellegi posse, eamque Asiam fuisse autumat, cum Gaius Bithynorum et Galatarum peregrinum ius (Inst. 1, 55; 193) et Troadis, Beryti et Dyrrhachii ius Italicum (L. 7 D. de cens. 50, 15) commemoraverit. Sed si, ut existimat, multum etiam tunc singularum provinciarum differebant edicta et suae provinciae edictum Gaius commentatus est, non 'ad edictum provinciale', opinor, sed 'ad edictum Asiaticum' (ut est ubique in Ciceronis Verrinis, 'edictum Siciliense') vel certe 'ad edictum proconsulis provinciae Asiae' librum suum inscribere debuit; nam provinciale edictum simpliciter dictum ex analogia, qua provinciale solum, provincialis senator, provincialis iudex, alia dicuntur, edictum in quacunque provincia propositum, quatenus scilicet ea omnia consentiebant, significat. Et serione quisquam statuerit tunc ICtum aliquem in animum induxisse, ut unius inter tot provincias edictum triginta libris explicaret? Itaque ex hac ipsa appellatione recte colligitur, quod et totius illius temporis ratio facit ut credamus[1], provinciarum diversarum edicta, si rem, non formam spectas, tunc in unum conflata esse, quod ab omnibus proconsulibus partim per se partim, ut in Caesaris provinciis, per legatos proponeretur[2], quamobrem Gaium in his libris ubique pro-

1) Cf. E. Huschke, Census z. Z. d. Geb. J. Chr. p. 22.
2) Animadvertendum est hanc edicendi potestatem, qua ius civile supplebatur vel corrigebatur, tantum magistratus populi Romani habuisse (Gai. 1, 6); proinde etiam Caesarem proconsulem in suis provinciis neque vero legatos Caesaris, quibus iurisdictio tantum praetoria delegata erat.

consulem tantum nominare vel praetorem, cuius pleraque edicta proconsul receperat (Cic. ad Attic. 6, 1 § 15), mirari non licet. De Bithynorum vero et Galatarum iure ut Gaius ipse verba fecerit nec tantum, ut mihi persuasum est, Hadriani retulerit, num forte etiam Titium Aristonem idcirco, quod Aegyptiorum ius novit et commemoravit (Gell. 11, 18), Aegyptium vel certe orientalem fuisse statuere debemus? praesertim cum certum sit plerosque Romanos etiam ICtos ius peregrinum curiose inquisivisse (Gell. 20, 1, 4 [Iurispr. I, 98]. Fr. Dosith. 12). Cetera Mommseni argumenta aut leviora sunt aut eiusmodi, ut etiam aliis opinionibus firmandis inservire possint, quare ea interim missa facere liceat. Hoc vero quaero: quamobrem in his, quibus locus, ubi quis scribit, optime cognosci solet, nihil reperiatur in Gai scriptis, quod Asiam prodat? Immo haec ad Italiam Romamque nos delegant. In exemplis condicionum hanc ponit: 'si navis ex Asia venerit' (L. 33 D. de hered. inst. 28, 5 ex. lib. II de testam. ad ed. praet. urb., L. 72 D. de fidei. 46, 1 ex lib. III de V. O.) — miro modo, si Troade haec scripsit: item 'si navis ex Africa venerit' et hanc speciem: 'si inter eos qui Romae (non Troade) sunt, talis fiat stipulatio: *Hodie Carthagine dare spondes?*' (L. 141 §§ 7; 4 coll. L. 73 pr. de V. O. 45, 1 ex lib. II de V. O.) et 'si is, qui ita stipulatus fuerit: *X milia Ephesi dare spondes?* . . . . Romae pure sic intenderit' (4, 53). Similiter in exemplis ei sunt et in ipsis quidem etiam ad edictum provinciale libris fundus Tusculanus, vinum Campanum, triticum Africum, Tyria purpura (quam usu potius Romanam dixeris) (L. 74 D. de V. O. 45, 1. L. 17 pr. D. de condic. et dem. 35, 1. Inst. 4, 53) et ipse a praetore (non a proconsule) cautionem petens L. 11 D. ut leg. 36, 3. Quibus convenit, quod, quo die Romae (non in provinciis) vota pro salute imperatoris suscipiantur, exponit (L. 233 § 1 D. de V. S. 50, 16), quod etiam in libris ad edictum provinciale ab his, quae Romae sunt, ad id, quod in provinciis obtinet, procedit (L. 1 pr. D. quod cuiusq. univ. 3, 4. L. 5

D. de curat. fur. 27, 10) et multa similia. Quae quidem singula, fateor, parum probant, coniuncta vero suum habent maxime ad refellendum momentum. Denique quae tunc erat urbis Romae auctoritas, legum patriae, imperii totiusque iurisprudentiae sedis, quis credat iuris consultum, qui tot insignibus libris ius civile illustravit, quique et Cassianum se profitetur et licet non a S. Pomponio Cassiano item 'Gaius noster' appellatus[1], tamen controversiis scholarum, quae Romae tunc florebant, ita se interserit, ut eis et, dum scriberet, interfuisse videatur, non Romae, sed in aliquo provinciarum angulo abditum docuisse ac scripsisse?

Haec tamen ita disputata sunto, ut si quis Gaium natione Graecum et fortasse ex colonia aliqua in partibus orientis oriundum fuisse opinetur, quae olim A. Augustini et Fr. Connani fuit sententia, id equidem neque negare neque affirmare ausim. Non negare, quia probe scio iam illa aetate multos peregrinae originis viros summos honores et magnam etiam in iure civili auctoritatem Romae nactos esse, velut Cirtensis ille vir consularis ius publicum respondens, cuius nomen periit apud Front. ep. ad amic. 2, 10 (6). Sed nec affirmare; nam id, quod et illos viros partim movit, et quod multo magis in Mommseni disputatione veri quadam specie decipit, Graecam illam dico in Gaio conspicuam eruditionem et peregrinitatis curiosam observantiam, alia ratione contemplandum esse existimo. Quippe inde a Vespasiano et maxime sub Hadriano novam quasi speciem imperium Romanum induit. Multis enim coloniis in provincias deductis multisque ibi oppidis civitate Romana vel Latinitate, quibusdam etiam iure Italico donatis, Graecis vero quam illi opina-

1) L. 39 D. de stipul. serv. (45, 3), qui locus num ad Gaium nostrum spectet, nec potius ad C. Cassium Longinum, post disputata de hac re a G. M. Ashero in Zeitschr. f. Rechtsgesch. V p. 83 seq. ita mihi dubium esse factum fateor, ut ad posterius statuendum pronior sim. Prius tamen probat Guido Padelletti del nome di Gaio p. 7.

bantur *αὐτονομίᾳ* reddita, quae olim peregrina ditio tantum fuerat, in aequum paene ius recepta est. Et maxime oriens invaluerat, rursusque 'non tenuis quidam e Graecia rivulus, sed abundantissimus amnis (Orontem dixit Iuven. 3, 62) illarum disciplinarum et artium in urbem influxit' (Cic. de rep. 2, 19), ut iam ex imperio Romano imperium Graeco-Romanum factum videretur. Huius vero rerum mutationis effigies cum etiam in hominum ingeniis non exprimi non posset, si Gaium eius in iurisprudentia primum et verissimum exemplar novumque quasi, huius tamen temporis, Labeonem dixeris, ut Hadrianus, 'princeps ille doctus et navus orbis terrarum, non regendi tantum, sed etiam perambulandi diligens' (Front. de fer. Als. 3) fuit in principatu, quem et ipsum idcirco iam aequales Graeculum dixerunt (Spartian. Hadr. 1), non modo rectissime, ni fallor, de eo iudicaveris, sed etiam omnia, quae eius propria sunt, facillime explicaveris.

Primum igitur mirum non est, quod Institutiones suas, qui liber primus omnium novi imperii status ratione habita compositus esse videtur, non a populi Romani iure, sed ita exorditur: 'Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio partim communi omnium hominum iure utuntur' etc. et deinde quoque ceterorum populorum iura respicit, non modo utrum quid iuris civilis an iuris gentium sit in quocunque articulo adnotando (1, 2), sed etiam in iure civili simile vel dissimile aliorum populorum ius afferendo vel comparando (1, 55; 92; 193; 197. 3, 96; 134 et cf. L. 13 D. fin. reg. 10, 1. L. 4 D. de colleg. 47, 22), ius etiam Latinorum coloniariorum explicando (1, 79; 85; 86; 95. 3, 120), peregrinis quid ex iure Romano liceat vel non liceat, admonendo (1, 47; 53; 74; 93; 94. 2, 285. 4, 37; 105), provinciarum et Italiae in iure civili diversitates enarrando (1, 6; 20; 100—102; 105; 183; 185; 197; 200. 2, 7; 21; 24; 27; 31; 46; 63; 278. 3, 121; 122. 4, 109). Eodemque pertinet, quod non modo edictum urbicum, sed etiam provinciale separatim primus et solus interpretatus est, quod-

que linguam Graecam saepenumero respicit (2, 281. 3, 93. L. 25 D. loc. 19, 2. L. 30, L. 233 § 2, L. 236 § 1 D. de verb. sign. 50, 16).

Praeterea ingenium Graecum prodit, quod Gaius, quamvis et ipse ius de iure respondendi ex auctoritate principis ab imperatore nactus esse dubitari non debeat[1], doctrinae ac libros scribendo quam foro et respondendo se dare maluit. In libris autem scribendis novam omnino viam ingressus est, ut primus totum iuris civilis opus ad artem revocasse dici possit. Divisionibus enim ut bonus magister omnino plurimum tribuens vel in toto scribendi opere bipertitione quadam omnes iuris fontes, quos tunc iuri operam daturum maxime nosse oportebat, complexus esse deprehenditur: quanquam, cum eiusmodi partitio totum illud aevum tacite regeret, etiam magis ipsa re quam consilio in eam incidere potuit. Itaque scripsit ad leges XII tabularum, veteris iuris, et ad legem Iuliam et Papiam, novi iuris civilis potissimum fontem. Interpretatus item est edictum utrumque, id est urbicum et provinciale: hac parte etiam propalam Labeonem pro mutata rerum condicione imitatus, qui ad edicta praetoris urbani et peregrini separatis libris scripserat (L. 19 D. de verb. signif. 50, 16. L. 9 § 4 D. de dol. mal. 4, 3). Denique ius civile, quod ex responsis prudentium fluxerat, partim traditum libris ex Q. Mucio[2] factis, qui primus ius civile constituerat (L. 2 § 41 D. de orig. iur. 1, 2) additoque, ut ille alio tantum nomine (ὅρων) fecerat, libro singulari

1) Nam Digestorum compositores eo usi sunt, quibus Iustinianus imperaverat, ut eos tantum adhiberent, 'quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuissent'. 2) Non, ut illius et sequentis aevi viri πραακτικοί, ad Sabinum, fastidiente, ut puto, Gai genio 'deleramenta Masuriana' (Front. ep. ad M. Caes. 2, 1) i. e casuum super casus coacervationem, nulla naturalis rerum ordinis ratione habita, quod genus scribendi Sabini libri iuris civilis desiderasse videntur. Nam Gaius omnia ad genera sua revocare malebat, ut Q. Mucius fecerat.

de regulis, partim arte quadam compositum regularum libris[1], accedente de casibus (exceptis) libro singulari, executus est. Sed non satisfaciens sibi, nisi et universae privati iuris prudentiae in artem redactae imaginem exsculperet, etiam novam addidit bigam, Institutiones, per quas ad iurisprudentiam adspirantes viva magistri voce docerentur, et rerum quotidianarum libros septem, ex quibus sic imbuti se ipsos docendo addiscerent.[2] Ceteri eius libri tantum supplementa quaedam videntur fuisse maxime eorum librorum, quos ad edictum composuerat, velut de fideicommissis et de manumissionibus, cum ad edictum urbicum modo de legatis et de liberali causa scripsisset, de verborum obligationibus, cum ad edictum tantum praetoriae stipulationes explicandae essent, de lege Glitia, quae ad centumvirales causas spectabat inter ius civile et praetorium interpositas, de SCC. Tertulliano et Orphitiano, quae antea, cum Orphitianum demum a. 178 factum esset, plene tractare nondum potuerat. Liber enim singularis de formula hypothecaria, collata § 4 Const. Omnem reip., tantum pars interpretationis edicti videtur fuisse.

---

1) Hic quoque librorum titulus paene novus erat nec antea a quoquam nisi a Neratio Prisco usurpatus. 2) Haec enim utriusque operis inter se ratio esse videtur. Cf. de Buchholtz in Hugon. civ. Mag. VI p. 232. 261. Omisit Gaius in altero, quod iam hac de causa post Institutiones scriptum esse statuendum est, praemonitionem de iure gentium et civili, ut apparet ex L. 1 pr. D. de acq. rer. dom. (41, 1); itaque totum consilium eius in hoc libro ab Institutionibus diversum et, ut verbo dicam, minus isagogicum fuisse oportet. Ceterum easdem res exponit modo latius et accuratius mutataque aliquantulum materiarum distributione, ne studiosi superioris libri divisionibus quasi artis vinculis tenerentur. Nam primo quidem libro item de personarum iure exposuit; altero vero et tertio de iure, quod ad res pertinet, in quo obligationes plenius ex tribus causarum generibus derivavit; totum vero ius hereditarium et quod ad actiones pertinet, sequentibus libris (ex quibus nihil superest) reservasse videtur. Quod vero res quotidianae Institutionibus quasi comites additae erant, etiam confirmant prooem. Inst. § 6 et Bluhm. tab. in Zeitschr. f. gesch. RW. IV p. 266.

Postremo maximi momenti est, quod Gaius ipsos libros suos ex parte saltem aperte scholae potius quam foro destinavit maximusque studii theoretici excitator et promotor exstitit: qua in re ei et Athenaeum Graecarum disciplinarum ab Hadriano Romae institutum et edicti compositionem ab Iuliano absolutam incitamento fuisse perquam credibile est. Omnino enim iuri civili, hoc est fere privato, quod solum tum in scholis tractabatur, totum se dans inprimis libros 'ad edictum urbicum' potissimum in scholarum usum scripsisse videtur. Cum enim Ciceronis aetate (de legg. 1, 5, 17) maxime ex edicto praetoris ius civile disci coeptum esset, hic mos sub imperatoribus non modo retentus, sed etiam excultus est. In Gai vero libris primum hoc singulare ac novum fuisse videtur, quod 'ad edictum urbicum' scripsit, quem titulum generalem praebet index Flor. ('ad edictum urbicum *τὰ μόνα εὑρεθέντα βιβλία δέκα*'), complexus ea appellatione, quae post deletam et in officium commutatam magistratuum potestatem naturaliter non ad eorum ius, sed ad locum spectaret itaque 'edicto provinciali' responderet, ea, quae Cicero ad Attic. 6, 1 § 15 appellat edicta urbana i. e. praetoris urbani (cum aedilicio) et peregrini.[1] Deinde vero dupliciter eius operis partes distinxisse et numerasse deprehenditur; praeter generalem enim illum titulum, ex quo omnes libri crescente numero significabantur, quoties specialiter quid ex iis refertur, omisso plerumque totius operis titulo et libro[2], singuli tituli interdum adiecto 'ad edictum praetoris urbani' et in his quidam in complures libros divisi commemorantur[3]; unde apparet Gaium singu-

1) Qui postea 'ad edictum' tantum scripserunt, tam urbicum quam provinciale complexi esse putandi sunt. 2) Plerique enim singulares tantum libros sibi comparabant et certe Iustiniani prudentes, teste indice Florentino, tales tantum habebant: quod effecit, ut totius operis librorum numeri neglegerentur. 3) In inscriptionibus reperiuntur 'lib. I, II de testamentis ad edictum praetoris urbani' (vel neglegentius 'praetoris' vel 'ad edictum urbicum'); 'lib. I, II, III de legatis

los titulos pro re modo utriusque edicti coniunctos modo separatos tractasse. quod ut faceret, partim quidem ea ipsa utriusque edicti coniunctio effecit, partim vero etiam ratio quaedam ius discentium habita. Cum enim ipsa res ita ferret, ut aliquae tantum partes edicti legi duce magistro possent, sane commodius erat discipulis singulos libros vel titulos ex toto opere, qui rursus proprios libros quadam ratione efficiebant, tractandos quam totum opus hic illic gustandum in manus dare.[1] Et ita quidem, si quid video, Gaio debetur illa ex const. Omnem reip. § 1[2]

---

ad edictum praetoris urbani'; 'ad edictum urbicum (i. e. tam praetoris urbani quam peregrini) titulo de operis novi nuntiatione'; 'ad edictum praetoris urbani titulo de damno infecto' (ubi sine dubio de praetoris peregrini edicto separato titulo disputavit); 'ad edictum praetoris urbani titulo de aquae pluviae arcendae'; 'ad edictum praetoris urbani titulo de publicanis'; 'ad edictum praetoris (exciderit 'urbani') titulo de praediatoribus' (et publicanos et praediatores edictum pr. peregrini ignorabat); 'libri' et 'libro II ad ed. praetoris urbani titulo de liberali causa' (cuius etiam est L. 6 D. de lib. causa 40, 12); 'libro ad ed. praetoris urbani titulo de re iudicata'; 'libro ad ed. praetoris urbani titulo qui neque sequantur neque ducantur'. 'Edicti urbanici' in L. 4 D. de oper. serv. 7, 7 Graecorum licentia significat edictum pr. urbani (cf. L. 30 D. de bon. lib. 38, 2) et aliquoties pro v. 'urbanicum' errore librariorum 'urbicum' videtur positum, velut L. 5 D. de adim. leg. 34, 4, ubi etiam specialis titulus excidit.

1) Alia ratione Alfenus Varus, ceteroqui simili instituto usus, cum quaecunque de iure civili scripsisset, Digestorum titulo comprehendisset, partes eius operis etiam speciali titulo et librorum numeratione distinxit, ut v. gr. Digestorum liber XXXIV esset simul Coniectaneorum liber II auctore Gell. 7, 5. Vid. praeterea L. 19 § 6 D. de auro arg. 34, 2 et Iurispr. Antist. Labeonem p. 56 not. 5 et Ateium Capit. p. 63 not. 2. In ipso edicto Gaium Ulpianus imitatus esse videri potest, cuius lib. I ad edictum de rebus creditis allegatur Fr. Vat. 266, qui totius operis erat XXVI, nisi hanc separatam numerationem ad posteriores librarios referre mavis. 2) De qua, quod postea dicendorum causa notandum, rectiora Hugo Civ. Mag. II p. 245 et Goeschen Zeitschr. f. gesch. RW. II p. 8 seq. docuerunt, quam Leistius (Rechtssysteme p. 68) et nuper Mommsenus Jahrb. l. c. p. 12 [= Jur. Schr. II 35]. Est etiam reti-

notissima singularium librorum appellatio ad edictum simul et ad scholas ius discentium pertinens; singulares enim libri, qui titulus primum a Q. Mucio post conscriptos XVIII libros de iure civili libro ὅρων datus videtur, quia is illis libris universis velut quidam (ut Iustiniani imitationem in exemplum vocem) titulus de regulis iuris accedebat, singulares, inquam, libri etiam illi Gaiani non minus apte dicebantur praefixo proprio titulo ratione totius operis 'ad edictum urbicum', ex quo separati accipiebantur.[1] Quod confirmatur partim iis, quae ipse imperator const. cit. § 4 de Digestorum libris singularibus tradit, partim indice librorum et titulorum Digestorum, quem scriptor Pandectarum Florentinarum, Iustiniano non multum inferior, Pandectis praemisit; in eo enim aperta librorum ad edictum, ex quibus antea ius discebatur, imitatione[2], praeterquam quod omnes Digestorum libri a primo ad quinquagesimum numerantur, post primam partem, quae etiam antea libros singulares non habebat, seorsim numerantur septem libri singulares de iudiciis (5—11), octo de rebus (12—19), singularium liber primus usque ad decimum (20—29), septem libri singulares de legatis et fideicommissis (30—36), duo de bonorum

---

nenda vulgaris interpunctio 'appellatur, septem libris semotis'; imperator enim verbo 'semotis' idem significat, quod antea dixerat 'titulis ab ea exceptis' — sc. ad legendum, ut appareat ex verbis seq. 'Post eorum vero lectionem'.

1) De aliorum opinionibus cf. Bach hist. iurispr. III 2, 5 § 14. de Weyhe edict. perpet. p. 87. Hube ed. Gai. Inst. praef. p. XVII. 2) Non ex ipsa re petitam nec Iustiniani demum aevo inventam esse hanc peculiarem librorum numerationem praeter alia (cf. p. XIX not. 3) argumento est, quod libri terribiles 47 et 48 non appellantur singulares. Desinit haec numeratio in libris 37. 38 fortasse ideo, quod et in Gai libris ad edictum extremi libri singulares erant de bonorum possessionibus, quos allegat 3, 33. Ceterum hinc etiam nova lux affundi videtur quaestioni, cur sequentibus saeculis medius Digestorum triens, qui appellatur Infortiatum, ultra quintam partem, quatenus libri singulares ex Iustiniani praecepto pertinebant, libro 37 et 38 aucta sit.

possessionibus (37. 38): similiaque inveneris in scriptis Thalelaei, Stephani ceterorumque coaevorum iurisprudentium, quorum loca collegit Reizius ad Theoph. II p. 1237 seq. Sed et ipsi quattuor libri singulares, quos Iustinianus palam Gaio tribuit quosque olim primo anno post Institutiones ex edicto traditos esse memorat, conveniunt cum singularibus Gai libris ad edictum urbicum; sunt enim de re uxoria (= 'dotalicion *βιβλίον ἕν*' ind. Flor., licet ibi non dicatur fuisse ex libris ad edictum, quod facile in oblivionem venire potuit; sed Gaius idcirco hanc materiam in Inst. praeteriit), de tutelis (allegati Gai. 1, 188), de testamentis et de legatis (p. XIX not. 3): qui quidem libri, ut opinor, ab ipso Gaio[1], praeeunte quodammodo Iuliano[2], scite electi et huic anno destinati sunt, quia in his materiis gravissima pars iuris civilis tam veteris quam novi (maxime ex lege Iul. et P. P.) sita erat. Sequentium annorum Iustinianus tantum titulos commemorat, in prima parte ex omnibus eius libris, in partibus de iudiciis et de rebus ex septem delectos; sed et singulis titulis Gaianum opus constitisse iam animadvertimus.[3] Ceterum cum etiam in provinciis et maxime

---

1) Hoc conicienti mihi nescio quomodo Rudorffius (Zeitschrift f. Rechtsgesch. III p. 39) vitio vertere possit, quod non respexerim et Visigothos et Orientales ex quattuor Gai Institutionum libris duos posteriores in scholis abiecisse. Nam et quod de Orientalibus dicit, nullo auctore nititur (cf. p. XIX not. 3), nec totum hoc, quod omnes partim barbarie istius aevi pigritiaque scholarum partim desuetudine, in quam ius in illis libris traditum abierat, effectum esse consentiunt, ad rem, de qua hic agitur, quicquam facit. Quod vero de b. p. apud Gai. 3, 33 obicit, id me nec intellexisse fateor. 2) Is enim has materias, adhuc tantum in libris iuris civilis et maxime in Sabinianis accuratius tractatas, in edicti perpetui compositione etiam edicto asseruerat, quae passim de iis antea edicebantur, colligendo et sub certis titulis semel proponendo. Cf. Leist, Rechtssysteme p. 62, a quo adhibito Byzantinorum testimonio et diserto et verisimili propter ceteram eorum ignorantiam fides deroganda non erat. 3) Etiam mos singulares libros appellandi, cum unico libro opusculum constaret,

Beryti et Constantinopoli ius doceri coeptum esset, his in scholis Gai libris ad edictum urbicum alteros ad edictum provinciale substitutos esse, solennibus tamen partibus et nominibus retentis, id cum re ipsa verisimile est[1], tum eo confirmatur, quod Iustiniani tempore libri ad edictum provinciale integri extabant, ex libris ad ed. urbicum vero in provinciis scilicet neglectis tantum decem supererant.

Etiam libros ex Q. Mucio Gaium in scholarum usum scripsisse certe probabile est. Nam cum ad eos quoque iuxta edicti interpretationem lectorem ablegat, quasi promulsidis loco aliquid addens verbis 'hoc solum tantisper sufficit admonuisse' (1, 188. cf. 2, 97), nonne discipulos videtur respicere, ex illis libris postea uberius instruendos? Suspicari igitur licet in scholis hos libros antea eum locum obtinuisse, in quem postea Papiniani responsa venerint.

Denique primus Gaius, ut iam dixi, elementa quaedam iuris civilis composuit et ab ipsis instituendis studiosis oratorum exemplum secutus[2] appellavit Institutiones, vel quem integrum i. e. a librariis nondum mutilatum eius-

---

antiquior Gaio non videtur. Sic praeter ipsum eius aequales Iulianum de ambiguitatibus, Pomponium enchiridii librum singularem invenio scripsisse. Antea liber simpliciter dicebatur, ex. gr. ut antiquiores taceam, Neratii Prisci de dotibus (Gell. 4, 4), Masurii Sabini de furtis (Gell. 11, 18), Labeonis de officio senatorio (Gell. 4, 10), Cascellii unus bene dictorum (L. 2 § 45. D. de orig. iur. 1, 2). Q. Mucium vero alia ratione librum singularem ὅρων scripsisse, ratione scilicet habita librorum octodecim de iure civili, quibus quasi universis accederet, iam dixi.

1) Provinciale enim edictum et ipsum continebat edictum urbicum, quod ut Iulianus praetor composuerat et proposuerat post perpetuo similiter proponendum, ita Hadrianus proconsul in provinciis suis proposuisse et SCto facto (cuius Iustinianus const. Tanta circa § 18 meminit) a ceteris proconsulibus proponendum curasse existimandus est. Unde Paeanio teste (ad Eutrop. 8, 17 [p. 147, 26 ed. Droysen]) edictum, quod in Italia Latine dicebatur perpetuum, etiam suo tempore τὸ Ἀδριάνιον vocitatum est. 2) Nam et Quintilianus Institutionem oratoriam et Celsus orator teste Schol. ad Iuvenal. 6, 245 Institutiones scripserat.

modi librorum fuisse titulum malim opinari, 'Institutiones iuris civilis' auctore Lactant. 1, 1 § 12: 'Et si quidam prudentes et arbitri aequitatis institutiones civilis iuris compositas ediderunt, quibus civium dissidentium lites contentionesque sopirent, quanto melius nos et rectius divinas institutiones litteris persequemur?' Neque audiendus est Mommsenus [Jur. Schr. II 27, 3], qui Lactantii loco ignorato et spretis Collationis, Boethii, Visigothorum et Iustiniani in Latinis constitutionibus et in ipsis Digestorum inscriptionibus testimoniis genuinum iis titulum 'Institutorum' asserit ex unius Prisciani [grammatici saec. V/VI](lib. VI p. 726P.) [p. 282, 8 ed. Hertz] auctoritate (addi tamen poterat Boeth. comm. in Cic. Top. II p. 299. 303 Bait.), cum dudum Ev. Otto comm. ad Inst. p. 3 aliique viri docti ostenderint scriptores infimae Latinitatis et in his etiam scriptores quosdam exemplarium Iustiniani Institutionum eius in titulo operis hoc verbo usos esse ex licentia Graecorum totum opus τὰ Ἰνστίτουτα (ut Flor. ind. etiam habet 'Definiton' pro 'Definitionum'), singulos eius libros τὴν πρώτην, δευτέραν κτλ. Ἰνστιτουτίωνα appellantium. Secundum ea vero, quae de edicti libris singularibus disputavi, nec dubito Gaium ipsum haec rudimenta eo consilio scripsisse[1], ut 'in stationibus ius publice docentium' (Gell. 13, 13) ab iis potius, quam ut hactenus factitatum, ab edicti prima parte iuris studium auspicaretur, quod pariter ei ineptum videri debebat, atque nobis videretur, si quis ab ordine quodam iudiciario explicando ante Insti-

1) Nec improbo hoc ita acceptum, ut antequam Institutiones suas in publicum ederet, ea ipsa fere, quae scripserat, viva voce auditoribus traderet, quam sententiam pluribus exsecutus est H. Dernburg libro 'die Institutionen des Gaius ein Collegienheft' (1869) p. 33 seq., modo ne ex commentariorum nomine, quo Gaius hos, ut alios libros etiam ore nunquam traditos, modeste appellavit, argumentum eius sententiae ducas neque hac ipsa forma, quam tenemus, ex auditorum schedis in publicum eos prodiisse opineris. Quanquam etiam alia pleraque eo in libro ceterum elegantissime scripto insunt, quae non probo.

tutiones vel Pandectas acceptas initium facere vellet. Atqui iam dudum ex rerum, ni fallor, actu ab Augusto in menses aestivos et hibernos diviso (Suet. Aug. 32. Claud. 23), qui etiam consilia imperatorum (Dione teste 53, 21. 56, 28. 60, 4) et rescribendi opus semestria fecit, et ex Labeonis noto exemplo (L. 2 § 47 D. de or. iur. 1, 2) in usum venerat, ut iuris quoque studium per annuos cursus binis quoque anno pensis distinctos absolveretur. Ut igitur a traditis quam minime deflecteret, cum Institutionum libri integro anno non sufficerent, prudentissime Gaius instituit exemploque suo, ut opinor, aliis quoque persuasit, ut iis, quae tunc erant studiorum spatia, novus annus quasi praeficeretur, isque partim Institutionibus partim quattuor libris singularibus occuparetur. Sed etsi placeat, quod multis ex causis verisimile est, iam tunc ante edictum praetoris ius civile ex libris Masurii Sabini semestri cursu traditum esse, ita quoque Gaius his incondite scriptis libris suas vicini argumenti Institutiones et libros singulares[1], dehinc anni opus, subrogando[2]

---

1) In vulgus notum est in libris ad Sabinum materias de testamentis, de legatis (de rerum acquisitionibus et de contractibus), de dote et de tutelis principem locum obtinuisse. Iam cum ea, quae in scholis leguntur, raro absolvi soleant, etiam has materias solas, quamdiu ex Sabino ius civile traderetur, tractatas esse pronum ad existimandum est. Quod si ponimus, nova docendi ratio a Gaio instituta quam minime a vetere deflexit, magisque ei addidit tantum, Institutiones suas quasi *προοίμιον* Sabino (nunc IIII libris singularibus) praefigens, quam detraxit. 2) Vestigium eius rei in eo cognoscere mihi videor, quod postea, Iustiniano in const. Omnem reip. § 1 teste, Gai Institutiones et quattuor libri singulares 'connumerabantur', id est pro uno libro s. volumine habebantur (sicuti Sabini opus fuerat) scilicet ex sex illis, quos tum ex universa iurisprudentia, 'quae in librorum duo milia extendebatur', a voce magistra studiosi accipiebant (ceteri enim quinque libri erant prima, secunda, tertia pars edicti, responsa Papiniani et Paulli). Manifesto errore nunc plerique sex libros illos intelligunt duos (ex quattuor) Gaii Institutionum et quattuor libros singulares.

optime de studiis iuris civilis meritus est, nec omnino dubitandum Gaio inprimis deberi eum studiorum ordinem, quem Iustinianus tradit primusque rursus cum ipso edicto perpetuo immutavit. Et sane consentaneum erat, sicut in prima aetate populi Romani duodecim tabularum libellus, qui cum pubertate eius prodierat, exeunte demum libera rep. edicto praetoris cesserat, etiam in altera aetate imperii, quae eius in pubertate maxime Gai scriptis ad discendum composita erat iurisprudentia, exeunte demum imperio Iustiniani novae compositioni cedere. At, inquis, haec omnia certis testimoniis non nituntur. Audio; sed maximam ea habere probabilitatem non facile negabit, qui ipsas res, ex quibus argumenta duximus, recto iudicio perpenderit.

Iam si hoc Gai ingenium, si tale totius vitae institutum erat, ut etiam discriminis origo eorum, qui ius publice responderent et qui tantum docerent (Gell. l. c. 'ius publice docentium aut respondentium', Fr. Vat. 150. L. 6 § 12 D. de excus. 27, 1. L. 1 § 5 D. de extraord. cogn. 50, 13) ab eo potissimum repetenda videatur, quid mirum est, quod neque responsa dando iuris auctor habitus est neque in posteriorum libris laudatus? Quod is quidem, si mortuis res humanas datum esset sentire, aequo animo poterat ferre. Nam quotcunque iuris auctores postea etiam Institutiones scripserunt, velut Callistratus, Marcianus, Florentinus, Paullus, Ulpianus, nemo eorum ad Gaianarum laudem aspiravit locove, quem in scholis obtinuerunt, deturbare eas valuit. At Gaius post aliquot saecula assecutus est, ut eius libri, primum illi, qui in scholis tractabantur, hominum favore et consuetudine, deinde etiam ceteri omnes lege lata eandem in iudiciis auctoritatem obtinerent, quae Papiniano, Paullo, Ulpiano iam antea competierat. Nam Valentinianus L. 3 Th. C. de resp. prud. (1, 4) cum ait se Papiniani, Paulli, Gai, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmare, 'ita ut Gaium, quae Paullum et Ulpianum et cunctos comitetur auctoritas lectionesque ex omni eius opere recitentur', non

obscure significat quaedam Gai scripta iam tunc summo studio et indubitata auctoritate recitari solita esse, eaque quis dubitat praeter res quotidianas, quae tanto in pretio habebantur, ut aureorum nomen mererent, fuisse omnia scholastica? quod etiam Collatio confirmat, paullo ante, ut videtur, composita, cuius auctor inter quinque illustres iureconsultos etiam Gai scriptis, sed tamen tantum Institutionibus eius usus est.

Sed in his ipsis, quas edimus, ut nunc paullo immoremur, iure dixeris praeclariorem de iure civili librum discentium in usum nunquam scriptum fuisse, sive dotium eius excellentiam sive mirificam fructus ubertatem et fatorum felicitatem spectes. Praestantia libri praecipue his rebus conspicitur: quod non, ut superiores libri omnes unam alteramve iuris civilis partem, sed revera, ut Lactantius 5, 4 § 3 a quibusque Institutionibus exigit, 'totius doctrinae substantiam continet', et eius quidem iuris, quo tum imperium Romanum utebatur, de quo iam dixi, substantiam vero ita felicissime enucleatam, ut adhuc rudis tironis animus nec ieiuna exilitate deterreretur, nec otiosa copia aut quaestionum subtilitate et difficultate opprimeretur. Deinde quod hanc ipsam substantiam dispositam habet non modo apte et commode omnino, sed ut, si summam spectas, nulla alia ex re ipsa petita divisio inveniri posse videatur: id quod, cum fontium iuris in ius gentium et ius civile divisio iam ex antiqua populi Rom. iurisprudentia retenta sit, maxime cadit in alteram illam et plane novam ipsius iuris privati in ius quod ad personas (lib. I), quod ad res (lib. II. III), et quod ad actiones pertinet (lib. IV) divisionem. Nam cum omne ius privatum partim in se ipso et per se spectato, partim in iure, cum in controversiam vocatur, adversus iniuriam obtinendo consistat, ipsumque ius rursus aut personas, quibus competit, respiciat, aut res, quae personis inserviunt, apprehendat, addito eo iure, quod actiones apprehendit civibus privatis, quibus iniuriam propulsent, non minus quam populis belli ius competentes, tres illae partes

quasi sponte nascuntur.[1] Et similiter ipsarum harum partium distributiones mirabili quodam verorum discriminum sensu inventae et expressae sunt, qua de re disputare longum et ab hoc loco alienum est.[2] Denique Gaius in expositione tanta perspicuitate et dicendi simplicitate usus est, ut Herodotum ius narrare opinere: quae res cum primis tironum animos allicit et delectat. Quod vero neglegentiae in quibusdam incusatus est, partim librariis potius vitio vertendum (velut quod haud raro contra grammatica de consecutione temporum praecepta peccasse videtur), partim aliter excusandum est. Nam persuasum mihi est non cunctos quattuor commentarios simul, sed singulos eum in publicum edidisse, sive communi consuetudine (nam et alios hoc fecisse velut ista fere aetate Polyaenum strategematum scriptorem compertum habemus) sive quod ipse hoc adsueverit facere in libris singularibus ad edictum edendis, sive quod diffidentia quaedam in tam novo scriptionum genere eum compulerit, ut iudicia hominum experiretur. Argumento autem est primum, quod si primum commentarium cum altero demum vul-

1) Quo magis postea ipsis populis sub iugum imperii redactis etiam actiones paullatim extraordinariis persecutionibus cessere, in quibus non tam nostro iure privato in iudicio, quod nobis debetur, persequimur (pr. I. de act. 4, 6), quam novum ius ab imperio pendens indulta a magistratu cognitione exercere videmur, tanto magis actio propria quaedam iuris privati quasi substantia esse desiit, ad quam ab ipso, ex quo agimus, diversum ius pertinere possit. Quod quidem effecit, ut iam Iustiniani tempore inter actiones et obligationes non multum interesse videretur (et sane etiam actiones sunt quaedam obligationes et, quod Theophilum III 13 pr., IV 6 pr. maxime movit et in errorem induxit, obligationes inprimis opus habent actione et saepe tantum in agendi facultate praestita consistunt): nostro vero tempore exstincta paene actionis substantia, Gai actiones a plerisque omnino alio sensu sc. pro πράξεσιν acciperentur; qua ratione omnis laus Gaianae divisionis perimitur. 2) 'Tabulas delineationem systematis Gaianarum Iustinianarumque Institutionum inter se comparati exhibentes ex arte in formam indicis redactas' multa cum arte confecit Boeckingius suaeque Gai editioni ad calcem adiecit.

gasset, mentionem imperatoris Antonini 1, 102 tamquam vivi habitam non poterat in divi commemorationem non mutare. Similiter iudicabis de secundo commentario ratione tertii, in quo § 100 ipse rationem placiti reddit, quod 2, 232 non pretiosa ratione receptum esse dixerat. Etiam de usucapione pro herede suo et necessario vel necessario herede extante, controversa sane materia, diversa tradit 2, 58 et 3, 201, ut postea rationem traditi in eo male posuisse videatur, quod necessario extante nihil contra voluntatem testatoris ex hereditate detrahi debeat, idemque fere cadit in cognatam controversiam de in iure cessione hereditatis collatis 2, 37 et 3, 87. Deinde etiam quasdam materias, velut in iure cessionem hereditatis et bonorum possessionem, quae sine re datur (illam 2, 35—37 et 3, 85—87[1], hanc 2, 151[a] et 3, 35—37), bis et tantum non iisdem verbis sine dubio non explicuisset, sed rem, ut alias facere solet, remittendo lectorem expediisset, nisi cum postea aptius hanc materiam in comm. III tradi intellexisset, iam manibus elapsus esset comm. II, ut corrigere eum non posset. Denique 3, 56 rem 1, 22 expositam tam late, imo latius repetit, quam non poterat ita scribens, ut lector a primo commentario recens, vel qui eundem certe manibus teneret, ante oculos ei versaretur.

Tot vero tantisque libri virtutibus etiam successus respondit. Per hunc Gaius quasi perpetuum initiandorum Themidos sacerdotum munus adeptus est et, dum stetit imperium Romanum, retinuit. Multi maximi nominis ICti

1) Sane nuper Polenaarius ed. suae p. 233 has §§ ut spurias eiecit, maxime 2, 98 argumento usus. Sed ut cessicia tutela non tantum sub speciem legitimae tutelae cadit, sed etiam ut propria tutelae species, quae cessione defertur, considerari potest ita etiam de in iure cessione hereditatis diversimode potest iudicari. Ille ipse vero secundi libri locus etiam evidentius arguit id, quod de ratione inter eum et tertium librum intercedente supra statuimus. Quamquam Gaius nimis molestos post 2, 98 mutati consilii obtrectatores eo etiam refutare poterat, quod cessione quoque 'heredes alicui fiamus'.

quorumque quibusdam Gaius, si ipsam scientiam spectes, vix comparari potest, eum aperte imitati vel tecte ab eo mutuati sunt. Grammatici quoque ex hoc praecipue libro, quae ad ius civile pertinerent, petierunt. Ruente vero imperio tam occidentales Visigothi in breviario Alariciano Gaium, ut ferre eum poterant, rursus scholis suis praefecerunt, quam in oriente Iustinianus, dum novas parat Institutiones, maxime Gaianas cum rebus quotidianis, ex quibus et ipse ius didicerat, suas fecit, unde eum Gaium 'nostrum' appellare (prooem. I. § 6, § 5 I. de publ. iud. 4, 18, const. Omnem reip. § 1) sane mirum non est. Ita vero Gaius, alio licet sub nomine et multifariam deformatus totius generis humani magister in iure civili factus est. Sed sicut gemmae ingenitus ignis nec extingui longo situ ac pulvere nec perpetuo a cognata luce praepediri potest, ita nostra aetate etiam genuinae Gai Institutiones e multorum saeculorum oblivione resuscitatae denuo efficacissimum acrioris studii ac penitioris iuris civilis cognitionis fermentum evasere.

Gai Institutiones unico codice Veronensi palimpsesto servatas esse, Niebuhri ab Hauboldo admoniti merito a. MDCCCXVI invento et a Goescheno, assumpto socio Hollwegio, anno insequente nunquam satis laudando studio transcripto, in vulgus notum est. De aetate huius codicis ipse Niebuhrus et postea Ulr. Koppius (Zeitschr. f. gesch. RW. IV 473) non videri eum post Iustinianum scriptum esse iudicaverunt; quod ut rationem habet, ita tamen addendum est nec multo ante scriptum videri; id enim glossema evincit adhuc non observatum[1], quod irrepsit 2, 195 'legatum sibi esse dimissum'; nam 'dimitti' pro

1) Nulla contra ratione Boeckingius ad 3, 198 notans (edd. 3 et 4) glossema ibi deprehendere sibi visus est, respectu L. 20 C. de furtis (6, 2) confectum. 'Probatum est' ne potest quidem aliud significare atque quod post dicitur 'responsum et iudicatum'. Aliis sane glossematis Veronensis codex deformatus est, sed talibus, quae ad tempus, quo scriptus sit, definiendum non faciunt.

'relinqui' legatum vel 'legari', quod ut Aleander et Schultingius ad Gai epit. 2, 7 § 8 et 1, 1 § 4 notarunt, in breviario Alariciano saepissime legitur, ante finem saeculi quinti, quo tantam vetus Latinitas ruinam passa est, vix ita in usum venerit, ut pro glossemate scriberetur; illo vero loco iam in eo codice fuisse videtur, unde noster transcriptus est. Quid quod 1, 166[a] rubricam qui posuit 'de fiduciaria tutela', ubi ipse Gaius de fiduciariis tutelis loquitur, iuris Iustiniani et ipsius rubricae tit. I. 1, 19 videtur cognitionem et rationem habuisse. Certe abolitam eius aetate tutelam muliebrem prodit rubrica ante 2, 80. Praeterea barbarum aevum sapit vitiorum qualitas, partim deterrimorum, quibus codex refertus est, quaeque faciunt, ut parum ex arte agere videantur, qui casibus, modis, temporibus contra rationem Gaique aetatis morem a librario positis similibusque, ut vere dicam, vitiis conservandis magna cura student, quasi is antiquitatis testis esset in hisce rebus fide dignus. Eandem aetatem prodit rubricarum ratio, quas librarius[1] singulis materiis maxime initio operis praescripsit quibusve praescribendis saepius spatium vacuum reliquit; licet enim eiusmodi rubricas (quod ipsum nomen aliquoties notatum in C. invenitur)

1) Nam ab ipso Gaio eas profectas non esse iam Goeschenus Praef. p. XXVIII, XXXV ed. Lachm. recte iudicavit. Unde Boeckingii consilium non probo, qui ed. 5 etiam eas, quae deesse ei visae sunt, rubricas supplevit. Rectius quis fecerit, qui vel eas exterminaret, quae nunc invito Gaio librum eius onerant; is enim ipsa oratione divisionibusque apte factis multo doctius providit, ut lector non plane indoctus singula quaeque facile inveniret. Ipsi librarii rubricas continuo inscribere circa finem loci, qui est de contractibus, videntur desivisse, credo, quia continua lectio in scholis raro ultra eum locum perveniret et ex quarto commentario pauca tantum de actionibus, pauca de exceptionibus traderentur (cf. const. Omnem reip. § 1). Certe C. Veron. vacuas lineas inscribendis rubricis destinatas non continet nisi usque ad illum locum (cf. not. ad 3, 141; 168 [ed. 5]), ubi etiam in Visigot. Epitoma tituli fere deficiunt, et praeterea tantum initio comm. IV et ante § 115.

sicut Responsorum, Quaestionum aliisque minus ex arte συστηματικῶς scriptis (cf. Fr. Vat. 227), ita etiam Institutionum libris inserere librarii mature coeperint[1] (quod de Ulpiani et Paulli Institutionibus ex collat. tit. XIV et Boethio in Cic. Top. p. 303 constat), tamen quas Veronensis codex praestat, partim ineptissimae sunt. Quid? quod adeo eius scriptor*) stipes fuit, ut non modo Graecae litteraturae nescius Graeca omnia vel praeteriret vel litteris Latinis reddens corrumperet, sed etiam in Latinis quum ad rubricam venisset vel venisse sibi videretur (et facile sibi ex pigritia videbatur), iudicii, ubi rubrica desineret et nova oratio inciperet, expers, haud raro cum rubrica (si modo rubrica erat) etiam partem, ut plurimum integrum versum, novi articuli omitteret (vide 1, 56; 58; 65; 76; 97; 108. 2, 1; 97. 3, 85; 88; 139; 162. 4, 1). Nec facile nisi barbara aetate non animadverti poterat

1) In usum scholarum primumque in Sabini libris ad similitudinem edicti, ubi ab ipso praetore positi tituli proprie appellabantur, hoc factum esse colligere licet ex Pers. 5, 90. Petron. 46, unde Quintil. I. O. 12, 3 § 11. 'Alii se ad album ac rubricas (intellige ICtorum libros) transtulerunt'; quamquam tituli illi in libris ad edictum etiam rubricae esse coeperunt (L. 2 § 3 D. d. interd. 43, 1) et iam Vespasiani aetate in iure civili, ut constat ex aeribus Salpensano et Malacitano, ipsa quoque legum (sed tamen principalium tantum) capita quamquam non rubro colore aeri inscripta rubricae appellata sunt, indeque Iuvenal. 14, 101 'rubras maiorum leges' generaliter dicere potuit. Verum ut in plerisque ius civile iure praetorio paullatim superatum est, ita etiam in hac tenui re, maxime puto postquam in Gregoriano et Hermogeniano Codicibus tituli ab ipsis auctoribus ad modum edicti singulis materiis inscripti essent, idem contigit, tandemque Alarici et Iustiniani aetate, qui etiam totius iuris civilis enucleati codicem Digestorum ad edictum spectante nomine appellavit, eo perventum est, ut vel scholasticae Institutiones ab ipso auctore per totum titulis distribuerentur, eaque honestior appellatio postea (licet nondum in Florentino Dig. codice) librariorum rubricas expelleret.

*) Utrumque nunc scriptorem dico. nam duos librarios praeter correctorem in hoc codice occupatos fuisse Studemundus deprehendit.

folium, quod aliquando exciderat, alieno loco a bibliopega restitutum, quod accidit (quicquid contradicat Boeckingius)[1] ex Heimbachii et mea sententia 2, 65—79, ut simile vitium taceam ad 3, 138 a me [ed. 5] indicatum. Quid, quod et totas sententias interdum omisit, velut [ed. 5] 1, 6 et ante 18. 2, 269. Noli vero opinari omnium horum vitiorum ipsum codicis Veronensis scriptorem auctorem fuisse. In libro toties maximeque iuvenum, qui facile decipiebantur, in usum descripto haud pauca sine dubio antiquiorem habuerunt originem[2]: id quod circumspecto critico in his praesertim notandum est, quae aliquando exciderunt et ad marginem librorum alius forte formae longiorumque versuum suppleta postea alieno loco restituta sunt vel perierunt. — Habuit codex initio 129 folia formae quadratae mediae, pagina quaque plerumque 24 versus, versu 39 sed et ad 45 litteras continente. Ex his tria folia plane deperdita sunt, salvo tamen initio et fine operis, et ut unum eorum quae continebat saltem ex parte aliunde sarciri possent (lib. III init.). Quae supersunt folia, turbato ordine deletaque priore scriptura novo codici variorum Hieronymi operum faciendo inservierunt, ita ut paucis exceptis semel, circiter quartae vero foliorum parti adeo bis nova scriptura imponeretur. Lectionem praeterea frequente siglarum sive notarum usu impediente ex earum genere, quae ante Iustinianum in usu fuere, quarumque indicem utilissimum Goeschenus editioni suae adiecit, mirandum non est, quod ex tanto naufragio nec peritissimis urinatoribus omnia contigit servare. Nec tamen multum ultra decimam partem operis interiit, et cum aliquid ex Collatione, ex Alariciana Epitoma, denique ex Iustiniani Institutionibus et Digestis potuit resarciri,

1) Sed iam veritati concessit ed. 5. Rursus tamen priorem eius opinionem suscepit Th. Mommsenus epist. crit. praemissa ed. Stud. [= Jur. Schr. II, 41 sq.] 2) Etiam ea exemplaria, quibus Iustiniani qui composuerunt Institutiones usi sunt, quaedam habuisse menda cum Veron. C. communia, notavi [ed. 5] ad 2, 94. 3, 196; 217. 4, 82. vid. etiam 4, 72; 73; 112.

tum repetitis virorum doctorum curis effectum est, ut iam in nostra editione non multum ultra tredecimam partem integri operis desideretur, cuius iacturae paene dimidium spectat ad librum quartum

Editionum indicem accuratissimum, additis etiam aliarum commentationum titulis, quae ad emendandas vel illustrandas Gai Institutiones faciunt, Boeckingius confecit in praefatione suae editionis, qua ter repetita (postremum Lips. 1855) ipse de Gaio et Gaianis studiis optime meritus est. Quae post hanc sola prodiit, inserta 'Institutionum et regularum iuris Rom. syntagmati', a Rud. Gneist Lips. 1858 edito, pro totius syntagmatis ratione ceteroqui novo ac consulto consilio instituti, lectiones magis (partim bene) selectas quam novas praestat Ex superiorum editionum numero tres Goeschenianae, quae ceteris omnibus, codicis scriptura diligenter enotata, quasi fundamenta iecere, segregandae sunt, princeps Berol. a 1820 publicata, altera, quae difficilioribus codicis locis a Bluhmio denuo inspectis, eius schedis ditata prodiit a. 1824, et tertia, post Goescheni obitum a Lachmanno a. 1842 consummata.

Ad postremae normam nostra quoque editio instituta est, ita tamen ut etiam Boeckingianae novissimae, quae omnium maxime celebratur, ratio haberetur. Nec tamen omnia, in quibus ab his editionibus deflecteremus, in notis indicavimus. Chartae parcendum erat. Itaque levicula, quo in numero maxime ad orthographiam pertinentia sunt, tacite correximus, vel quod in re tantopere ab arbitrio pendente dicere praestat, mutavimus. Praeterea in contextu litteris rectis expressimus, quae in codice leguntur, inclinatis, quae suppleta vel mutata sunt. Stellulae totidem significant litteras, lineae, si breviores sunt, syllabas trium fere litterarum, longiores interposito v. totos versus, qui nec legi nec tuto suppleri potuerunt. In margine exteriore paginas tantum primitivi codicis, quae supersunt, numeravimus; quibus additum 't. s.' spectat ad ter scriptas (Goescheno: bis rescriptas). Etiam versus

codicis distinguere, nisi ubi intererat, id est, ubi nova quaedam ad schedarum ductus supplevimus, ut otiosum non placuit. In critica adnotatione ipsos schedarum ductus repraesentare initio constitueram; sed mox consilium difficultatis plenum abieci, maxime postquam animadverti, quam male id Boeckingio quamvis diligentissimo cesserit. Itaque hac parte Lachmanni editio adeunda est. Denique a notis criticis inferiore adnotatione maxime locorum, quibus cuiusque §i sententia illustratur, indicationem separare placuit, quia ea ratione in hoc scriptore spatio consuli videbatur.

EX HVSCHKII PRAEFATIONE AD EDITIONEM QVINTAM.

Itaque iam ad ultimos vitae humanae limites provectus dimitto Gaium meum et non sine magna animi mei commotione vale ei dico, tanquam tot per annos ut vegetae ita nunc deficientis aetatis fido amico et comiti, qui nunquam non plus beneficii utilia docendo et delectando in me contulit, quam ei ab iniuriis librariorum aliorumque defendendo retribuere potui. Scrib. Vratisl. mense Aprili 1885. [Obiit Huschke d. 7. Februarii 1886, natus d. 26. Iunii 1801.]

NOTARVM EXPLICATIO.

V = lectio codicis Veronensis secundum Studemundi apographum.
V^1 = prima manus, id est librarii eius, qui codicem V exaravit.
V^2 = manus emendatoris.
t. s. = ter scripta.
[ ] = quae verba in V a Gaio abiudicanda videntur, ea his uncis saepsimus.
——— = lacuna quot litterarum incertum.
* * * = stellulae singulae significant singulas litteras, quae legi nequeunt.
D. = Digesta.
I. vel *Inst.* = Iustiniani Institutiones.
C. = Codex Iustinianus.
C. Th. = Codex Theodosianus.
Hu. = Huschke.
Iurispr. = Iurisprudentiae anteiustinianae reliquiae, compositae a Ph. E. Huschke; editione sexta ediderunt E. Seckel et B. Kuebler. Vol. I, 1908. Vol. II, fascic. I, 1911.
V. I. R. = Vocabularium iurisprudentiae Romanae.
C. I. L. = Corpus inscriptionum Latinarum.
Bruns[7] = Fontes iuris Romani antiqui ed. C. G. Bruns. Post curas Theodori Mommsen septimum edidit Otto Gradenwitz. 1909.
B G U = Ägyptische Urkunden aus den Königlichen Museen zu Berlin. Griechische Urkunden.
Chrest. = Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde von L. Mitteis und U. Wilcken. Zweiter Band: Juristische Hälfte. Zweite Hälfte: Chrestomathie.

Numeri locis Digestorum cum nomine iuris consulti adiecta significant fragmenta Palingenesiae iuris civilis, quam edidit O. Lenel 1889.

Notae eae, in quibus verba textus non repetuntur, non pertinent nisi ad id verbum, cui adscriptus est numerus notae.

GAI INSTITVTIONVM COMMENTARII QVATTVOR.

COMMENTARIVS PRIMVS.

Pag.

[I. De iure ciuili et nat*urali.*[1]] 1. *Omnes populi, qui* 1
legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim C. Ver.
communi omnium hominum iure utuntur: nam quod quis[2]-
que populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium est uocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ciuitatis; quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur uocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur. quae singula qualia sint, suis locis proponemus.

2. Constant autem iura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus princi-

1) I de iure ciuili et nat *correctoris manu* V. 2) *initium suppl. ex D.*

§ 1. = *I.* 1, 2, 1. *D.* 1, 1, 9 (*Gai.* 404). *cf. infra* 3, 154. *Dosith.* 1. *D.* 41, 1, 1 *pr.* (*Gai.* 491). *I.* 1, 2, 11. *Auct. ad Herenn.* 2, 13, 19. *Cic. de inv.* 2, 22, 67. *de off.* 3, 17, 69. *Isidor. orig.* 5, 4, 1. quae singula qualia sint] *i. e. utrum iuris gentium an iuris ciuilis sint etc. cf. infra* 1, 52. 55. 78. 82. 83. 84. 85. 86. 89. 108. 119. 189. 193. 197. 2, 65. 67. 69. 70. 73. 77. 79. 3, 93. 132.

§ 2. *cf. I.* 1, 2, 3. *D.* 1, 2, 2, 12 (*Pomp.* 178). 1, 1, 7 (*Pap.* 46). *Cic. top.* 5. 28. *Isidor. orig.* 5, 9, 2.

pum, edictis eorum, qui ius edicendi habent, responsis prudentium. 3. Lex est, quod populus iubet atque constituit. plebiscitum est, quod plebs iubet atque constituit. plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione uniuersi ciues significantur, connumeratis et patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri ciues significantur; unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quae sine auctoritate
2 eorum facta essent; sed postea | lex Hortensia lata est, qua cautum est, ut plebiscita uniuersum populum tenerent: itaque eo modo legibus exaequata sunt. 4. Senatus consultum est, quod senatus iubet atque constituit; idque legis uicem optinet, quamuis *de ea re*[1] fuerit quaesitum. 5. Constitutio principis est, quod imperator decreto uel edicto uel epistula constituit. nec umquam dubitatum est, quin id legis uicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat.[2] 6. Ius autem edicendi habent magistratus populi Romani. sed amplissimum ius est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in prouinciis

1) de ea re *addidimus. cf.* 2, 236. 2) nec umquam — accipiat *a Gaio abiudicat Kreller.*

§ 3. *cf. I.* 1, 2, 4. *D.* 1, 2, 2, 8 (*Pomp.* 178). 50, 16, 238 *pr.* (*Gai.* 442). *Liv.* 1, 17, 9. 3, 55, 3. 4, 49, 6. 6, 42, 10. 8, 12, 14; 15. *Capito ap. Gell.* 10, 20, 2; 5; 6 (*Iurispr.* I, 69). *Plin. n. h.* 16, 37. *Laelius Felix ap. Gell.* 15, 27, 4 (*Iurispr.* I, 94). *Fest. v. populi p.* 233 (*Bruns* II⁷, 24). *v. scita p.* 293 (*Bruns* II⁷. 36). *v. scitum p.* 330 (*Bruns l. c.*). *Isidor. orig.* 5, 10, 11. *Boethius l.* 3 *ad Cic. top.* 5, 28 *p.* 321 *Or.* lex Hortensia] *a.* 289—286 *a. Chr.*

§ 4. *cf I.* 1, 2, 5. *D.* 1, 2, 2, 9 (*Pomp.* 178). 1, 3, 9 (*Ulp.* 541). *Isidor. orig.* 5, 12. *Boeth. l. c.*

§ 5. *cf. I.* 1, 2, 6. *D.* 1, 3, 11 (*Iul.* 842). 1, 2, 2, 11 (*Pomp.* 178). 1, 4, 1 *pr.* 1 (*Ulp.* 1916). *Isidor. orig.* 5, 13.

§ 6. *cf. I.* 1, 2, 7. *D.* 1, 2, 2, 10 (*Pomp.* 178). 1, 1, 7, 1 (*Pap.* 46). 1, 1, 8 (*Marcian.* 42). *Plaut. Capt.* 4, 2, 43 = 823. *Poen.* 11 *sq. Cic. ad Att* 6, 1, 15. *divin.* 17, 56. *in Verr.* 2, 1, 41, 106. 45, 116. *Corn. Nep. Cat.* 2, 3. *Ascon. in Cornel. p.* 52, 5 *Kiessl.* (*Bruns* II⁷, 69). *Tacit. ann.* 12, 60. *Gell.* 13, 15, 1. 15, 11, 2. *Boeth. l.* 3 *ad Cic. top.* 5, 28 *p.* 321 *Or. Bruns* I⁷, 211.

iurisdictionem[1] praesides earum habent; item in edictis aedilium curulium, quorum iurisdictionem in prouinciis populi Romani quaestores habent; nam in prouincias Caesaris omnino quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his prouinciis non proponitur. 7. Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, quibus permissum est iura condere. quorum omnium si in unum sententiae concurrunt[2], id, quod ita sentiunt, legis uicem optinet; si uero dissentiunt, iudici licet quam uelit sententiam sequi; idque rescripto diui Hadriani significatur.

[II. De iuris diuisione.] 8. Omne autem ius, quo utimur, uel ad personas pertinet uel | ad res uel ad 3
actiones. sed[3] prius uideamus de personis.

[III. De condicione hominum.] 9. Et quidem summa diuisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui. 10. Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini. 11. Ingenui sunt, qui liberi nati sunt; libertini, qui ex iusta seruitute manumissi sunt. 12. Rursus libertinorum *tria sunt genera: nam aut ciues Romani aut Latini aut*

---

1) in prouinciis iurisdictionem] iurisdictionem in prouinciis *Polenaar.* 2) concurrant V. 3) ac *Inst Iust.; an ex Gaio? cf.* § 12. 51. 125. 143. 2, 99.

---

§ 7. *cf. I.* 1, 2, 8. *D.* 1, 2, 2, 47 (*Pomp.* 178). *Cic. p. Mur.* 18, 28. *p. Caec.* 23, 65. *Senec. ep.* 94, 27. *Gell.* 13, 10, 1. 13, 13, 1. *Isid. orig.* 5, 14.

§ 8. = *D.* 1, 5, 1. *I.* 1, 2, 12. *cf. D.* 1, 5, 2 (*Herm* 3). *Donat. ad Terent. Adelph.* 2, 3, 1 (254).

§ 9. = *D.* 1, 5, 3. *I.* 1, 3 *pr. cf. D.* 1, 1, 4 (*Ulp.* 1912). *Gai epit.* 1, 1 *pr.*

§ 10. *cf. I.* 1, 3, 5. *Dosith.* 4. *D.* 1, 5, 5 *pr.* (*Marcian.* 45). *Gai epit.* 1, 1 *pr.*

§ 11. libertini] = *D.* 1, 5, 6. *cf. D.* 1, 5, 5, 2 (*Marcian.* 45). *I.* 1, 4 *pr.* 1, 5 *pr. Gai epit.* 1, 1 *pr.*

§ 12. *cf. Ulp.* 1, 5. *Dosith.* 4. *Gai epit.* 1, 1 *pr. Auson. Griph. v.* 65 p. 203 *ed. Peiper. I.* 1, 5, 3.

dediticiorum[1] numero sunt. de quibus singulis dispiciamus; ac prius *de* dediticiis.

[IIII. De dediticiis uel lege Aelia Sentia.] **13.** Lege itaque Aelia Sentia cauetur, ut, qui serui a dominis poenae nomine uincti sunt[2], quibusue stigmata inscripta sunt[2], deue quibus ob noxam quaestio tormentis habita sit et in ea noxa fuisse conuicti sunt[2], quiue ut[3] ferro aut cum bestiis depugnarent traditi sint, inue ludum custodiamue coniecti fuerint, et postea uel ab eodem[4] domino uel ab alio manumissi, eiusdem condicionis liberi fiant[5], cuius condicionis sunt peregrini dediticii. [V. De peregrinis dediticiis.] **14.** Vocantur autem peregrini dediticii hi, qui quondam aduersus populum Romanum armis susceptis pugnauerunt, deinde[6] uicti se dediderunt. **15.** Huius ergo turpitudinis seruos quocumque modo et cuiuscumque aetatis manumissos, etsi pleno iure dominorum fuerint, numquam aut ciues Romanos aut Latinos fieri dicemus, sed omni modo dediticiorum numero constitui intellegemus.

16. Si uero in nulla tali turpitudine sit seruus, manumissum modo ciuem Romanum modo Latinum
4 fieri dicemus. **17.** Nam in cuius personam tria haec concurrunt, ut maior sit annorum triginta, et ex iure

---

1) tria—dediticiorum *suppl. Goeschen ex Epit.* 1, 1 *pr.* 2) sint *Goeschen.* 3) quiue ut] quique aut V. 4) ab eodem] auem V^1. ab eo? V^2. 5) fiunt V. 6) deinde V^2. et V^1.

---

§ 13. *cf. Ulp.* 1, 11. *Paul.* 4, 12, 5 *sq. Gai epit* 1, 1, 3. *infra* 1, 26. 3, 74. *D.* 50, 16, 204 (*Ven.* 65). 50, 16, 216 (*Ulp.* 1933). *Suet. Aug.* 40. *Isid. orig.* 9, 4, 49 (*Bruns* II^7, 84), 50. *C.* 7, 5, 1 (*a.* 530). *Gnom. Id. Log.* § 20. lex Aelia Sentia] *lata a Sex. Aelio Cato C. Sentio Saturnino consulibus a.* 4 *p. Chr.*

§ 15. *cf. infra* 1, 17; 26; 68.

§ 16. *cf. Dosith.* 5. 13.

§ 17. *cf. Ulp.* 1, 6; 10; 12; 16. *Gai epit.* 1, 1, 1; 2. *Plaut. Cas.* 2, 8; 68 = 504. *Cic. top.* 2, 10. *Boeth. ad h. l.* (*Bruns* II^7, 73). *Plut. de ser. num. vind. p.* 550 (*ed. Bernardakis* III 422). *C.* 7, 6, 1, 6 (*a.* 531). *Gnom. Id. Log.* § 19.

Quiritium domini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, id est uindicta aut censu aut testamento, is ciuis Romanus fit; sin uero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

[VI. De manumissione uel causae probatione.] 18. Quod autem de aetate serui requiritur, lege Aelia Sentia introductum est. nam ea lex minores XXX annorum seruos non aliter uoluit manumissos ciues Romanos fieri, quam si uindicta, apud consilium iusta causa manumissionis adprobata, liberati fuerint. 19. Iusta autem causa manumissionis est, ueluti si quis filium filiamue aut fratrem sororemue naturalem aut alumnum aut paedagogum aut seruum procuratoris habendi gratia aut ancillam matrimonii causa apud consilium manumittat.

[VII. De consilio adhibendo.] 20. Consilium autem adhibetur in urbe Roma quidem quinque senatorum et quinque equitum Romanorum puberum[1], in prouinciis autem uiginti recuperatorum ciuium Romanorum. idque fit ultimo die conuentus; sed Romae certis diebus apud consilium manumittuntur. maiores uero triginta annorum serui semper manumitti solent, adeo ut uel in transitu manumittantur, ueluti cum praetor aut pro consule in balneum uel in theatrum eat.

---

1) equo publico *Karlowa*.

§ 18. *cf. Ulp.* 1, 12. *Dosith.* 13. *D.* 40, 2, 16 *pr.* (*Ulp.* 1935). 40, 4, 27 (*Paul.* 914). *Suet. Aug.* 40. *Dio Cass.* 55, 13, 7. *lex Salpens. c.* 28 (*Bruns* I⁷, 146). *C. I. L.* VI 1877 (*Dessau* 1910). 32881 (*Dessau* 1985). XVI 1437 (*Dessau* 1984). *Gnom. Id. Log.* § 21. *infra* 1, 29 *sq.*

§ 19. *cf. infra.* 1, 39.

§ 20. *cf. infra* 1, 38. *Ulp.* 1, 13a. *I.* 1, 5, 2. *Theophil.* 1, 5, 2; 4. 1, 6, 4. *D.* 40, 9, 7, 1 (*Iul.* 903). 40, 2, 16 *pr.* (*Ulp.* 1935). 1, 10, 1 *pr.* (*Ulp.* 2055). 1, 21, 2 *pr.* (*Ulp.* 2268). 40, 2, 24 (*Paul.* 1037). *C.* 7, 1, 1 (*a.* 211). recuperatores] *cf. infra* 4, 105. ultimo die conuentus] *cf. Suet. Galb.* 10. *Plut. Galb.* 5. in transitu] *cf. D.* 40, 2, 8 (*Ulp.* 256). *Plin. ep.* 7, 16, 3.

21. Praeterea minor triginta annorum seruus manumissus potest ciuis Romanus fieri, si ab eo domino, qui soluendo non erat, testamento eum liberum et[1] heredem relictum[2] **** | —— *vv. 24 nunc legi non possunt* —— |[3] 22. homines Latini Iuniani appellantur; Latini ideo, quia adsimulati sunt Latinis coloniariis; Iuniani ideo, quia per legem Iuniam libertatem acceperunt, cum olim serui uiderentur esse. 23. Non tamen illis permittit[4] lex Iunia uel ipsis testamentum facere uel ex testamento alieno capere uel tutores testamento dari. 24. Quod autem diximus ex testamento eos capere non posse, ita intellegemus, ne quid inde[5] directo hereditatis legatorumue nomine eos posse capere dicamus; alioquin per fideicommissum capere possunt.

25. Hi uero, qui dediticiorum numero sunt, nullo modo ex testamento capere possunt, non magis quam quilibet peregrinus; quin[6] nec ipsi testamentum facere possunt secundum id quod magis[7] placuit. 26. Pessima

1) ei? V. 2) *cf. apographum.* 3) *videtur Gaius in pagina quinta primum ea, quae de servo creditoribus satisfacturo exponere iam coeperat, ad finem perduxisse, deinde dominium ex iure Quiritium verbo tetigisse (cf.* § 17), *infra* (2, 40) *accuratius expositurus, porro de tribus legitimae manumissionis modis egisse (cf.* 1, 126), *denique ad Latinos transiisse (vid.* § 16). *cf. Inst. Iust.* 1, 6, 1. *Ulp.* 1, 12; 14. *Gai epit.* 1, 1, 2. *Gai.* 3, 56. *Theoph.* 1, 5, 4. *Lex Rom. Burg* 44, 5. *Salvian. ad eccl.* 3, 7, 31—34. 4) promittit V. 5) inde *Goudsmit.* in V. 6) quia V. 7) magis] mgn V. magis nunc *Kniep.*

§ 21. *cf. infra* 2, 154. 276. *Ulp.* 1, 14. *Dosith.* 16. *I.* 1, 6, 1. *D.* 28, 5, 61 (*Cels.* 240). 40, 4, 27 (*Paul.* 914).

§ 22 *cf. infra* 3, 56. *Ulp.* 1, 10; 12. *Dosith.* 5; 6. *Gai epit.* 1, 1, 2.

§§ 23. 24. *cf. infra* 2, 110; 275. *Ulp.* 20, 14. 22, 3; 8. 17, 1. 25, 7. 11, 16. *Fr. Vat.* 172 (*Paul. Sent.* 2, 27, 6). *Gai epit.* 1, 1, 4. *Gnom. Id. Leg.* § 22.

§ 25. *cf. infra* 3, 75. 2, 285. *Ulp.* 22, 2. 20, 14. *Gai epit.* 1, 1, 4. *Gnom. Id. Leg.* § 20.

§ 26. *cf. I.* 1, 5, 3. *infra* 1, 67. *Coll.* 4, 3, 4 (*Paul.* 19) *Gai epit.* 1, 1, 4. *Suet. Aug.* 40.

itaque libertas eorum est, qui dediticiorum numero sunt; nec ulla lege aut senatus consulto aut constitutione principali aditus illis ad ciuitatem Romanam datur. 27. Quin etiam in urbe Roma uel intra centesimum urbis Romae miliarium morari prohibentur; et si qui contra ea fecerint, ipsi bonaque eorum publice uenire iubentur ea condicione, ut ne in urbe Roma uel intra centesimum urbis Romae miliarium seruiant neue umquam manumittantur; et si manumissi fuerint, serui populi Romani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia conprehensa sunt.

[*Quibus modis* Latini ad ciuitatem Romanam perueniant.] | 28. Latini uero multis modis ad ciuitatem Romanam 7
perueniunt. 29. Statim enim ex lege Aelia Sentia[1] minores triginta annorum manumissi et Latini facti si uxores duxerint uel ciues Romanas uel Latinas coloniarias uel eiusdem condicionis, cuius et ipsi essent, idque testati fuerint adhibitis non minus quam septem testibus ciuibus Romanis puberibus et filium procreauerint, cum is filius anniculus esse coeperit, datur eis potestas per eam legem adire praetorem uel in prouinciis praesidem prouinciae et adprobare se ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habere: et si is, apud quem causa probata est, id ita esse pronuntiauerit, tunc et ipse Latinus[2] et uxor eius, si et ipsa eiusdem *condicionis sit, et filius eius, si et ipse eiusdem* condicionis sit, ciues Romani esse iubentur. 30. Ideo autem in *persona filii*[3] adiecimus

1) *quod addit h. l.* V: cautum est ut, *nunc apparet glossema esse. om. etiam Polen. et Krueger. edd.* 2) iunianus *add.* V² *supra lineam.* 3) persona filii *Polenaar. vide apogr.*

§ 27. *cf. Isid. orig.* 9, 4, 52 (*Bruns* II⁷, 84). *D.* 29, 1, 29, 1 (*Marcell.* 134).
§ 28. *cf. Ulp.* 3, 1. *Gai epit.* 1, 1, 4. *C.* 7, 6, 1 (*a.* 531).
§ 29. *cf. Ulp.* 3, 3.
§ 30. *cf. infra* 1, 32; 66; 80. *Ulp.* 3, 3.

'si et ipse eiusdem condicionis sit', quia si uxor Latini ciuis Romana est, qui ex ea nascitur, ex nouo senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuis Romanus nascitur. 31. Hoc tamen ius adipiscendae ciuitatis Romanae etiamsi soli[1] minores triginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia habuerunt, tamen postea senatus consulto, quod Pegaso et Pusione consulibus factum est, etiam maioribus triginta annorum manumissis Latinis factis concessum est. 32. Ceterum etiamsi ante decesserit Latinus, quam anniculi filii causam probarit[2], potest mater eius causam probare, et sic et ipsa fiet | ciuis Romana,
8 si Latina fuerit ——— | ——— *vv. 2 paucis litteris exceptis legi nequeunt* ——— *etiamsi* | ipse filius ciuis Romanus sit, quia ex ciue Romana matre natus est, tamen debet causam probare, ut suus heres patri fiat. 32a. *Quae* uero diximus de filio anniculo, *eadem et de filia annicula* dicta intellegemus. 32b. *Praeterea ex lege Visellia tam maiores quam minores xxx annorum manumissi et Latini facti ius Quiritium adipiscuntur,*[3] id est fiunt ciues Romani, si Romae inter uigiles sex annis militauerint. postea dicitur factum esse senatus consultum, quo data est illis ciuitas Romana, si triennium militiae expleuerint. 32c. Item edicto Claudii[4] Latini ius Quiritium consecuntur, si nauem marinam aedificauerint, quae non minus quam decem milia mo-

1) socii V[1], *del.* V[2]. 2) *sic* V[2]. probet V[1]. 3) praeterea—adipiscuntur *ad sententiam supplevit Hu. cf. Ulp.* 3, 5. 4) diui Claudii *Hu. cf. Ulp.* 3, 6.

§ 31. *cf. Ulp.* 3, 4. Peg. et Pus.] *cf. infra* 2, 254. *I.* 2, 23, 5 '*Vespasiani Aug. temporibus*'.

§ 32. *cf. Coll.* 16, 3, 7; 15. *infra* 3, 5.

§ 32a. *cf. infra* 1, 72.

§ 32b. *cf. Ulp.* 3, 5 *C. I L.* VI 220 (*Dessau* 2163). lex Visellia] *a.* 24 *p. Chr.*

§ 32c. *cf. Ulp.* 3, 6. *Suet. Claud.* 18; 19. *D.* 50, 5, 3 (*Scaev.* 202).

diorum *frumenti* capiat, eaque nauis uel quae in eius locum substituta *sit*, *sex* annis frumentum Romam portauerit. 33. Praeterea *a Nero*ne *constitutum est*[1], ut si Latinus, qui patrimonium sestertium CC milium plurisue habebit, in urbe Roma domum aedificauerit, in quam[2] non minus quam partem dimidiam patrimonii sui impenderit, ius Quiritium consequatur. 34. Denique Traianus[3] constituit, ut si *Latinus* in urbe tri*enn*io pistrinum exercuerit, *quod in*[4] dies singulos non minus quam centenos m*odios* frumenti pinseret[5], ad ius Quiritium peruen*iat*[6] ——— *vv. 1—3* ——— | 35. *Praeterea* 3
possunt maiores triginta annorum manumissi et Latini

1) '*Goeschenus quidem initium huius* §*i ita restituendum censuit:* ''*lege Iulia cautum est, ut Latinus, si in perficiendo* aedificio *Romae* non *minus*'' *etc. ex Dig.* 50, 16, 137 (*Ulp. lib.* 7 *ad l. Iul. et Pap.*). *cetera tunc egregie; sed de lege Iulia nec apparet, qua ratione ea de hoc Latinorum beneficio, qui tum nondum erant, quicquam cautum esse potuerit, et Dig.* 24, 3, 64 *maxime* § 7 *ostendit, quid in causa fuerit, ut Ulpianus hoc libro de libertis dotalibus Latinis vel facto mariti vel suo iure civitatem adeptis exponeret. praeterea cum Gaius ordinem temporis secutus esse videatur, non dubito ex Tacit. A.* 15, 43 *ad a.* 65. ''*addidit praemia pro cuiusque ordine et rei familiaris copiis*'' *Neronis edicto hoc beneficium adscribere. nam Vespasianus alia sanxit. Suet. Vesp.* 8. *Lex Flav. Mal.* 62. *sed et senatus nec Tacitus meminit nec eius partes in re lege non constituta solebant esse*'. *haec Hu., qui* 'constitutum est edicto' *in textu posuerat.* edicto *ut parum certum delevimus.*
2) quo V. qua *Stud.; sed Gaius dicere solet impendere in aliquid.* 3) diuus Traianus *Hu.* 4) quod in *Hu.* in quo in *Stud.; sed ipsum pistrinum est centenarium* (*Fr. Vat.* 233) *et cf. antea* eaque nauis . . . portauerit. 5) *cf. apogr. eiusque supplementum.* 6) *cf. apograph. et supplem. videtur Gaius in vv.* 1—3 *fere dixisse ex SCto mulierem Latinam ter enixam, beneficio principali omnes Latinos ius Qu.* consequi *posse* (*cf. Ulp.* 3, 1; 2), *deinde ad iterationem, qua ipse patronus hoc beneficium tribuit, transiisse.*

§ 33. *cf. Ulp.* 3, 1. *D.* 50, 16, 139 (*Ulp.* 2012). *Tacit. ann.* 15, 43. *Suet. Vesp.* 8.
§ 34. *cf. Ulp.* 3, 1. *Fr. Vat.* 233. 235 (*Ulp.* 2133. 2135).
§ 35. *cf. Ulp.* 3, 4. 1, 12. *Fr. Vat.* 221 (*Ulp.* 2129). *Gai*

facti *iteratione* ius Quiritium consequi. quo ——— *tri*ginta annorum manumittant ——— *vv.* $1\frac{1}{2}$ ———| manumissus uindicta aut censu aut testamento *et ci*uis Romanus | *et eius* libertus fit, qui *e*um *iter*auerit. ergo si seruus in bonis tuis, ex iure Quiritium meus erit, Latinus quidem a te solo fieri potest, iterari autem a me, non etiam a te potest et eo modo meus libertus fit. sed et ceteris modis ius Quiritium consecutus meus libertus fit. bonorum autem, quae ———[1], cum is morietur[2], reliquerit, tibi possessio datur, quocumque modo ius Quiritium fuerit consecutus. quod si cuius et in bonis et ex iure Quiritium sit, manumissus ab eodem scilicet et Latinus fieri potest et ius Quiritium consequi.

36. *Non tamen cuicumque uolenti manumittere licet.* 37. *Nam is, qui* in fraudem creditorum uel in fraudem patroni manumittit, nihil agit, quia lex Aelia Sentia inpedit libertatem. 38. Item eadem lege minori XX annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si [uindicta][3] apud consilium iusta causa manumissionis adprobata fuerit. 39. Iustae autem causae manumissionis sunt, ueluti si quis patrem aut matrem

1) nā V 2) morientur V. 3) si uindicta] uindicta si *Savigny.*

epit. 1, 1, 4. *Dosith.* 14. *Plin. ep.* 7, 16, 4. *Tacit. ann.* 13, 27. bonorum possessio] *cf. infra* 2, 88 *ibiq. cit.*

§§ 36. 37. = *I.* 1, 6 *pr. cf. Ulp.* 1, 15. *Gai epit.* 1, 1, 5; 6. *Dosith.* 16. *D.* 28, 5, 61 (*Cels.* 240). 42, 8, 15 (*Iul.* 678). 40, 9, 23 (*Pomp.* 822). 40, 9, 8 (*Afr.* 20). 40, 9, 10 (*Gai.* 489). 40, 9, 24 (*Terent. Clem.* 24). 42, 8, 23 (*Scaev.* 127). 40, 9, 25 (*Pap.* 532). 40, 9, 16, 2 (*Paul.* 918). 28, 5, 56 (*Paul.* 913). 28, 5, 58 (*Paul.* 701). 40, 9, 27 *pr.* (*Herm.* 10). *C.* 7, 11, 1 (*a.* 223). in fraudem patroni] *cf. D.* 40, 12, 9, 2 (*Gai.* 38). 38, 5, 11 (*Paul.* 919).

§ 38. = *I.* 1, 6, 4. *cf. Ulp* 1, 13. *Dosith.* 13. *lex Salpens c.* 28 (*Bruns* I^7, 146). *D.* 40, 9, 7, 1 (*Iul.* 903). 40, 4, 3 (*Pomp.* 386). 40, 1, 1 (*Ulp.* 2468). 40, 2, 16, 1 (*Ulp.* 1935). 1, 10, 1, 2 (*Ulp.* 2057). 40, 2, 24 (*Paul.* 1037). 40, 1, 16 (*Mod.* 177). *C.* 6, 21, 4 (*a.* 222). 7, 4, 5 (*a.* 222?). 7, 11, 4 (*a.* 224). *Dio Cass.* 55, 13, 7.

§ 39. *cf. supra* 1, 19. *I.* 1, 6, 5. *Gai epit.* 1, 1, 7. *D.* 40, 2, 19 (*Cels.* 241). 40, 2, 25 (*Gai.* 477). 40, 2, 11; 13 (*Ulp.* 2180).

aut paedagogum aut conlactaneum manumittat. sed et illae causae, quas superius[1] in seruo minore XXX annorum exposuimus, ad hunc quoque casum, de quo loquimur, adferri possunt. item ex diuerso hae causae, quas in minore XX annorum domino rettulimus, porrigi possunt et ad seruum minorem XXX annorum. 40. Cum ergo certus modus manumittendi minoribus XX annorum dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit, euenit, ut qui XIIII annos aetatis expleuerit, licet testamentum facere possit et in eo heredem sibi instituere legataque relinquere possit, tamen si adhuc minor sit annorum XX, libertatem seruo dare non possit.[2] 41. Et quamuis Latinum facere uelit minor XX annorum dominus, tamen nihilo minus debet apud consilium causam probare et ita postea inter amicos manumittere.

42. Praeterea lege Fufia Caninia certus modus constitutus est in seruis testamento manumittendis. 43. Nam ei, qui plures quam duos neque plures quam decem seruos habebit, usque ad partem dimidiam eius numeri manumittere permittitur; ei[3] uero, qui plures | quam X neque plures quam XXX seruos habebit, usque ad 11 t. s.

1) superius id ē V, id *expunctum*. 2) potest V. 3) si V.

40, 2, 12; 16 (*Ulp.* 1934). 40, 2, 20 (*Ulp.* 2056). 40, 2, 15 (*Paul.* 911). 40, 2, 9 (*Marcian.* 151). 40, 2, 14 (*Marcian.* 267). 40, 9, 21 (*Mod.* 96).

§ 40. *cf. I.* 1, 6, 7. *infra* 2, 113. *Gai epit.* 1, 1, 7.

§ 41. *cf. Dosith.* 13. inter amicos] *cf. Dosith.* 6 *sq. Ulp.* 1, 10. *Bruns* I⁷, 369. *Papyr. Oxy.* 9, 1205.

§ 42. *cf. infra* 2, 228. *Paul.* 4, 14. *I.* 1, 7. *C.* 7, 3. *Script. Hist. Aug. Tacit.* 10, 7. *D.* 35, 1, 37 (*Paul. libro singulari ad legem Fufiam Caniniam;* 925). 50, 16, 215 (*Paul.* 926). *C. Th.* 16, 8, 28 (*a.* 426). lex Fufia Caninia] *lata a L. Caninio Gallo C. Fufio Gemino consulibus a.* 2 *a. Chr., cf. Bull. dell' Ist. di dir. Rom.* XVIII, 115 = *Dess.* 9250.

§ 43. *cf. Ulp.* 1, 24. *Paul.* 4, 14, 4. *Gai epit.* 1, 2 *pr. D* 10, 5, 22, 1 (*Pap.* 303).

tertiam partem eius numeri manumittere permittitur. at ei, qui plures quam XXX neque plures quam centum habebit, usque ad partem quartam potestas manumittendi datur. nouissime ei, qui plures quam C habebit nec plures quam D, non plures manumittere[1] permittitur quam[2] quintam partem; neque plures *quam D habentis ratio habetur, ut ex eo numero pars definiatur*[3], sed praescribit lex, ne cui plures manumittere liceat quam C. quod[4] si quis unum seruum omnino aut duos habet, ad hanc legem non pertinet[5], et ideo liberam habet potestatem manumittendi. 44. Ac ne ad eos quidem omnino haec lex pertinet, qui sine testa*mento* manumittunt.[6] itaque licet iis, qui uindicta aut censu aut inter amicos manumittunt, totam familiam suam liberare, scilicet si alia causa non inpediat libertatem. 45. Sed quod de numero seruorum testamento manumittendorum diximus, ita intellegemus, ne umquam ex eo numero, ex quo dimidia aut tertia aut quarta aut quinta pars liberari potest, *pauciores* manu*mittere* liceat quam ex antecedenti numero licuit. et hoc ipsa *ratione*[7] *pro*uisum est: erat enim sane absurdum, ut X seruorum domino quinque liberare liceret, quia usque ad dimidiam partem eius numeri manumittere ei conceditur, XII seruos habenti non plures liceret manumittere quam IIII; at eis, qui plures quam X neque |

12 t. s. 13 ——— *vv. 1—24.*[8] ———|

1) ei manumittere V. 2) quam ut V. 3) quam—definiatur *suppl. Hu.* 4) cq V. contra *Polenaar.* 5) *nihil mutandum, cf. V. I. R.* I *p.* 154. 6) manumittuntur V. 7) ratione *Polenaar; cf. Paul.* 2, 1, 1. 8) *de paginae* 12 *Codicis lectione desperandum est. conferenda est ad ea, quae perierunt, Gai epit.* 1, 2 §§ 2—4: *Nam si aliquis testamento plures manumittere uoluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo seruandus est: ut illis tantum libertas ualeat, qui prius*

§ 44. *Gai epit.* 1, 2, 1. *Dionys.* 4, 24. inter amicos] *cf. ad* § 41.

46. nam et si testamento scriptis in orbem seruis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis inuenitur, nulli liberi erunt, quia lex Fufia Caninia, quae in fraudem eius facta sint, rescindit. sunt etiam specialia senatus consulta, quibus rescissa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt.

47. In summa sciendum est, *quod* lege Aelia Sentia cautum sit, ut[1] creditorum fraudandorum causa manumissi liberi non fiant, hoc etiam[2] ad peregrinos pertinere, [senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani][3]

---

manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui uero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in seruitute eos certum est permanere. quod si non nominatim serui uel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes seruos suos uel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere uoluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili condicione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. nam etsi ita in testamento seruorum manumissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem ualere manifestum est, si agnosci non potest, qui prior, qui posterior fuerit manumissus. 3. Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum, sed epistolis aut quibuscumque aliis rebus seruis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre uoluerit libertates et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt, qui uero post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt. 4. Nam si incolumis quoscumque diuerso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur. 'Ex his tamen Epitomator ea, quae §§ 3. 4. continentur, aliunde quam ex Gaio sumpsisse videtur'. Hu. 1) aut V. *cf. apographi supplementum.* ut aut patroni aut *suppl. Hu.* 'certe non dubitandum etiam apud peregrinos, etiamsi non omnes, patronis aliquod ius in bonis libertorum fuisse'. *Hu.* 2) hoc etiam *Goeschen.* etiam hoc V. 3) senatus—Hadriani *del. Mommsen.*

---

§ 46. *cf. infra* 2, 239. *D.* 35, 1, 37 (*Paul.* 925). *Gai epit.* 1, 2, 2. *Auson. lud. VII sapient.* 80 (*Solon* 8). *D.* 40, 5, 24, 17 (*Ulp.* 1887).

§ 47. *cf. supra* 1, 37.

cetera uero iura eius legis ad peregrinos non pertinere.

48. Sequitur de iure personarum alia diuisio. nam quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae. 49. Sed rursus earum personarum, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt. 50. Videamus nunc de iis, quae alieno iuri subiectae sint: *nam* si cognouerimus, quae istae personae sint[1], simul intellegemus, quae sui iuris sint. 51. Ac prius dispiciamus de iis, qui in aliena potestate sunt.

52. In potestate itaque sunt serui dominorum. quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animaduertere possumus dominis in seruos uitae necisque potestatem esse, et quodcumque per seruum adquiritur, id domino adquiritur. 53. Sed
14 hoc tempore neque ciuibus | Romanis nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et sine causa in seruos suos saeuire: nam ex constitutione sacratissimi[2] imperatoris Anto-

1) sunt V. 2) s V, '*in quo Stud. apogr. p.* 300 *literam* s *mero calami lapsui tribuit. sed collata L.* 9. *D. ad SC. Tertull.* (38, 17) *etiam h. l., ubi Gaius sui imperatoris primum mentionem facit,* sacratissimi *cum prior. edd. retinere malui*'. *Hu. cf. etiam C. I. L.* V 875 (*Dessau* 1374). IX 23. 5833 (*Dessau* 6472). XII 594 (*Dessau* 6988). *Dessau* 4052. 6468. *Bruns* I⁷, 294 *l.* 6.

§§ 48—51. = *D.* 1, 6, 1 *pr. I.* 1, 8 *pr. cf. Gai epit.* 1, 3 *pr.* § 49. *cf. Fr. Vat.* 298. 300 (*Paul.* 796). *lex Salpens. c.* 22 (*Bruns* I⁷, 143).

§ 52. = *D.* 1, 6, 1, 1. *I.* 1, 8, 1. *cf. Gai epit.* 1, 3, 1. *D.* 1, 5, 4, 1 (*Flor.* 25, *unde I.* 1, 3, 2). 12, 6, 64 (*Tryph.* 21). 1, 1, 4 (*Ulp.* 1912). *Isid. orig.* 5, 6. uitae necisque potestatem] *cf. Senec. de benef.* 3, 23, 3. per seruum adquiritur] *cf. infra* 2, 86 *sq.*

§ 53. = *D.* 1, 6, 1, 2. *I.* 1, 8, 2. *cf. Paul. Coll.* 3, 2, 1. *Coll.* 3, 3 = *D.* 1, 6, 2 (*Ulp.* 2213). *Coll.* 3, 4 (*a.* 285). *D.* 1, 12, 1, 1; 8 (*Ulp.* 2079). 48, 8, 11, 1; 2 (*Mod.* 230). *C.* 9, 14, 1 (*a.* 319). *Senec. de clem.* 1, 18. *Suet. Claud.* 25. *Script. Hist. Aug. Hadr.* 18, 7. sine causa] *cf. D.* 45, 1, 96 (*Marcell.* 152). 30, 53, 3 (*Ulp.* 2678). ad statuas principis] *cf. Senec. de clem.* 1, 18, 2.

nini, qui siue causa seruum suum occiderit, non minus teneri iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. sed et maior quoque asperitas dominorum per eiusdem principis constitutionem coercetur: nam consultus a quibusdam praesidibus prouinciarum de his seruis, qui ad fana deorum uel ad statuas principum confugiunt, praecepit, ut si intolerabilis uideatur dominorum saeuitia, cogantur seruos suos uendere. et utrumque recte fit: male[1] enim nostro iure uti non debemus; qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio. 54. Ceterum cum apud ciues Romanos duplex sit dominium (nam uel in bonis uel ex iure Quiritium uel ex utroque iure cuiusque seruus esse intellegitur[2]), ita demum seruum in potestate domini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi simul ex iure Quiritium eiusdem non sit: nam qui nudum ius Quiritium in seruo habet, is potestatem habere non intellegitur.

55. Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos iustis nuptiis procreauimus. quod ius proprium ciuium Romanorum est (fere enim nulli alii sunt homines, qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus) idque diui Hadriani edicto, quod proposuit 15
de his, qui sibi liberisque suis ab eo ciuitatem Romanam petebant, significatur.[3] nec me praeterit Galatarum gentem credere in potestate[4] parentum liberos esse.

1) regula male V. 2) intellegatur V. 3) significauit V. 4) potestatem V.

cogantur seruos suos uendere] *cf. D.* 48, 18, 1, 27 (*Ulp.* 2212). prodigis] *cf. Paul.* 3, 4ª, 7. *Papyr. Flor.* 99 (*Chrest.* 368).

§ 54. *cf. supra* 1, 35. *infra* 2, 40; 88. 3, 166. *Ulp.* 1, 16. *Theoph.* 1, 5, 4 (*Ferr. p.* 25).

§ 55. = *D.* 1, 6, 3. *I.* 1, 9 *pr.*; 2. *cf. infra* 1, 93; 64; 128; 189. 2, 135a. 3, 20. *Gai epit.* 1, 3, 2. *Ulp.* 5, 1. *C.* 8, 46, 3 (*a.* 227). 8, 46, 10 = *C. Th.* 4, 8, 6 (*a.* 323). *C. Th.* 3, 3 (*a.* 391). *lex. Salp. c.* 22 (*Bruns* I⁷, 143). *Dionys.* 2, 26; 27. *Plut. Num.* 17 *i. f. Boeth. l.* 2 *ad Cic. top.* 4, 20 (*ed. Baiter p.* 304). *Isid. orig.* 9, 5, 17; 18. Galatarum] *cf. Caes. Bell. Gall.* 6, 19, 3.

56. *Iustas autem nuptias contraxisse liberosque iis procreatos in potestate habere ciues Romani ita intelleguntur*[1], si ciues Romanas uxores duxerint uel etiam Latinas peregrinasue, cum quibus conubium habeant: cum enim conubium id efficiat, ut liberi patris condicionem sequantur, euenit, ut non *solum* ciues Romani fiant, sed et in potestate patris sint. 57. Unde *et*[2] ueteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisue, quas primas post missionem uxores duxerint; et qui ex eo matrimonio nascuntur, et ciues Romani et in potestatem parentum fiunt. 58. *Nec tamen omnes nobis uxores ducere licet:*[3] nam a quarundam nuptiis abstinere debemus. 59. Inter eas enim personas, quae parentum liberorumue locum inter se optinent, nuptiae contrahi non possunt, nec inter eas conubium est, uelut inter patrem et filiam uel inter matrem et filium uel inter auum et neptem *uel inter auiam et nepotem*[4]; et si tales
16 personae inter se coierint, nefarias | et incestas nuptias contraxisse dicuntur. et haec adeo ita sunt, ut quamuis per adoptionem parentum liberorumue loco sibi esse coeperint, non possint[5] inter se matrimonio coniungi, in

1) iustas—intelleguntur *suppl. Hu., in* V *duo versus vacui relicti sunt.* 2) unde et] und cc V. *cf. apographum.* unde causa cognita *Polenaar.* 3) *duorum versuum lacuna a librario relicta ex Institutionibus Iustin. suppleta est.* 4) *suppl. Kniep ex epitoma.* 5) possunt V.

§ 56. *cf. Ulp.* 5, 2 *sq. Gai epit.* 1, 4 *pr. D.* 1, 5, 19 (*Cels.* 239). 1, 5, 24 (*Ulp.* 2698).

§ 57. *cf. diplomata militum a Mommseno collecta in Corporis inscriptionum Latinarum volumine tertio, quorum nonnulla exempla edidit Bruns* I[7], 274 *sq. Gnom. Id. Log.* § 54.

§§ 58. 59. = *I.* 1, 10, 1. *cf. Ulp.* 5, 6 = *Coll.* 6, 2, 1. *Paul. Coll.* 6, 3, 1. *D.* 23, 2, 8 (*Pomp.* 480). 23, 2, 53 (*Gai.* 249). 23, 2, 68 (*Paul.* 1910). *C.* 5, 4, 17 (*a.* 295). incestas nuptias] *cf. D.* 23, 2, 39, 1 (*Paul.* 1122). *Ulp.* 5, 7 = *Coll.* 6, 2, 4. *Coll.* 6, 4 (*a.* 295). quamuis per adoptionem] *cf. Paul. Coll.* 6, 3, 2. *D.* 23, 2, 55 *pr.* (*Gai.* 249). etiam dissoluta adoptione] *cf. D.* 1, 7, 13 (*Pap.* 377).

tantum, ut etiam dissoluta adoptione idem iuris maneat; itaque eam, quae mihi per adoptionem filiae seu[1] neptis loco esse coeperit, non potero[2] uxorem ducere, quamuis eam emancipauerim.[3] 60. Inter eas quoque personas, quae ex transuerso gradu cognatione iunguntur, est quaedam similis obseruatio, sed non tanta. 61. Sane inter fratrem et sororem prohibitae sunt nuptiae, siue eodem patre eademque matre nati fuerint siue alterutro eorum: sed si qua per adoptionem soror mihi esse coeperit, quamdiu quidem constat adoptio, sane inter me et eam nuptiae non possunt consistere; cum uero per emancipationem adoptio dissoluta sit, potero eam uxorem ducere; sed et si ego emancipatus fuero, nihil inpedimento erit nuptiis. 62. Fratris filiam uxorem ducere licet: idque primum in usum uenit, cum diuus Claudius Agrippinam, fratris sui filiam, uxorem duxisset: sororis uero filiam uxorem ducere non licet. et haec ita principalibus constitutionibus significantur. | 63. Item amitam et mater- 17
teram uxorem ducere non licet. item eam, quae

1) filiae seu *Polenaar.* filia sed (sed *per compendium scriptum*) V. 2) potero eam V. 6) emancipauerimus V.

§§ 60. 61. = *I.* 1, 10, 2. *cf. Ulp.* 5, 6 = *Coll.* 6, 2, 2. *Gai epit.* 1, 4, 2. *D.* 23, 2, 8 (*Pomp.* 480). 23, 2, 54 (*Scaev.* 196). 23, 2, 68 (*Paul.* 1910). *Gnom. Id. Log.* § 23. sed si qua *etc.*] *cf. D.* 23, 2, 17 *pr.* (*Gai.* 248). *Paul. Coll.* 6, 3, 2. cum uero per emancipationem] *cf. D.* 23, 2, 17, 1 (*Gai.* 248). 23, 2, 55, 1 (*Gai.* 249). 28, 2, 9, 4 (*Paul.* 1601). 45, 1, 35, 1 (*Paul.* 1844).

§ 62. *cf. I.* 1, 10, 3; 5. *Gai epit.* 1, 4, 3; 4. *Ulp.* 5, 6 = *Coll.* 6, 2, 2. *Paul. Coll.* 6, 3, 3. *Coll.* 6, 4, 5 *fere* = *C.* 5, 4, 17 (*a.* 295). *Gnom. Id. Log.* § 23. cum diuus Claudius] *cf. Tacit. ann.* 12, 5 *sq.* 13, 2. *Suet. Claud.* 26. 39. 43. — *Dio Cass.* 68, 2, 4. 71, 1, 3. *Script. Hist. Aug. M. Aurel.* 7, 7. sororis uero filiam] *cf. D.* 12, 7, 5 *pr.* (*Pap.* 186).

§ 63. *cf. I.* 1, 10, 6; 7. *Ulp.* 5, 6 = *Coll.* 6, 2, 3. *Paul. Coll.* 6, 3, 3. *Gai epit.* 1, 4, 5. *Coll.* 6, 4, 5. *D.* 23, 2, 40 (*Pomp.* 340). 24, 3, 16 (*Pomp.* 626). 23, 2, 15 (*Pap.* 494). 12, 7, 5, 1 (*Pap.* 186). 25, 7, 1, 3 (*Ulp.* 1985). 23, 2, 14, 1; 4 (*Paul.* 526.

mihi quondam socrus aut nurus aut priuigna aut nouerca fuit. ideo autem diximus 'quondam', quia, si adhuc constant eae nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est, alia ratione mihi nupta esse non potest, quia neque eadem duobus nupta esse potest neque idem duas uxores habere. 64. Ergo si quis nefarias atque incestas nuptias contraxerit, neque uxorem habere uidetur neque liberos: itaque hi, qui ex eo coitu nascuntur, matrem quidem habere uidentur, patrem uero non utique, nec ob id in potestate eius sunt, quales sunt ii, quos mater uulgo concepit: nam et hi patrem habere non intelleguntur, cum is etiam[1] incertus sit; unde solent spurii filii appellari uel a Graeca uoce quasi σποράδην concepti uel quasi sine patre filii.

65. *Aliquando autem euenit, ut liberi, qui statim ut nati*[2] sunt, parentum in potestatem[3] non fiant, ii postea tamen redigantur in potestatem. 66. *Velut si Lati*nus ex lege Aelia Sentia uxore ducta filium procreauerit aut Latinum ex Latina aut ciuem Romanum ex ciue Romana, non habebit eum in potestate; *sed si postea causa probata ciuitatem Romanam* consecutus *fuerit,*

---

1) et V. 2) aliquando—nati *suppl. ex Inst.* 3) pot V. *cf.* § 57. *aliter* § 93. 94. 95. 107.

---

528). *Cic. p. Cluent.* 5, 12—14. *Verg. Aen.* 10, 389. idem duas uxores] *cf. Ed. D.* 3, 2, 1. *D.* 3, 2, 13, 4 (*Ulp.* 285). *C.* 9, 9, 18 (*a* 258). 5, 5, 2 (*a.* 285). 1, 9, 7 (*a.* 393). *Cic. de orat.* 1, 40, 183. *Suet. Caes.* 52. *Plut. comp. Demetr. c. Ant.* 4. *Socrat. Hist. Eccl.* 4, 31 (*Tom.* 67 *p.* 548 *ed. Migne*). *Niceph. Hist. Eccl.* 11, 33 (*Tom.* 146 *p.* 689 *ed. Migne*).

§ 64. *cf. I.* 1, 10, 12. *Gai epit.* 1, 4, 8. *Ulp.* 4, 2. 5, 7 = *Coll.* 6, 2, 4. *D.* 1, 5, 19 (*Cels.* 239). 50, 1, 1, 2 (*Ulp.* 190). 1, 5, 23 (*Mod.* 89). *C.* 5, 5, 6 = *C. Th.* 3, 12, 3 (*a.* 396). *Isid. orig.* 9, 5, 24; 25. *Auct. inc. de praenom.* 6 (*in Val. Max. ed. Kempf*[2] *p.* 590, 22). *Plut. q. R.* 103.

§ 65. = *I.* 1, 10, 13.

§ 66. *cf. Ulp.* 7, 4. *supra* 1, 29.

simul eum[1] in potestate | sua habere incipit. 67. Item 18
si ciuis Romanus Latinam aut peregrinam uxorem duxerit per ignorantiam, cum eam ciuem Romanam esse crederet, et filium procreauerit, hic non est in potestate eius, quia ne quidem ciuis Romanus est, sed aut Latinus aut peregrinus, id est eius condicionis, cuius et mater fuerit, quia non aliter quisque ad patris condicionem accedit, quam si inter patrem et matrem eius conubium sit: sed ex senatus consulto permittitur causam erroris probare, et ita uxor quoque et filius ad ciuitatem Romanam perueniunt, et ex eo tempore incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est, si eam per ignorantiam uxorem duxerit, quae dediticiorum numero est, nisi quod uxor non fit ciuis Romana. 68. Item si ciuis Romana per errorem nupta sit peregrino tamquam ciui Romano, permittitur ei causam erroris probare, et ita filius quoque eius et maritus ad ciuitatem Romanam perueniunt, et aeque simul incipit filius in potestate patris esse. idem iuris est, si peregrino tamquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit; nam et de hoc specialiter senatus consulto cauetur. idem iuris est aliquatenus, si ei, qui dediticiorum numero est, tamquam ciui Romano aut Latino e[2] lege Aelia Sentia nupta sit; nisi quod scilicet qui dediticiorum numero est, in sua condicione permanet, et ideo filius, quamuis fiat ciuis Romanus, in potestatem patris non redigitur. 69. Item si Latina peregrino, cum eum Latinum esse cre|deret, *e lege Aelia Sentia*[3] 19 t. s

1) simul ergo eum *sched. Goesch.* 2) a. se V. 3) e lege Aelia Sentia *inseruit Hu., opinatus litteras* a. s., *quae in* V *leguntur § 68 post* Latino (*vid. not.* 2), *per errorem illuc illapsas revera huc pertinere.*

§ 67. *cf. Ulp.* 7, 4. 5, 9. *infra* 2, 142. 3, 5; 73. *Coll.* 16. 3, 7; 15. *supra* 1, 26. *Gnom. Id. Log.* § 46. '*hoc senatus consultum antiquius fuisse alio sub Hadriano facto apparet ex* 2, 142. 144'. *Hu.*
§ 68. *cf. Ulp.* 7, 4. *supra* 1, 15; 26.

nupserit, potest ex senatus consulto filio nato causam erroris probare: *et ita* omnes fiunt ciues Romani, et filius in potestate patris esse incipit. 70. Idem constitutum est et[1] si Latinus per errorem peregrinam quasi Latinam aut ciuem Romanam e lege Aelia Sentia uxorem duxerit. 71. Praeterea si ciuis Romanus, qui se credidisset Latinum esse[2], ob id Latinam *uxorem duxerit*[3], permittitur ei[4] filio nato erroris causam probare, tamquam si[5] e lege Aelia Sentia uxorem duxisset[6]: item his[7], qui cum ciues Romani essent, peregrinos se esse credidissent et peregrinas uxores duxissent, permittitur ex senatus consulto filio nato causam erroris probare. quo facto fiet uxor ciuis Romana, et filius *******[8] non solum ad ciuitatem Romanam peruenit, sed etiam in potestatem[9] patris redigitur. 72. Quaecumque de filio esse[10] diximus, eadem et de filia dicta intellegemus. 73. Et quantum ad erroris causam probandam attinet, nihil interest, cuius aetatis filius sit | ——— *vv. 2* ——— | si minor anniculo sit filius filiaue, causa probari non potest. nec me praeterit in aliquo rescripto diui Hadriani ita esse constitutum, tamquam quod ad erroris q* | ——— *vv. 3* ——— dedit. | 74. Si peregrinus ciuem Romanam uxorem duxerit, an ex senatus consulto *causam*[11] pro-

20 t. s.

1) ut V? 2) esse et V. 3) uxorem duxerit *suppl. Krueger.* 4) eis V. 5) modo V. 6) duxissent V. *Hu. verba* tamquam—duxisset (duxerit) *transposita ratus locum (fortasse recte) sic constituit:* Praeterea si ciuis Romanus, qui se credidisset Latinum esse, ob id Latinam tamquam modo e lege Aelia Sentia uxorem duxerit, permittitur ei filio nato erroris causam probare. 7) hi V. 8) *septem fere litterae legi nequeunt; alii aliter supplent.* 9) potestate V. 10) *videtur cum Polenaario delendum esse.* 11) causam] b V.

§ 72. *cf. supra* 1, 32a. *cf.* filio filiaue *Ulp.* 3, 3. liberi *Ulp.* 7, 4.
§ 73. *cf. supra* 1, 29.
§ 74. *cf. supra* 1, 68.

bare possit, quaesitum est. | —— *vv.* 1½ —— | hoc ei specialiter concessum est. sed cum peregrinus ciuem Romanam uxorem duxisset et filio nato alias ciuitatem Romanam consecutus esset, deinde cum quaereretur, an causam probare posset, rescripsit imperator Antoninus proinde posse eum causam probare, atque si peregrinus mansisset. ex quo colligimus etiam peregrinum causam probare posse. 75. Ex iis, quae diximus, apparet, siue ciuis Romanus peregrinam siue peregrinus ciuem Romanam uxorem duxerit, eum qui nascitur peregrinum *esse*, *sed* si quidem per errorem tale matrimonium contractum fuerit, emendari uitium eius ex senatus consulto[1] *secundum*[2] ea, quae superius diximus. si uero nullus error interuenerit, *sed* scientes suam condicionem ita coierint, nullo casu emendatur uitium eius matrimonii.

76. Loquimur autem de his scilicet, *inter* quos conubium non sit; nam alioquin si ciuis Romanus peregrinam, cum qua ei conubium est, uxorem duxerit, sicut supra quoque diximus, iustum matrimonium contrahitur[3], et tunc ex iis qui nascitur, ciuis Romanus est et in potestate patris erit. 77. *Item*[4] si ciuis Romana peregrino, cum quo ei conubium est, nupserit, peregrinus[5] sane procreatur et is iustus patris filius est, tamquam si ex peregrina eum procreasset. | hoc 21
tamen tempore *e* senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano sacratissimo[6] factum est, etiamsi non fuerit conubium inter ciuem Romanam et peregrinum, qui

1) senatus consulto *Krueger.* c V. 2) l. V. *cf. apogr. p. 300 l. 16.* 3) contrahitur *Krueger, Polenaar.* contrahi V. 4) itaque? V. 5) nupserit peregrinus] nupserit | erit peregrinum V. 6) s V. *cf. supra p.* 14 *n.* 2.

§ 75. *cf. supra* 1, 68.
§ 76. *cf. supra* 1, 56.
§ 77. *cf. infra* 1, 92. *Liv.* 23, 2, 6. 31, 31. 11. 38, 36, 6.

nascitur, iustus patris filius est. | 78. Quod autem diximus inter ciuem Romanum peregrinamque[1] *nisi conubium sit, qui* | nascitur, peregrinum esse, *lege Minicia cauetur, ut is quidem deterioris*[2] parentis condicionem *sequatur.* eadem lege *autem* ex diuerso cauetur, *ut* si peregrinus, *cum* | qua ei conubium non sit, uxorem *duxerit ciuem Romanam,* peregrinus ex eo coitu nascatur. sed hoc maxime casu necessaria lex Minicia *fuit;* nam remota ea lege diuersam condicionem sequi de*bebat, quia* ex eis, inter quos non est conubium, qui nascitur, iure gentium matris condicioni accedit. qua parte autem iubet lex ex ciue Romano et peregrina peregrinum nasci, superuacua uidetur; nam et remota ea lege hoc utique iure gentium futurum erat. 79. Adeo autem hoc ita est, ut ex *ciue Romano et Latina qui nascitur, matris condicioni accedat; nam in lege Minicia quidem peregrinorum nomine comprehenduntur non*[3] solum exterae nationes et gentes, sed etiam qui Latini nominantur; sed ad alios Latinos pertinet, qui proprios populos propriasque ciuitates habebant et erant peregrinorum numero. 80. Eadem ratione ex contrario ex Latino et ciue Romana, siue ex lege Aelia Sentia siue aliter *contractum* fuerit matrimonium, ciuis Romanus
22 nascitur. fuerunt | tamen, qui putauerunt ex lege Aelia Sentia contracto matrimonio Latinum nasci, quia uidetur eo casu per legem Aeliam Sentiam et Iuniam conubium inter eos dari, et semper conubium efficit, ut qui nascitur, patris condicioni accedat; aliter uero contracto matrimonio eum, qui nascitur, iure gentium

1) peregrinuque? V. 2) *cf. suppl. apogr., cuius lectio valde incerta est.* 3) 2½ *versus legi nequeunt; suppl. Hu.*

§ 78. *cf. supra* 1, 75. *Ulp.* 5, 8. *D.* 1, 5, 24 (*Ulp.* 2698). *C. Th.* 14, 7, 1 (*a.* 397).

§ 79. *cf. supra* 1, 29; 22. *Ulp.* 3, 3. *infra* 1, 96; 131 *et ibi citatos.*

§ 80. *cf. supra* 1, 30.

matris condicionem sequi et ob id esse ciuem Romanum. sed hoc iure utimur ex senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano significat[1], ut quo*quo*modo[2] ex Latino et ciue Romana natus ciuis Romanus nascatur. 81. His conuenienter[3] et illud senatus consultum diuo Hadriano auctore[4] significauit, ut ex Latino et peregrina, item contra ex peregrino et Latina *qui* nascitur, is matris condicionem sequatur. 82. Illud quoque his consequens est, quod ex ancilla et libero iure gentium seruus nascitur, et contra ex libera et seruo liber nascitur. 83. Animaduertere tamen debemus, ne iuris gentium regulam uel lex aliqua uel quod legis[5] uicem optinet, aliquo casu commutauerit. 84. Ecce enim ex senatus consulto Claudiano poterat ciuis Romana, quae alieno seruo uolente domino eius coiit, ipsa ex pactione libera permanere, sed seruum procreare; nam quod inter eam et dominum istius serui conuenerit, ex[6] senatus consulto ratum esse iubetur. sed postea diuus Hadrianus iniquitate rei et inelegantia iuris motus restituit iuris gen|tium regulam, ut cum ipsa mulier libera per- 23
maneat, liberum pariat. 85. *Item e lege* —[7] ex ancilla et libero poterant liberi nasci; nam ea lege cauetur,

---

1) significatur V. *ante h. v.* factum est quo *inserit Polenaar.* 2) qm V. quo(*quo*)modo *Polen.* 3) conueniuntur V (?). 4) Hadriano auctore] Hadrianos (*sed* s *expunctum*) auctor V. 5) lege V. 6) eo *Hu.* 7) *nomen legis periit. hanc legem, quae Romana fuit, de peregrinis cuiusdam regionis aut condicionis egisse ex eo sequi videtur, quod Gaius* §§ 85. 86 *non cives Romanos Romanasve, sed liberos liberasve dicit. verbis* 'ea lege cauetur' *SC. Claudianum significari non potuit.*

---

§ 82. *cf. infra* 1, 88; 89. *Ulp.* 5, 9. *Paul.* 2, 24, 1—3. *I.* 1, 4 *pr.* *D.* 1, 5, 5, 2; 3 (*Marcian.* 45). *C.* 5, 18, 3 (*a.* 215). 5, 5, 3 *pr.* (*a.* 319). *Isid. orig.* 9, 5, 18.

§ 83. *cf. D.* 1, 5, 24 (*Ulp.* 2698).

§ 84. *cf. Paul.* 2, 21a. 4, 10, 2. *infra* 1, 91; 160. *Tacit. ann.* 12, 53. *Suet. Vesp.* 11. *C. Th.* 4, 12 (11), 4 (5) (*a.* 331).

§ 85. *cf D.* 40, 15, 2 *pr.* (*Pap.* 716). *C.* 5, 18, 3 (*a.* 215).

ut si quis cum aliena ancilla, quam credebat liberam esse, coierit, siquidem masculi nascantur, liberi sint, si uero feminae, ad eum pertineant, cuius mater ancilla fuerit. sed et in hac specie diuus Vespasianus inelegantia iuris motus restituit iuris gentium regulam, ut omni modo, etiamsi masculi nascantur, serui sint eius, cuius et mater fuerit. 86. Sed illa pars eiusdem legis salua est, ut ex libera et seruo alieno, quem sciebat seruum esse, serui nascantur. itaque apud quos talis lex non est, qui nascitur[1], iure gentium matris condicionem sequitur et ob id liber est.

87. Quibus autem casibus matris et non patris condicionem sequitur qui nascitur, iisdem casibus in potestate eum patris, etiamsi is ciuis Romanus sit, non esse plus quam manifestum est. et ideo superius rettulimus quibusdam casibus per errorem non iusto contracto matrimonio senatum interuenire et emendare uitium matrimonii eoque modo plerumque efficere, ut in potestatem patris filius redigatur. 88. Sed si ancilla ex ciue Romano conceperit[2], deinde manumissa ciuis Romana facta sit et tunc pariat, licet ciuis Ro-
24 manus sit qui nascitur, | sicut pater eius, non tamen in potestate[3] patris est, quia neque ex iusto coitu conceptus est, neque ex ullo senatus consulto talis coitus quasi iustus constituitur.

89. Quod autem placuit, si ancilla ex ciue Romano conceperit, deinde manumissa pepererit[4], qui nascitur,

---

1) nascantur V. 2) concepit V. 3) potestatem V. 4) peperit V.

---

§ 86. *cf. D.* 1, 5, 24 (*Ulp.* 2698). *C.* 5, 18, 3 (*a.* 215). *Cic. de nat. deor.* 3, 18, 45.

§ 87. *cf. supra* 1, 66 *sq.* 68.

§ 89. *cf. Gai epit.* 1, 4, 9. *Ulp.* 5, 10. *D.* 50, 1, 9 (*Ner.* 26). 38, 17, 2, 3 (*Ulp.* 2517). 1, 5, 5, 2; 3 (*Marcian.* 45) = *I.* 1, 4 *pr. C.* 9, 47, 4 (211—217). *Paul.* 2, 24, 1—3. *Quintil. inst. orat.* 3, 6, 25

liberum nasci, *na*turali ratione fit; nam hi, qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex eo tempore, quo nascuntur; itaque si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec interest, ex quo mater eos conceperit[1], cum ancilla fuerit: at hi, qui legitime concipiuntur, ex conceptionis tempore statum sumunt. 90. Itaque si cui mulieri ciui Romanae praegnati aqua et igni interdictum fuerit, eoque modo peregrina *facta*[2] tunc pariat, conplures distinguunt et putant, si quidem ex iustis nuptiis conceperit[1], ciuem Romanum ex ea nasci, si uero uolgo conceperit[1], peregrinu*m* ex ea nasci.[3] 91. Item si qua mulier ciuis Romana praegnas ex senatus consulto Claudiano ancilla facta sit ob id, quod alieno seruo inuito et denuntiante domino eius *coierit*, conplures distinguunt[4] et existimant, si quidem ex iustis nuptiis conceptus sit, ciuem Romanum ex ea nasci, si uero uolgo conceptus sit, *seruum* nasci eius, cuius mater facta esset ancilla. 92. Peregrina quoque si uolgo conceperit, deinde ciuis Romana *facta* tunc pariat, ciuem Romanum parit; si uero ex peregrino | secundum leges 25
moresque peregrinorum conceperit[1], ita uidetur ex senatus consulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, ciuem Romanum parere, si et patri eius ciuitas Romana donetu*r*.[5]

93. Si peregrinus sibi liberisque suis ciuitatem Romanam petierit, non aliter filii in potestate eius fiunt,

1) concepit V. 2) *vide apographon.* 3) nascitur V. 4) *cf. apographon.* 5) '*rectius pro* donet *scriptum foret* donata sit'. *Hu.*

§ 90. *cf. infra* 1, 161. *D.* 1, 5, 18 (*Ulp.* 2698).

§ 91. *cf. supra* 1, 84. *infra* 1, 160. *Ulp.* 11, 11. *Paul.* 2, 21a. 2, 24, 2; 3. *D.* 16, 3, 27 (*Paul.* 1494). *C.* 7, 16, 3 (*a.* 225). 6, 59, 9 (*a.* 294). 7, 24, 1 (*a.* 531—534). *C. Th.* 4, 12 (11), 2 (*a.* 317) *cum interpret.* 4, 12 (11), 5 (6) (*a.* 362). *I.* 3, 12, 1 *cum Theoph.* (*Ferr. p.* 316). *Tert. ad uxor.* 2, 8.

§ 92. *cf. supra* 1, 77. *infra* 1, 94.

§ 93. *cf. infra* 2, 135ª. 3, 20. *supra* 1, 55. *Plin. ep. ad*

quam si imperator eos in potestatem redegerit: quod ita demum is facit, si causa cognita aestimauerit hoc filiis expedire: diligentius autem exactiusque causam cognoscit de impuberibus absentibusque: et haec ita edicto diui Hadriani significantur. 94. Item si quis cum uxore praegnante ciuitate Romana donatus sit, quamuis is, qui nascitur, ut supra dixi[1], ciuis Romanus sit, tamen in potestate patris non fit: idque subscriptione diui sacratissimi[2] Hadriani significatur. qua de causa, qui intellegit uxorem suam esse praegnatem, dum ciuitatem sibi et uxori ab imperatore petit, simul ab eodem petere debet, ut eum, qui natus erit, in potestate sua habeat. 95. Alia causa est eorum, qui Latii iure cum liberis suis ad ciuitatem Romanam perueniunt; nam horum in potestate fiunt liberi. 96. Quod ius quibusdam peregrinis ciuitatibus datum est uel a populo Romano uel a senatu uel a Caesare — — — —[3] aut maius est Latium aut minus; maius est Latium, cum et hi, qui decuriones leguntur, et ei,
26 qui honorem aliquem aut | magistratum gerunt, ciuitatem Romanam consecuntur; minus Latium est, cum hi tantum, qui uel[4] magistratum uel honorem gerunt,

1) diximus *Goeschen.* 2) s V. *cf.* 1, 53; 77. 3) *'nisi post spatium vacuum relictum* ceterum *vel* sed *vel similis particula supplenda est, talia fere suppleri posse videntur:* huius autem iuris duae species sunt; nam' *Krueger.* 4) qui uel *Hu.* uel qui V.

Trai. 11 (6), 2. *panegyr.* 37. *D.* 1, 6, 11 (*Mod.* 90). *Coll.* 16, 7, 2 (*Ulp.* 1927).

§ 94. *cf. supra* 1, 92.

§ 96. *cf. Ascon. in Cic. Pison. p.* 3 (*Bruns* II⁷, 67). *Cic. ad Att.* 5, 11, 2. *Strab.* 4, 1, 12 *p.* 186. *Suet. Aug.* 47. *Plin. n. h.* 3, 18; 20; 23; 24; 30; 133. *Tacit. ann.* 15, 32. *hist.* 3, 55. *Plin. paneg.* 37. 39. *Appian. bell. civ.* 2, 26. *Script. Hist. Aug. Hadr.* 21, 7. *lex Salp. c.* 21. 22. 23 (*Bruns* I⁷, 143). *C. I. L.* V 532 (*Dessau* 6650, *l.* 45. II 1945 (*Dessau* 1982). 2096. 1631. 1610 (*Dessau* 1981). I 1635. VIII 1269 = 14763 (*Dessau* 6781). 16914. 16915 16916. 16919 (*Dessau* 1983). 18218 (*Dessau* 6848).

ad ciuitatem Romanam perueniunt. idque conpluribus epistulis principum significatur.

97. *Non solum tamen naturales liberi secundum ea, quae* diximus, in potestate nostra sunt, uerum et[1] hi, quos adoptamus. 98. Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate aut inperio magistratus uel*ut* praetoris. 99. Populi auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt: quae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is, qui adoptat, rogatur, id est interrogatur, an uelit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse; et is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur; et populus rogatur, an id fieri iubeat. imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentium sunt, siue primum gradum liberorum optineant, qualis est filius et filia, siue inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis. 100. Et quidem illa adoptio, quae per populum fit, nusquam nisi Romae fit; at haec etiam in prouinciis apud praesides earum fieri solet. 101. Item per populum feminae non adoptantur, nam id magis placuit; apud | praetorem[2] uero uel in 27
prouinciis apud proconsulem[3] legatumue etiam feminae solent adoptari. 102. Item inpuberem apud populum adoptari aliquando prohibitum est, aliquando permissum

1) etiam *Inst.* 2) p. r. (*id est* populum Romanum) V. 3) proconsules V.

XII 83. *Dessau* 6780 = *Compt. rend. de l'Acad. Franç.* 1902 *p.* 37.

§ 97. = *I.* 1, 11 *pr. cf. Gai epit.* 1, 5 *pr. Ulp.* 8, 1. *D.* 1, 7, 1 *pr.* (*Mod.* 186).

§§ 98. 99. = *D.* 1, 7, 2 *pr. I.* 1, 11, 1. *cf. Gai epit.* 1, 5, 1. *Ulp.* 8, 2; 3. *infra* 2, 138. *D.* 1, 7, 1, 1 (*Mod.* 186). *Gell.* 5, 19. *Cic. pro domo* 29. 77. *Suet. Aug.* 65. *Appian. bell. civ.* 3, 94.

§ 100. *cf. Ulp.* 8, 4. *D.* 1, 18, 2 (*Ulp.* 2695).

§ 101. *cf. Gai epit.* 1, 5, 2. *Ulp.* 8, 5. *Gell.* 5, 19, 10. *D.* 1, 7, 21 (*Gai.* 485). *C.* 8, 47 (48), 8 (*a.* 294).

§ 102. *cf. Ulp.* 8, 5. *I.* 1, 11, 3. *Gell.* 5, 19, 10. *D.* 1, 7, 17, 1 (*Ulp.* 2691). *C.* 8, 47 (48), 2 (*a.* 286). *Tacit. ann.* 15, 19.

est: nunc ex epistula optimi imperatoris Antonini, quam scripsit pontificibus, si iusta causa adoptionis esse uidebitur, cum quibusdam condicionibus permissum est. apud praetorem uero et in prouinciis apud proconsulem legatumue cuiuscumque aetatis adoptare possumus. 103. Illud[1] uero utriusque adoptionis commune est, quod[2] et hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. 104. Feminae uero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent. 105. Item si[3] quis per populum siue apud praetorem uel apud praesidem prouinciae adoptauerit, potest eundem alii in adoptionem dare. 106. Sed *et* ill*ud, de quo*[4] quaestio est, an minor natu maiorem natu adoptare possit, utriusque adoptionis commune est. 107. Illud proprium est eius adoptionis, quae per populum fit, quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, sed etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate tanquam nepotes. |
28 108. [5]*Nunc de his personis uideamus, quae in manu nostra sunt. quod* et ipsum ius proprium ciuium Ro-

1) illi V. 2) quod *Dig. et Inst.* quia V. 3) siue *Polenaar.* 4) et illud de quo *Polenaar.* illa V. 5) *duos versus rubricae causa vacuos reliquisse librarius videtur, ex quibus unum Goesch. explevit.*

§ 103. = *D.* 1, 7, 2, 1. *I.* 1, 11, 9. *cf. Gai epit.* 1, 5, 3. *Ulp.* 8, 6. *D.* 28, 2, 6 *pr.* (*Ulp.* 2445). 1, 7, 40, 2 (*Mod.* 2). *Cic. pro domo* 13, 34.

§ 104. = *I.* 1, 11, 10. *cf. Gai epit.* 1, 5, 2. *Ulp.* 8, 8a. *D.* 1, 5, 9 (*Pap.* 362). 5, 2, 29, 3 (*Ulp.* 2349). *C.* 8, 47 (48), 5 (*a.* 291); 8 (*a.* 294). quia ne quidem] *cf. supra* 1, 67. *infra* 2, 161; 218. 3, 51.

§ 105. *cf. I.* 1, 11, 8. *D.* 1, 7, 37, 1 (*Paul.* 1953).

§ 106. *cf. I.* 1, 11, 4. *D.* 1, 7, 16 (*Iav.* 21). 1, 7, 40, 1 (*Mod.* 2). *Cic. pro domo* 13, 34. 14, 36. *Suet. Tib.* 2.

§ 107. = *D.* 1, 7, 2, 2. *I.* 1, 11, 11. *cf. Gai epit.* 1, 5, 4 *Ulp.* 8, 8. *D.* 1, 7, 15 *pr.* (*Ulp.* 2689). 1, 7, 40 *pr.* (*Mod.* 2).

§ 108. *cf. supra* 1, 55. *Dionys.* 2, 25. *Gell.* 10, 23, 5.

manorum est. 109. Sed in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in manum autem feminae tantum conueniunt. 110. Olim itaque tribus modis in manum conueniebant: usu, farreo, coemptione. 111. Usu in manum conueniebat, quae anno continuo nupta perseuerabat; *quia*[1] enim uelut annua possessione usu capiebatur, in familiam uiri transibat[2] filiaeque locum optinebat. itaque lege duodecim tabularum cautum est, ut si qua nollet eo modo in manum mariti conuenire, ea quotannis trinoctio abesset atque eo modo cuiusque anni *usum* interrumperet. sed hoc totum ius partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine obliteratum est. 112. Farreo in manum[3] conueniunt per quoddam genus sacrificii, quod Ioui Farreo fit; in quo farreus panis adhibetur, unde etiam confarreatio[4] dicitur; complura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum certis et sollemnibus uerbis praesentibus decem testibus aguntur et fiunt. quod[5] ius etiam nostris temporibus in usu est: nam flamines maiores, id est Diales, Martiales, Quirinales, item | reges sacro- 29
rum, nisi ex farreatis nati non leguntur: ac ne ipsi quidem sine confarreatione sacerdotium habere possunt. 113. Coemptione uero in manum conueniunt per mancipationem, *id est* per quandam imaginariam uendi-

1) perseuerabat quia] pseuerabant *litteris* nt *fortasse per correcturam in* tq *mutatis* V. 2) transiebat V. 3) manus V. 4) conferratio V 5) quos V.

§ 110. *cf. Serv. ad Georg.* 1, 31 (*Bruns* II[7], 78). *Corp. Gloss.* VI, 253. *Boeth. ad. Cic. top.* 3, 14 (*Bruns* II[7], 73). *Arnob.* 4, 20.

§ 111. *cf. Cic. pro Flacco* 34, 84. *Serv. l. c. Boeth. l. c. Qu. Muc. ap Gell.* 3, 2, 12; 13 *et Macrob. Sat.* 1, 3, 9 (*Iurispr.* I, 18). *infra* 1, 115b; 118. legibus] *cf. Tacit. ann.* 4, 16.

§ 112. *cf. Ulp.* 9. *Serv. l. c.; idem ad Aen.* 4, 103; 374 (*Bruns* II[7], 76). *Dionys.* 2, 25. *Plin. n. h.* 18, 10. *Tacit. ann.* 4, 16. *Script. Hist. Aug. Alex. Sev.* 22, 3 (ius confarreationis *ex coni. Madvigii*). *Ambros. de lapsu virginis* 5, 20. *C. I. L.* X 6662 (*Dessau* 1455).

§ 113. *cf. Cic. pro Flacc.* 34, 84. *de orat.* 1, 56, 237. *Serv. ad Aen.* 4, 103 (*Bruns* II[7], 76). 214. *ad Georg.* 1, 31 (*Bruns*

tionem: nam adhibitis non minus[1] quam v testibus ciuibus Romanis puberibus, item libripende, emit[2] *uir*[3] mulierem, cuius in manum conuenit. 114. Potest[4] autem coemptionem facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo; scilicet aut matrimonii causa facta coemptio dicitur aut fiduciae; quae enim cum marito suo facit coemptionem, *ut* apud eum filiae loco sit, dicitur matrimonii causa fecisse coemptionem; quae uero alterius rei causa facit coemptionem aut cum uiro suo aut cum extraneo, uelut tutelae euitandae causa, dicitur fiduciae causa fecisse coemptionem. 115. Quod est tale: si qua uelit quos habet tutores deponere[5] et alium nancisci, illis auctoribus[6] coemptionem facit; deinde a coemptionatore remancipata ei, cui ipsa
30 uelit, et ab eo uindicta | manumissa incipit eum habere tutorem, *a* quo manumissa est; qui tutor fiduciarius dicitur, sicut inferius[7] apparebit. 115ª. Olim etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat coemptio: tunc enim non aliter feminae testamenti faciendi ius habebant, exceptis quibusdam personis, quam si coemptionem fecissent remancipataeque et manumissae fuissent; sed hanc necessitatem coemptionis faciendae ex auctoritate diui Hadriani senatus remisit. | ——— *vv.* 1½

1) manu V. 2) libripendaemit V. 3) eum V. is *Krueger.* nummo *Goeschen.* 4) poste V. 5) deponere *Krueger.* reponere V. 6) tutoribus V. 7) inferioribus V.

II⁷, 78). *Non.* (*Varro*) *p.* 531 *Merc.* (*Bruns* II⁷, 65). *Boeth. ad Cic. top.* 3, 14 (*Bruns* II⁷, 73). *Isid orig.* 5, 24, 26 (*Bruns* II⁷, 81). 9, 5, 8. adhibitis . . . libripende] = *Priscian.* 6, 96 *p.* 282 *ed. Hertz.*

§ 114. *cf. Cic. pro Mur.* 12, 27. filiae loco] *cf. infra* 1, 136. 2, 159. *Dionys.* 2, 25 (ὡς θυγάτηρ πατρός). *Boeth. et Serv. loc. cit. Gell.* 18, 6, 9. *cf. etiam Ter. Andr.* 1, 5, 60 = 295 *sq.*

§ 115. *cf. infra* 1, 166a; 195a. 3, 84. *Fest v. remancipatam p.* 277 (*Bruns* II⁷, 31).

§ 115ª. *cf Cic. top.* 4, 18. *Liv.* 39, 9. *Gell.* 1, 12, 9. *Plut. Num.* 10. *infra* 2. 112. *Gnom. Id. Log.* § 33.

——— | [1] 115ᵇ. fiduciae causa *cum uiro suo fecerit coemptionem*, nihilo minus filiae loco incipit esse: nam si omnino qualibet ex causa uxor in manu uiri sit, placuit eam filiae iura nancisci.

116. Superest, ut exponamus, quae personae in mancipio sint. 117. Omnes igitur liberorum personae, siue masculini siue feminini sexus, quae in potestate parentis sunt, mancipari ab hoc eodem[2] modo possunt, quo etiam serui mancipari possunt. 118. Idem iuris est in earum personis, quae in manu sunt: *nam feminae a* coemptionatoribus eodem modo possunt *mancipari, quo liberi a parente possunt*, adeo quidem, *ut quamuis ea sola* apud coemptionatorem filiae loco sit. *quae ei* nupta sit, *tamen* nihilo minus etiam | quae ei 31
nupta non sit[3] nec ob id filiae loco sit, ab eo mancipari possit. 118ᵃ. *Sed*[4] plerumque solum[5] et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum uelint parentes coemptionatoresque *ex* suo iure eas personas dimittere, sicut inferius euidentius apparebit. 119. Est autem mancipatio, ut supra quoque diximus, imaginaria quaedam uenditio: quod[6] et ipsum ius proprium

---

1) *Krueger putat Gaium haec fere dixisse:* eam feminam, quae fiduciae causa cum extraneo coemptionem fecerit, filiae loco apud eum non fieri; sed quae fiduciae causa *etc.*
2) eodem hoc V. 3) est V. 4) *suppl. Hu.* 5) tum solum *Kalb.* 6) quia V.

---

§ 115ᵇ. *cf. supra* 1, 114. *infra* 1, 118. 2, 139. 3, 14.
§ 117. *cf. Dionys.* 2, 27. *Plut. Num.* 17 *fin. infra* 1, 132. *C.* 8, 46 (47), 10 (*a.* 323).
§ 118. *cf. supra* 1, 114 *sq. infra* 1, 123; 137.
§ 118ᵃ. *cf. infra* 1, 132 *sq.*
§ 119. = *Boeth. l.* 3 *ad Cic. top.* 5, 28 (*p.* 322 *ed. Baiter*). *cf. Gai epit.* 1, 6, 3. *supra* 1, 113. *Ulp.* 19, 3; 4. *Varro de l. l.* 5, 163. 9, 83. *Theoph.* 1, 12, 6 (*Ferr. p.* 60). *Fest. v. rodus p.* 265 *M.* (*Bruns* II⁷, 32) *C. Aelius*(?) *apud Priscian.* 8, 16 *p.* 382 *Hertz* (*Iurispr.* I, 38 *n.* 6). *Hor. ep.* 2, 2, 158 *et Porphyr. ad h. l.* qui libram ... libripens] = *Priscian.* 6, 96 *p.* 282 *Hertz.*

ciuium Romanorum est; eaque res ita agitur: adhibitis non minus quam[1] quinque testibus ciuibus Romanis puberibus et praeterea alio eiusdem condicionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is, qui mancipio accipit, rem[2] tenens ita dicit: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE[3] QVIRITIVM MEVM ESSE AIO ISQVE MIHI EMPTVS ESTO HOC AERE AENEAQVE LIBRA; deinde aere percutit libram idque aes dat ei, a quo mancipio accipit, quasi pretii loco. 120. Eo modo et seruiles et liberae personae mancipantur; animalia quoque, quae mancipi sunt, quo in numero habentur boues, equi, muli, asini; item praedia tam urbana quam rustica, quae et ipsa mancipi sunt, qualia sunt Italica, eodem modo solent mancipari. 121. In eo solo praediorum mancipatio a ceterorum mancipatione differt, quod personae seruiles et liberae, item animalia, quae mancipi sunt, nisi in praesentia sint, mancipari non possunt;
32 adeo quidem, | ut eum, *qui* mancipio accipit[4], adprehendere id ipsum, quod ei[5] mancipio datur, necesse sit; unde etiam mancipatio dicitur, quia manu res capitur: praedia uero absentia solent mancipari. 122. Ideo autem aes et libra adhibetur, quia olim aereis tantum nummis utebantur; et erant asses, dipundii, semisses,

1) quod V. 2) aes *Boethius. cf. Ihering, Geist d. röm. Rechts* II[5], 572, 776[a]. *Mommsen, Staatsr.* III, 23, 1.
3) iust V. 4) accepit V. 5) et (?) in V.

§ 120. *cf. Ulp.* 19, 1. *supra* 1, 113; 117. *infra* 2, 19; 21; 27; 35. *Cic. pro Flacc.* 32, 80. *Tac. ann.* 1, 73.

§ 121. *cf. Ulp.* 19, 6. *Isid. orig.* 5, 25, 31 (*Bruns* II[7], 82). *Varro de l. l.* 6, 85.

§ 122. *cf Plin. n. h.* 33, 42; 43. *Dionys.* 9, 27. *Varro de l. l.* 5, 169. *infra* 4, 14. *Plin. n. h.* 17, 7. *Gell* 15, 13, 11. 16, 10, 8. 20, 1, 12. *Fest. v viginti quinque p* 371 (*Bruns* II[7], 46). *Isid orig.* 15, 5, 3. 16, 18, 5. 16, 25, 3. *Priscian.* 6, 66 *p.* 251 *ed. Hertz, Maecian ass. distrib.* 44. *Fest. v. pendere p.* 208 *M.* (*Bruns* II[7], 23). *v. grave aes p* 98 *M.* (*Bruns* II[7], 10). *Schol. Pers.* 2, 59. dispensatores | *cf. Fest s. h. v. p.* 72 (*Bruns* II[7], 7). *Varro de l. l.* 5. 183 (*Bruns* II[7], 55). *Isid. orig.* 10, 67.

quadrantes, nec ullus aureus uel argenteus nummus in usu erat, sicut ex lege XII tabularum intellegere possumus; eorumque nummorum uis et potestas non in numero erat, sed in pondere; | —— *12 fere litt.* —— | asses librales erant, et dipondii | —— *12 fere litt.* —— | unde etiam dupondius dictus *est, quasi* duo pondo: quod nomen adhuc[1] in usu retinetur. semisses *quo*que et quadrantes pro rata scilicet portione ad pondus examinati erant. *tunc igitur et qui* dabat *alicui*[2] pecuniam, non numerabat[3] eam, sed appendebat; unde serui, quibus permittitur administratio pecuniae, dispensatores appellati sunt. 123. | —— *2 vers.* ——[4] *illa* quidem, quae coemptionem fac*it*, *non* de*ducitur in* seruilem condicionem, *at a parentibus et a coemptionatoribus* mancipati mancipataeue seruorum loco constituuntur, adeo quidem, ut ab eo, cuius in mancipio | sunt, neque 33 hereditatem[5] neque legata aliter capere possint[6], quam si *si*mul eodem testamento liberi esse iubeantur, sicuti iuris est in persona seruorum. sed differentiae ratio manifesta est, cum a parentibus et a coemptionatoribus isdem uerbis mancipio accipi*a*ntur[7], quibus serui; quod non similiter *fit in* coemptione.

124. Videamus nunc, quo modo *ii*, qui alieno iuri *subi*ecti sunt, eo iure liberentur.

125. Ac prius de his dispiciamus, qui in potestate

---

1) adhunc V. 2) *'possis etiam facere:* conuenienter qui dabat olim.' *Hu.* 3) adnumerabat *Hu.* 4) Si tamen quaerat aliquis, quare, si qua coemptionem fecit, differat a mancipatis *suppl. Hu., ad sensum recte.* 5) hereditates V. 6) possunt V. 7) accipiunt V.

---

§ 123. *cf. supra* 1, 113. 117. *infra* 1, 138. 2, 160. 3, 114 *et Gell.* 18, 6, 9, *unde apparet quosdam uxorem, quae coemptionem fecerat, in manu mancipioque viri esse dixisse.* sicuti iuris est in persona seruorum] *cf. infra* 2, 186.

§ 124. = *I.* 1, 12 *pr.*

§ 125. *cf. supra* 1, 13 *sq.*

sunt. 126. Et quidem seru*i* *que*madmodum potestate liberentur, ex his intell*ege*re possumus, quae de seruis manumittend*is* *su*perius exposuimus. 127. [1]Hi uero, qui *in potestate pa*rentis sun*t*, *mortuo eo sui iuris fiunt. sed hoc di*stinctionem recipit; nam *mortuo pat*re sane omni modo filii filiaeue sui iuris efficiun*tur;* mortuo uero auo *non omni* modo nepotes *nepte*sue *sui i*uris *fiunt, sed ita si post mortem aui* in patris sui potestatem recasuri non s*unt. ita*que si moriente auo *pater eorum et uiuat et in potesta*te patris fuerit, tunc post ob*itum aui in patris* sui potestate fiunt; si uero is, quo tempore au*us* moritur, aut iam mor*tuus est aut* exiit de potestate *patris, tunc hi, quia in potestatem*[2]
34 eius cadere non possunt, sui iuris fiunt. 128. Cum | autem is, cui ob aliquod maleficium[3] ex lege Cornelia aqua et igni interdicitur, ciuitatem Romanam amitt*at*, sequitur, ut quia[4] eo modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, proinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate eius esse: nec enim ratio patitur, ut peregrinae condicionis homo ciuem Romanum in potestate habeat. pari ratione et si ei, qui in potestate parentis sit, aqua et igni interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia aeque ratio non patitur, ut peregrinae condicionis homo in potestate sit ciuis Romani

---

1) *supplementa debentur Inst.* 2) patris *usque ad* potestatem *om.* V. 3) *aut* uelut *inserendum est aut* ex lege Cornelia *ut glossema cum Kruegero delendum.* 4) qui V.

---

§ 126. = *I.* 1, 12 *pr.* superius] *cf. supra* 1, 21 *et quae ibi notata sunt.*

§ 127. = *I.* 1, 12 *pr. cf. Gai epit.* 1, 6 *pr. Ulp.* 10, 2. *infra* 1, 146. 2, 156. *D.* 1, 6, 5 (*Ulp.* 2829). 25, 3, 3, 2 (*Ulp.* 982). 1, 7, 41 (*Mod.* 189). 1, 7, 40 *pr.* (*Mod.* 2). *Gell.* 1, 12, 4. *Apul. apol. c.* 68.

§ 128. = *I.* 1, 12, 1. *cf. Gai epit.* 1, 6, 1. *Ulp.* 10, 3. *infra* 1, 161. *D.* 38, 10, 4, 11 (*Mod.* 148). proinde ac mortuo] *D.* 37, 4, 1, 8 (*Ulp.* 1099). 38, 2, 4, 2 (*Paul.* 595). *infra* 3, 153.

parentis. 129. Quod si ab hostibus captus fuerit parens, quamuis seruus[1] hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postliminii, quo[2] hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt; itaque reuersus habebit liberos in potestate: si uero illic mortuus sit, erunt quidem liberi sui iuris; sed utrum ex hoc tempore, quo mortuus est apud hostes parens, an ex illo, quo[2] ab hos*ti*bus captus est, dubitari potest. ipse quoque filius neposue si ab hostibus captus fuerit, similiter dicemus propter ius postliminii potestatem quoque parentis in suspenso esse. 130. Praeterea exeunt liberi uirilis sexus de parentis potestate, si flamines Diales inaugurentur, et | feminini 35
sexus, si uirgines Vestales capiantur. 131. Olim quoque, quo tempore populus Romanus in Latinas regiones colonias deducebat, qui iussu parentis in coloniam Latinam nomen dedissent, desinebant in potestate parentis esse, quia efficerentur alterius ciuitatis ciues. 132. *Praeterea* emancipatione desinunt liberi in potestate[3] paren*tum* esse. sed filius quidem tribus man-

1) seruo V. 2) quod V. 3) potestatem V.

§ 129. = *I.* 1, 12, 5. *cf. Gai epit.* 1, 6, 2. *Ulp.* 10, 4. *Paul.* 2, 25, 1. seruus hostium] *cf. I.* 1, 3, 4. *D.* 1, 5, 5, 1 (*Marcian.* 45). pendet ius] *cf D.* 14, 6, 1, 1 (*Ulp.* 874). 38, 7, 2, 3 (*Ulp.* 1198). ius postliminii] *cf. D.* 49, 15, 19 (*Paul.* 1893). *Boeth. l.* 4 *ad Cic. top.* 8, 36 (*p.* 336 *ed. Baiter*). *Fest. s. v. postliminium p.* 218 (*Bruns* II⁷, 25). *Isid. orig.* 5, 27, 28. dubitari potest] *cf. D.* 49, 15, 22, 2 (*Iul.* 761). 49, 15, 12, 1 (*Tryph.* 13). 49, 15, 18 (*Ulp.* 2799). similiter *etc.*] *cf. D.* 49, 15, 14 *pr.* (*Pomp.* 424). 28, 2, 31 (*Paul.* 1626).

§ 130. *cf. Ulp.* 10, 5. *infra* 1, 145. 3, 114. *Tac. ann.* 4, 16. *Gell.* 1, 12, 9. *Plut. Num.* 10 (*Bruns* I⁷, 9). *Ambros. de virgin.* 1, 4, 15. *epist. ad Valentin. I.* 18, 11.

§ 131. *cf. Cic. pro Caec.* 33, 98. *pro domo* 30, 78. *pro Balbo* 11, 27—13, 31. *Dosith.* § 6. *Boeth. l.* 2. *ad Cic. top.* 4, 18 (*p.* 302 *ed. Baiter*).

§ 132. *cf. Gai epit.* 1, 6, 3. *Ulp.* 10, 1. *I.* 1, 12, 6. *infra* 1, 135. 2, 141. 3, 6. 4, 79. *D.* 28, 3, 8, 1 (*Ulp.* 2510). *C.* 8, 48

cipationibus, ceteri uero liberi siue masculini sexus siue feminini una mancipatione exeunt de parentium potestate: lex enim XII tabularum tantum in persona filii de tribus mancipationibus loquitur his uerbis: 'si pater *ter*[1] filium uenum du*it*, a patre filius liber esto'. *eaque* res ita agitur: mancipat pater filium alicui; is eum uindicta manumittit: eo facto reuertitur in potestatem patris; is eum iterum mancipat uel eidem uel alii (sed in usu est eidem mancipari) isque eum postea similiter uindicta manumittit; eo facto rursus in potestatem patris reuertitur[2]; tertio pater eum mancipat uel eidem uel alii (sed hoc in usu est, ut eidem mancip*etur*) *eaque* mancipatione *desinit in* potestate patris esse, etiamsi nondum manumissus sit, sed adhuc in
36 causa mancipii. | [3]
t. s.

133. [4] *Admonendi autem sumus liberum esse arbitrium ei, qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem de potestate dimittere*[5]*, nepotem uero in potestate retinere: uel ex diuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem uero manumittere, uel omnes sui iuris efficere. eadem et de pronepote dicta esse intellegemus.*

---

1) ter *post* pater *verisimilius exidit quam post* filium; *quamquam Ulp.* 10, 1 *obstat.* 2) fueri reuertitur V. 3) *in pag.* 36 *paucissimis exceptis nihil legi potuit; cf. apographi supplem. videtur Gaius hic primum adiecisse filium tertia manumissione sui iuris effici; cf. Theoph.* 1, 12, 6. *haec quae exceperint, cognosci iam certo potest ex Gai epit.* 1, 6, 3 *med.:* 'Tamen cum .... in hereditate succedit'. *cf. Inst.* 1, 12, 6 *verba* 'Et tunc ex edicto praetoris' *etc.* 4) *suppl. a Goesch. ex Inst.* 1, 12, 7 *et Dig.* 1, 7, 28. 5) de potestate dimittere *Inst.* potestate dimittere *Dig. cf.* § 134.

---

(49), 6 (*a.* 531). *Dionys.* 2, 27. *Boeth. l.* 2 *ad Cic. top.* 4, 19 (*p.* 303, 17 *sq. ed. Baiter*). *C. I. L.* VI 1527 *l.* 16 (*Bruns* 1[7], 321). *P. Lips. Inv.* 136 *ed. Mitteis Lips.* 1912 (*P. M. Meyer, Iur. Papyr. nr.* 9; *Girard, Textes*[4] *p.* 824).

§ 133 *cf. Gai. epit.* 1, 6, 3. *D.* 37, 4, 7 (*Gai.* 281). 37, 8, 3 (*Marcell.* 121). 38, 6, 6 (*Ulp.* 1101). 37, 8, 1, 4 (*Ulp.* 1124). 37, 4, 6, 3 (*Paul.* 579). 37, 8, 4 (*Mod.* 117). 37, 4, 21 (*Mod.* 116).

134. [1]*Praeterea parentes etiam liberos in adoptionem datos in potestate habere desinunt. et in filio quidem, si in adoptionem datur, tres mancipationes* | et duae 37
intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri solent, cum ita eum pater de potestate dimittit, ut sui iuris efficiatur. deinde aut patri remancipatur, et ab eo is, qui adoptat, uindicat apud praetorem filium suum esse, et illo contra non uin*d*icante *a* praetore uindicanti filius addicitur, aut non remancipatur patri, *sed* ab *eo* uindicat is, qui adop*tat*, *apud* quem *in tertia*[2] mancipatione est: sed sane commodius est patri remancipari.[3] in ceteris uero liberorum personis, seu masculini seu feminini sexus, una scilicet mancipatio sufficit, et aut remancipantur[4] parenti aut non remancipantur.[4] eadem et in prouinciis apud praesidem prouinciae solent fieri. 135. Qui ex filio semel iterumue mancipato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris sui nascatur, tamen in aui potestate est, et ideo ab eo et emancipari et in adoptionem dari potest. at is, qui ex eo filio conceptus est, qui in tertia mancipatione est, non nascitur in aui potestate: sed eum Labeo quidem existimat in eiusdem mancipio esse, cuius et pater sit: utimur autem hoc iure, ut quamdiu pater eius in mancipio sit, pendeat ius eius, et si quidem pater eius ex mancipatione manumissus erit, cadat in eius potestatem, si uero is, dum in man-

1) '*initium hoc deperditum ex Goescheni fere restitutione ad sensum demonstrandum supplevi*'. *Hu.* 2) sed—tertia *partim Scheurl, partim Hu.* 3) *sc. ab eo, cui in adoptionem daturus est, ne aliam personam, cui mancipetur, adhibere necesse sit. cf. Scheurl, de modis liberos in adopt. dandi, Erlang.* 1851. 4) remancipatur V.

§ 134. *cf. Plin. ep.* 8, 18, 4. *Gell.* 5, 19, 3. *Suet. Aug.* 64. *Cic. de fin.* 1, 7, 24. *Tert. apolog.* 9, 7. *I.* 1, 12, 8. *C.* 8, 47 (48), 11 (*a.* 530). *infra* 2, 141. 3, 6. 4, 79.

§ 135. *cf. I.* 1, 12, 9. *supra* 1, 132; 89.

38 cipio sit, de|cesserit, sui iuris fiat. 135ª. Eadem scilicet | ——— *vv. 2* ———|[1] ut supra diximus, quod in filio faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote. 136. | ——— *vv. 2¾* ———|[2] Maximi et Tuberonis[3] cautum est, *ut* haec quod ad sacra tantum uideatur in manu esse, quod uero ad ceteras causas proinde habeatur, atque si in manum non conuenisset. *eae uero mulieres, quae in manum conueniunt per coemptionem*[4], potestate parentis liberantur; nec interest, an in uiri sui manu sint an extranei, quamuis hae solae loco filiarum habeantur, quae in uiri manu *sunt*.

137. | ——— *vv. 3* ———|[5] desinunt in manu esse, et si ex ea mancipatione manumissae fuerint, sui iuris effici*untur*. 137ª. | ——— *vv. 3½* ———|[6] nihil*o* magis
39 potest *cogere*, | quam et[7] filia patrem. sed filia quidem

1) *Krueger Huschkium secutus ita supplet:* dicemus de eo, qui ex nepote semel mancipato necdum manumisso conceptus fuerit. nam. 2) *Krueger ita fere ad sensum suppleri posse censet:* Praeterea mulieres, quae in manum conueniunt, in patris potestate esse desinunt. sed in confarreatis nuptiis de flaminica Diali senatus consulto ex relatione. 3) *Paulus Fabius Maximus et Q. Aelius Tubero css. a.* 743 *u.* = 11 *a. Chr.; de ICtis Cornelio Maximo et Q. Aelio Tuberone* (*Pomp. Dig.* 1, 2, 2, 45; 46) *cogitavit Hu.* 4) eae—coemptionem *ad sensum suppl. Hu.* 5) *Krueger ex parte Huschkium secutus ita fere suppl.:* In manu autem esse mulieres desinunt iisdem modis, quibus filiae familias potestate patris liberantur; sicut igitur filiae familias una mancipatione de potestate patris exeunt, ita eae, quae in manu sunt, una mancipatione. 6) *in* V *legitur lin.* 21 quae; *lin.* 22/23 cogere coemptionatorem; *lin.* 23/24 et cui ipsa velit. *Krueger sic fere ad sensum supplet:* inter eam uero, quae cum extraneo, et eam, quae cum uiro suo coemptionem fecerit, hoc interest, quod illa quidem cogere coemptionatorem potest, ut se remancipet, cui ipsa uelit, haec autem uirum suum. *Hu. similiter.* 7) et *delendum*?

§ 135ª. *cf. supra* 1, 132; 134.
§ 136. *cf. supra* 1, 112; 114; 115ᵇ. *Tac. ann.* 4, 16.
§ 137. *cf. supra* 1, 127.
§ 137ª. *cf. supra* 1, 118; 118ª. *I.* 1, 12, 10. *Fest. v. remancipatam p.* 277 (*Bruns* II⁷, 31).

nullo modo patrem potest cogere, etiam si adoptiua sit: haec autem *uirum* repudio misso proinde compellere potest, atque si ei numquam nupta fuisset.

138. Ii, qui in causa mancipii sunt, quia seruorum loco habentur, uindicta, censu, testamento manumissi sui iuris fiunt. 139. Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia locum habet: itaque nihil requirimus, cuius aetatis sit is, qui manumittit et qui manumittitur; ac ne illud quidem, an patronum creditoremue manumissor habeat; ac ne numerus quidem lege Fufia Caninia[1] finitus in his personis locum habet. 140. Quin etiam inuito quoque eo, cuius in mancipio sunt, censu libertatem consequi possunt, excepto eo, quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remancipetur; nam quodam modo tunc pater potestatem propriam reseruare sibi uidetur eo ipso, quod[2] mancipio recipit. ac ne is quidem dicitur inuito eo, cuius in mancipio est, censu libertatem consequi, quem pater ex noxali causa mancipio dedit, ueluti quod furti eius nomine damnatus est et eum mancipio actori dedit: nam hunc actor pro pecunia habet. 141. In summa admonendi sumus aduersus eos, quos in mancipio habemus, nihil nobis | contumeliose facere licere; alioquin iniuriarum[3] tene- 40
bimur. ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, sed plerumque hoc fit dicis gratia[4] uno momento; nisi scilicet ex noxali causa mancipantur.[5]

142. Transeamus nunc ad aliam diuisionem. nam ex his personis, quae neque in potestate neque in

1) legis Fuf. Can. V. 2) quo V. 3) iniuria|rumc V. 4) gratiam V. 5) manciparentur V.

§ 138. *cf. supra* 1, 123. *infra* 2, 160. 3, 114.
§ 139. *cf. supra* 1, 38; 18; 42: 47.
§ 140. *cf. infra* 4, 75; 79. *Coll.* 2, 3 (*Pap.* 62). *I.* 4, 8, 7. *D.* 43, 29, 3, 4 (*Ulp.* 1616).
§ 141. *cf. supra* 1, 115; 118ª; 132; 134; 137.
§ 142. = *I.* 1, 13 *pr.*

manu neque in mancipio sunt, quaedam uel in tutela sunt uel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. uideamus igitur, quae in tutela, quae in curatione sint: ita enim intellegemus ceteras[1] personas, quae neutro iure tenentur. **143.** Ac prius dispiciamus de his, quae in tutela sunt.

144. Permissum est itaque parentibus liberis, quos in potestate sua habent, testamento *tu*tores dare: masculini quidem sexus inpuberibus, *feminini uero inpuberibus puberibus*que, *uel*[2] cum nuptae sint. ueteres enim uoluerunt feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, propter animi leuitatem in tutela esse. **145.** Itaque si quis filio filiaeque testamento tutorem dederit et ambo ad pubertatem peruenerint, filius quidem desinit habere tutorem, filia uero nihilo minus in tutela permanet: tantum enim ex lege Iulia et Papia Poppaea[3] iure liberorum a tutela liberantur feminae. loquimur autem
41 exceptis uirginibus Vestalibus, quas etiam ueteres in honorem[4] sacerdotii liberas esse uoluerunt: itaque etiam lege XII tabularum cautum est. **146.** Nepotibus autem neptibusque ita demum possumus testamento[5] tutores dare, si post mortem nostram in patris sui potestatem iure[6] recasuri non sint. itaque si filius meus mortis

1) intellegemus ceteras *Inst. Iust.* intellegimus de ceteris V. intellegemus deinde ceteras *Polenaar.* 2) feminini—uel *suppl. Hu.* 3) Popeia V. 4) honores V. 5) testes V. 6) *om. Inst. Iust.; del. Hu., Krueger.*

§ 143. = *I.* 1, 13 *pr.*

§ 144. *cf. infra* 1, 190. *Gai epit.* 1, 7, 2. *Ulp.* 11, 1; 15. *Fr. Vat.* 229 (*Paul.* 2057). *D.* 26, 2, 1 *pr.* (*Gai.* 263). 26, 2, 20, 1 (*Paul.* 557). *I.* 1, 13, 3. *infra* 1, 190. 2, 240; 289. *Liv.* 34, 2. *Cic. pro Mur.* 12, 27. *Boeth. l.* 2 *ad Cic. Top.* 4, 18 (*p.* 302 *B.*). *l.* 4 *ad top.* 11, 46 (*p.* 341 *B.*). *Isid. orig.* 9, 7, 30. *C. I. L.* VI 10231 (*Bruns* I⁷, 336).

§ 145. *cf. infra* 1, 194. 3, 44. *Ulp.* 11, 14; 15. *Plut. Num.* 10 (*Bruns* I⁷, 9). *Dio* 56, 10, 2; 3. lege Iulia] *a.* 736 *u.* = 18 *a. Chr.* Papia Poppaea] *a.* 9 *p. Chr.*

§ 146. = *I.* 1, 13, 3. *cf. Gai epit.* 1, 7, 2. *D.* 26, 2, 1, 2 (*Gai.* 263). *supra* 1, 127.

meae tempore in potestate mea sit, nepotes[1] ex eo non poterunt[2] ex testamento meo habere tutorem, quamuis in potestate mea fuerint; scilicet quia mortuo me in patris sui potestate futuri sunt.[3] 147. Cum tamen in compluribus aliis causis postumi pro iam natis habeantur, et in hac causa placuit non minus postumis quam iam natis testamento tutores dari posse, si modo in ea causa sint, ut si uiuis nobis nascantur[4], in potestate nostra fiant. hos *enim* etiam heredes instituere possumus, cum extraneos postumos heredes instituere permissum non sit.[5] 148. *Vxori*, quae in manu est, proinde ac[6] filiae, item nurui, quae in filii manu est, proinde ac nepti tutor dari potest. 149. Rectissime autem tutor sic dari potest: LVCIVM TITIVM LIBERIS MEIS TVTOREM DO *uel* VXORI MEAE[7] TVTOREM DO. sed et si ita scriptum sit: LIBERIS MEIS uel VXORI MEAE TITIVS TVTOR ESTO, recte datus intellegitur. 150. In persona tamen | uxoris, quae in manu est, recepta est 42
etiam tutoris optio, id est ut liceat ei permittere, quem uelit ipsa, tutorem sibi optare, hoc modo: TITIAE VXORI MEAE TVTORIS OPTIONEM DO. quo casu licet uxori *tutorem optare*[8] uel in omnes res uel

1) nepotes quos V. quos *om. Inst.* 2) potesint V. poterint *Lachmann.* 3) sint V. 4) nascuntur V. 5) sint V. 6) ac si V. 7) uel uxori meae *Hu.* lic V. 8) tutorem optare *suppl. Lachmann.*

§ 147. = *I.* 1, 13, 4. *cf. D.* 26, 2, 1, 1 (*Gai.* 263). pro iam natis] *cf. D.* 38, 16, 7 (*Cels.* 235). 1, 5. 7 (*Paul.* 1263). 50, 16, 231 (*Paul.* 1908). postumis tutores dari] *cf. I.* 1, 14, 5 = *D.* 26, 2, 5 (*Ulp.* 2533) *et* 6 (*Ulp.* 2831). *D.* 3, 5, 28 (29) (*Call.* 69). 26, 2, 16, 5 (*Ulp.* 2850). 26, 2, 19, 2 (*Up.* 1016). *Suet. Caes.* 83. hos enim etiam heredes] *cf. infra* 2, 130; 242; 287.

§ 148. *cf. supra* 1, 110 *sq. infra* 2, 159.

§ 149. *cf. infra* 2, 289. *Fr. Vat.* 229 (*Paul.* 2057). *D.* 26, 2, 23 (*Afr.* 106). 26, 2, 33 (*Iav.* 228). 26, 2, 8, 3 (*Up.* 2671). 26, 2, 10, 4 (*Ulp.* 2830). 26, 2, 16 *pr.* (*Ulp.* 2850). 26, 2, 32, 2 (*Paul.* 1528).

§ 150. *cf. Iiv.* 39, 19. *Plaut. Truc.* 4, 4, 6 = 859. *lex Salp.* 22 (*Bruns* I[7], 143).

in unam forte aut duas. 151. Ceterum aut plena optio datur aut angusta. 152. Plena ita dari solet, ut proxime supra diximus. angusta ita dari solet: TITIAE VXORI MEAE TVTORIS OPTIONEM DVMTAXAT[1] SEMEL DO, aut DVMTAXAT BIS DO. 153. Quae optiones plurimum inter se differunt[2]: nam quae plenam optionem habet, potest semel et bis et ter et saepius tutorem optare; quae uero angus*tam* habet optionem, si dumtaxat semel data est optio, amplius quam semel optare non potest[3], si tantum bis, amplius quam bis optandi facultatem non habet.[4] 154. Vocantur autem hi, qui nominatim testamento tutores dantur, datiui, qui ex optione sumuntur, optiui.

155. Quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex lege XII *tabularum* agnati sunt tutores, qui uocantur legitimi. 156. Sunt autem agnati per uirilis sexus personas cognatione iuncti, quasi a patre cognati,
43 ueluti frater eodem patre natus, fratris filius neposue
t. s. ex eo, item patruus et patrui | filius et nepos ex eo. at hi, qui per feminini sexus personas cognatione coniunguntur, non sunt agnati, sed alias naturali iure cognati. itaque inter auunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio. item amitae, materterae filius non est mihi agnatus, sed cognatus, et inuicem scilicet ego[5] illi eodem iure coniungor, quia qui nascun-

1) tutoris optionem dumtaxat *Hu.* dumtaxat tutoris optionem V. 2) differant V. 3) potē V. 4) habetis V. 5) scilicet ego *Hu.* scilicet sic eo V. *Poeschmann coni.:* et inuicem. scilicet etsi ego illi agnatus sum, non tamen filio illius eodem iure *etc. collato Theoph.* 1, 15, 1 *extr.; Polenaar delet* scilicet *usque ad* coniungor.

§ 154. *cf. Ulp.* 11, 14.

§ 155. = *I.* 1, 15 *pr. cf. Gai epit.* 1, 7, 1. *Ulp.* 11, 3. *D.* 26, 4, 1 *pr.* (*Ulp.* 2529). 26, 4, 5 *pr.* (*Ulp.* 1000). *C.* 5, 30, 2 (*a.* 293). *Nov. Iust.* 118, 5.

§ 156. = *I.* 1, 15, 1. *D.* 26, 4, 7. *cf. Gai epit.* 1, 7, 1. *Ulp.* 11, 4. *Isid. orig.* 9, 6, 1; 2. *infra* 3, 10.

tur, patris, non matris familiam secuntur. **157.** Sed olim quidem, quantum ad legem XII tabularum attinet, etiam feminae agnatos habebant tutores. sed postea lex Claudia lata est, quae[1], quod ad feminas attinet, *agnatorum*[2] tutelas sustulit: itaque masculus quidem inpubes fratrem puberem aut patruum habet tutorem; femina uero talem habere tutorem non potest. **158.** Sed adgnationis quidem ius kapitis diminutione perimitur, cognationis uero ius eo modo non commutatur, quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia uero non potest.[3] **159.** Est autem kapitis diminutio prioris *status*[4] permutatio: eaque tribus modis accidit: nam aut maxima est kapitis diminutio[5] aut minor, quam quidam mediam uocant, aut minima. **160.** Maxima est kapitis diminutio, cum aliquis simul et ciuitatem et libertatem amittit; quae accidit incensis, qui ex forma censua|li uenire[6] iubentur: quod ius | ——— *vv.* $1\frac{1}{2}$ ——— |[7], qui contra eam legem in urbe Roma domicilium habuerint; item feminae, quae ex senatus consulto Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum, quibus inuitis et denuntiantibus[8] cum seruis 44 t. s.

1) q. V. 2) *add. Goeschen.* 3) utique *Inst. Iust. cf.* § 64. 4) capitis V. 5) dimidia V. 6) ueniri V. 7) *post* ius *legitur* p, *in sequenti versu* ex leg. 8) denuntiantibus dominis V. denuntiantibus nihilo minus *Hu.*

§ 157. *cf. infra* 1, 171. *Ulp.* 11, 8. *C. Th.* 3, 17, 2 (*a.* 326). *C.* 5, 30, 3 (*a.* 472). *C. I. L.* VI 1527 *l.* 14. 15 (*Bruns* 1^7, 322).

§ 158. = *I.* 1, 15, 3. *cf. infra* 3, 27; 51. *Ulp.* 11, 9. *D.* 26, 4, 5, 5 (*Ulp.* 1012). 26, 4, 3, 9 (*Ulp.* 2838). 4, 5, 7 *pr.* (*Paul.* 222). ciuilis ratio] *cf. D.* 50, 17, 8 (*Pomp.* 430). 4, 5, 8 (*Gai.* 107).

§ 159. = *I.* 1, 16 *pr. cf. Ulp.* 11, 10. *D.* 4, 5, 1 (*Gai.* 106). 4, 5, 11 (*Paul.* 162). *Cic top.* 6, 29. *Fest. v. deminutus capite p.* 70 (*Bruns* II^7, 7). *Boeth. l.* 2 *ad Cic. top.* 4, 18 (*p.* 302 *B.*). *Auson Griph.* 65.

§ 160. *cf. I.* 1, 16, 1. *Ulp.* 11, 11. incensis] *cf. Dionys.* 4, 15 *in fine.* 5, 75. *Liv.* 1, 44, 1. *Cic. p. Caec.* 34, 99. qui contra eam legem] *cf. supra* 1, 27. senatus consulto Claudiano] *cf. supra* 1, 84; 91.

eorum coierint. 161. Minor siue media est kapitis diminutio[1], cum ciuitas amittitur, libertas retinetur[2]; quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum fuerit. 162. Minima est capitis diminutio, cum et ciuitas et libertas retinetur[2], sed status hominis conmutatur; quod accidit in his, qui adoptantur, item in his, quae coemptionem faciunt, et in his, qui mancipio dantur quique ex mancipatione manumittuntur; adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur aut manumittatur, totiens capite diminuatur. 163. Nec solum maior*ibus capitis* diminutionibus ius adgnationis corrumpitur, sed etiam minima; et ideo si ex duobus liberis alterum pater emancipauerit, post obitum eius neuter alteri agnationis iure tutor esse poterit. 164. Cum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximo gradu sunt. |
45 t. s ——— *vv. 17.* ——— 3

165. Ex eadem lege XII tabularum libertarum[4] et inpuberum libertorum[5] tutela ad patronos liberosque eorum pertinet; quae et ipsa tutela legitima uocatur,

1) dimidia V. 2) retineretur V. 3) *Hollweg statuit in his* 17 *versibus Gaium primum egisse de legitima gentilium tutela, ad quam lector remittatur infra* 3, 17. *quid secutum sit, ignoratur.* 4) liberarum V. 5) liberorum V.

§ 161. = *I.* 1, 16, 2. *cf. Ulp.* 11, 12. *D.* 4, 5, 5 *pr.* (*Paul.* 221). *supra* 1, 128.

§ 162. = *I.* 1, 16, 3. *cf. Ulp.* 11, 13. *D.* 4, 5, 3, 1 (*Paul.* 220). *infra* 3, 83. 4, 38. adoptantur] *cf. supra* 1, 97 *sq.* coemptionem] *cf. supra* 1, 113 *sq.* mancipio dantur] *cf. supra* 1, 117 *sq.* ex mancipatione manumittuntur] *cf. supra* 1, 132 *sq.*

§ 163. *cf. Ulp.* 11, 9. *I.* 1, 15, 3. *D.* 26, 4, 2 (*Ulp.* 2832). *C.* 5, 30, 4 (*a.* 498).

§ 164. = *I.* 1, 16, 7. *cf. Gai epit.* 1, 7, 1. *D.* 26, 4, 9 (*Gai.* 264). *lex Salp. c.* 29 *in fine* (*Bruns* I[7], 146).

§ 165. = *I.* 1, 17. *cf. Gai epit.* 1, 7, 1. *Ulp.* 11, 3. *D.* 26, 4, 3 *pr.* (*Ulp.* 2838). 26, 4, 5 (*Ulp.* 1000). *Schol. Bob. ad Cic. p. Flacco* 34, 84 (*p.* 244 *B.*). *Script. Hist. Aug. M. Anton.* 11, 8. *Boeth. l.* 4 *ad Cic. top.* 8, 33 (*p.* 335 *B.*).

non *quia nominatim* ea lege de hac tutela cauetur, *sed* quia proinde accepta est per interpretationem, atque si uerbis legis *introducta*[1] esset: eo enim ipso, *quod* hereditates libertorum libertarumque, si | intestati de- 46
cessissent, iusserat lex ad patronos liberosue eorum t. s
pertinere, crediderunt ueteres uoluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere, quia et agnatos, quos ad hereditatem uocauit, eosdem et tutores esse iusserat.

[De fiduciaria *tutela.*[2]] 166. Exemplo patronorum recepta est[3] *et alia tutela, quae et ipsa legitima uocatur. nam si quis filium nepotemue aut pronepotem inpuberes, uel filiam neptemue aut proneptem tam puberes quam inpuberes alteri ea lege mancipio dederit, ut sibi remanciparentur, remancipatosque manumiserit, legitimus eorum tutor erit.* 166ª. Sunt et aliae tutelae, quae fiduciariae uocantur, id est quae ideo nobis competunt, quia liberum caput mancipatum nobis uel a parente uel a coemptionatore manumiserimus.[4] 167. Sed Latinarum et Latinorum impuberum *tute*la non omni modo ad manumissores libertinorum[5] pertinet, sed ad eos, quorum

1) introducta *Inst.* accepta V. 2) de fiduciaria *in* V *spatio relicto scriptum est post sequens* patronorum. 3) recepta est] rectae V. *hic inseruit Krueger paragraphum compositam ex Inst. Iust.* 1, 18 *et Gai.* 1, 172 *eumque secutus est Hu.; quam nos leviter mutavimus. nam* 'deinceps' *vice adiectivi fungens, quod ex Inst. Iust. receperunt et Kr. et Hu., inter classicos auctores unus Ulpianus usurpavit. cf. E. Th. Schulze, Ztschr. d. Sav. Stiftg.* VIII, 290. 4) *'cum Gaius de tutelis fiduciariis plurali numero loquatur, dubitari potest, num eam quoque, quae in Inst.* 1, 19 *sola remansit, commemoravit. nec tamen hoc loco iniuria ei a librario facta esse videtur. cf* 1, 175'. *Hu.* 5) liueris | ineorum V. liberosque eorum *Kniep.*

§ 166. *cf. I.* 1, 18. *infra* 1, 172; 175. *D.* 26, 4, 3, 10 (*Ulp.* 2838). *C.* 2, 20 (21), 5 (*a.* 293). 5, 61, 2 (1) (*a.* 294).

§ 166ª. = *I.* 1, 19. *supra* 1, 115. *infra* 1, 172; 175; 195ª. *Ulp.* 11, 5. *D.* 26, 4, 4 (*Mod.* 14).

§ 167. *cf. Ulp.* 11, 19. *supra* 1, 35. *infra* 3, 56. *lex Salp.* 23 (*Bruns* I⁷, 144). lege Iunia] *cf. supra* 1, 22.

ante manumissionem ex iure Quiritium *fuerunt: unde si ancilla ex iure Quiritium*[1] tua sit, in bonis mea, a me quidem solo, non etiam a te manumissa Latina fieri potest, et bona eius ad me pertinent, sed eius tutela tibi competit; nam ita lege Iunia cauetur. itaque si ab eo, cuius et in bonis et ex iure Quiritium ancilla fuerit, facta sit Latina, ad eundem et bona et tutela pertinent.[2]

168. Agnatis et patronis et liberorum capitum manumissoribus permissum est feminarum tutelam alii in iure cedere; pupillorum autem tutelam non est per-
47 missum cedere, quia non uidetur one|rosa, cum tempore pubertatis finiatur. 169. Is autem, cui ceditur tutela, cessicius tutor[3] uocatur. 170. Quo mortuo aut kapite diminuto reuertitur ad eum tutorem tutela, qui cessit[4]; ipse quoque, qui cessit, si mortuus aut kapite diminutus sit, a cessicio[5] tutela discedit et reuertitur ad eum, qui post eum, qui cesserat, secundum gradum in ea tutela habuerit. 171. Sed quantum ad agnatos pertinet, nihil hoc tempore de cessicia tutela quaeritur, cum agnatorum tutelae in feminis lege Claudia sublatae sint. 172. Sed fiduciarios quoque quidam putauerunt cedendae tutelae ius non habere, cum ipsi se oneri subiecerint. quod etsi placeat, in parente tamen, qui filiam neptemue aut proneptem alteri ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciparetur, remancipatamque manumisit, idem dici non debet, cum is et legitimus tutor habeatur et non minus huic quam patronis honor praestandus sit.[6]

1) fuerunt—Quiritium *suppl. Hu.* 2) pertinet V.
3) tutor *Goeschen.* uocator V. 4) *corr. ex* cessauit V.
5) a cessicio *Goeschen.* accessio V. 6) est V.

168. *cf. Ulp.* 11, 6; 8; 17. *Boeth. l.* 4 *ad Cic. top.* 11, 46 (*p.* 342 *Bait.*). *infra* 1, 196.
§§ 169. 170 *cf. Ulp.* 11, 7. *C. I. G.* 2941 (= *Dessau* 8875).
§ 171. *cf. Ulp.* 11, 8. *supra* 1, 157.
§ 172. *cf. supra* 1, 166. *infra* 1, 175. *I.* 1, 18.

173. Praeterea senatus consulto mulieribus permissum est in absentis tutoris locum alium petere, quo petito prior desinit; nec interest, quam longe absit[1] is tutor. 174. Sed excipitur, ne in absentis patroni locum liceat libertae tutorem petere. 175. Patroni | autem loco habemus etiam parentem, qui ex eo, quod 48
ipse sibi remancipatam[2] filiam neptemue aut proneptem manumisit, legitimam tutelam nanctus est. *sed*[3] huius quidem liberi fiduciarii tutoris loco numerantur; patroni autem[4] liberi eandem tutelam adipiscuntur, quam et pater eorum habuit. 176. Sed aliquando etiam in patroni absentis locum permittitur tutorem petere, ueluti ad hereditatem adeundam. 177. Idem senatus censuit et in persona pupilli patroni filii. 178. Nam et[5] lege Iulia de maritandis ordinibus ei, quae in legitima tutela pupilli sit, permittitur dotis constituendae gratia a praetore urbano tutorem petere. 179. Sane patroni filius, etiamsi inpubes sit, *tamen*[6] libertae efficietur tutor, quamquam in nulla re auctor fieri potest, cum ipsi nihil permissum sit sine tutoris auctoritate agere. 180. Item si qua in tutela legitima furiosi aut muti sit, permittitur ei senatus consulto dotis constituendae gratia tutorem petere. 181. Quibus casibus saluam manere tutelam patrono patronique filio manifestum est. 182. Praeterea senatus censuit, ut si tutor

1) absit *Krueger.* aberit V. 2) rem mancipatam V. 3) *add. Polenaar.* 4) patroni autem] autem patroni V. 5) e V. 6) *addidit Hu.*

§§ 173. 174. *cf. Ulp.* 11, 22.
§ 175. *cf. supra* 1, 166; 172. *I.* 1, 19 *cum Theophilo.*
§§ 176. 177. *cf. Ulp.* 11, 22.
§ 178. *cf. Ulp.* 11, 20. *D.* 23, 3, 61 *pr.* (*Clem.* 5). 26, 5, 3 (*Ulp.* 2018). 26, 5, 7 (*Ulp.* 2255). lege Iulia] *cf. supra* 1, 145.
§ 179. *cf. I.* 1, 25, 13.
§ 180. *cf. Ulp.* 11, 21. *D.* 26, 1, 17 (*Paul.* 1781). 26, 4, 10, 1 (*Herm.* 51). 26, 1, 1, 2; 3 (*Paul.* 556).
§ 182. *cf. Ulp.* 11, 23. *D.* 40, 5, 41, 2 (*Scaev.* 287). 26, 2, 11, 1—3 (*Ulp.* 2835). *C.* 5, 36, 2 (*a.* 228). 5, 36, 4 (*a.* 260).

pupilli pupillaeue suspectus a tutela remotus sit siue ex iusta causa fuerit excusatus, in locum eius alius tutor detur, quo facto prior tutor amittit tutelam.
49 183. Haec omnia similiter et Romae et in prouinciis obseruantur, scilicet ut[1] in prouinciis a praeside prouinciae tutor p*eti debeat.*

184. Olim cum legis actiones in usu erant, etiam ex illa causa tutor dabatur, si inter tutorem et mulierem pupillum*ue* lege[2] agendum erat: nam quia ipse tutor in re sua auctor esse non poterat, alius dabatur, quo auctore legis actio perageretur: qui dicebatur praetorius tut*or*[3], quia a[4] praetore urbano dabatur.[5] sed post sublatas legis actiones quidam putant hanc speciem dandi tutoris in usu esse desisse; ali*is autem* placet adhuc[6] in usu esse, si legitimo iudicio agatur.

185. Si cui nullus omnino tutor sit, ei datur in urbe Roma ex lege Atilia a praetore urbano et maiore parte tribunorum plebis, qui Atilianus tutor uocatur; in prouinciis uero a praesidibus prouinciarum *ex* lege

---

1) et V. 'ceterum *supplemento ut in ed. Krueg. h. l. non opus, cum Romae a praetore urbano tutorem peti Gaius ipse iam ante dixerit*'. *Hu.* 2) pupillumue lege] pupillumqe legem V. 3) tutelae V. 4) aut V. 5) datur V. 6) athunc V.

---

§ 183. *cf. Ulp.* 11, 20. *lex Salp. c.* 29 (*Bruns* I[7], 146).

§ 184. *cf. Ulp.* 11, 24. *I.* 4, 10 *pr.* 1, 21, 3. *D.* 26, 1, 5 (*Pomp.* 641). 26, 1, 3, 2—4 (*Ulp.* 2837). 27, 3, 9, 4 (*Ulp.* 1014). 26, 1, 4 (*Paul.* 1780). *C.* 5, 44. quia ipse tutor *etc.*] *cf. D.* 26, 8, 22 (*Lab.* 216). 26, 8, 1 *pr.* (*Ulp.* 2425). 26, 8, 5 *pr.* (*Ulp.* 2854). legitimo iudicio] *cf. infra* 4, 103 *sq.*

§ 185. = *I.* 1, 20 *pr. cf. Gai epit.* 1, 7, 2. *Ulp.* 11, 18. *infra* 1, 195. *D.* 3, 1, 3 *pr.* (*Ulp.* 290). 46, 7, 3, 5 (*Ulp.* 1704). lex Atilia] *cf. Liv.* 39, 9, 7. *Cic. Verr.* 2, 1, 56, 146. *Boeth. l.* 4 *ad Cic. top.* 8, 33 (*p.* 335, 2 *Bait.*; urbani praetoris iurisdictione formatur). *Schol. Sin.* 45, 54. l. Iulia et Titia] *cf. Diod.* 37, 8, 4 *Dind.* (*Excerpt. Vales. p.* 397). *Theoph.* 1, 20 (*p.* 76 *Ferr.*). *Schol. Sin.* 54. *lex Salp.* 29 (*Bruns* I[7], 146). *Pap. Oxy.* 4, 720 (*Bruns* I[7], 421). 12, 1466. *Zeitschr Sav. Stiftg.* 40, 359.

Iulia et Titia. 186. Et ideo si cui testamento tutor sub condicione aut ex die certo datus sit, quamdiu condicio aut dies pendet, tutor dari potest; item si pure datus fuerit, quamdiu nemo heres existat[1], tamdiu ex his legibus tutor petendus est; qui desinit tutor esse, posteaquam aliquis ex testamento tutor esse coeperit. 187. Ab hostibus quoque tutore capto ex his legibus tutor peti debet; qui desinit tutor esse, si is, qui captus est, in ciuitatem reuersus fuerit: nam reuersus recipit tutelam iure postliminii. |

188. Ex his apparet, quot sint species[2] tutelarum. 50
si uero quaeramus, in quot genera hae[3] species deducantur[4], longa erit disputatio: nam de ea re ualde ueteres dubitauerunt. nos qui diligentius hunc tractatum exsecuti sumus et in edicti interpretatione et in his libris, quos ex Quinto Mucio fecimus, hoc totum *omittimus*.[5] *hoc solum*[6] tantisper sufficit admonuisse, quod quidam quinque genera esse dixerunt, ut Quintus Mucius, alii tria, ut Seruius Sulpicius; alii duo, ut Labeo; alii tot genera esse crediderunt, quod etiam species essent.

189. Sed inpuberes quidem in tutela esse omnium ciuitatium iure contingit; quia id naturali rationi[7] conueniens est, ut is, qui perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur, nec fere ulla ciuitas est, in qua

---

1) exstat *vel* existit *Polenaar. sed cf. Inst. Iust.* 2) speciesins V. 3) haec V. 4) deducantur V. 5) *suppl. Kniep.* 6) hoc solum *supplevimus; cf. infra* 3, 33. 7) ratione V. iure *Inst. Iust.*

---

§ 186. = *I.* 1, 20, 1. *cf. I.* 1, 14, 3. *D.* 26, 2, 10 *pr.* (*Ulp.* 2824). 26, 2, 10, 3; 4 (*Ulp.* 2830). 26, 2, 11 *pr.* (*Ulp.* 2835). 27, 3, 9, 2 (*Ulp.* 1014).

§ 187. = *I.* 1, 20, 2. *cf. D.* 26, 4, 1, 2 (*Ulp.* 2529). 27, 3, 8 (*Pap.* 347). 26, 1, 15 (*Ulp.* 2844).

§ 188. *cf. Ulp.* 11, 2. *Boeth. l.* 4 *ad Cic. top.* 8, 33 (*p.* 334 *sq. Bait.*).

§ 189. = *I.* 1, 20, 6. supra] 1, 55.

non licet parentibus liberis suis inpuberibus testamento[1] tutorem dare; quamuis, ut supra diximus, soli ciues Romani uideantur tantum[2] liberos suos in potestate habere. 190. Feminas uero perfectae aetatis in tutela esse fere nulla pretiosa ratio suasisse uidetur: nam quae uulgo creditur, quia leuitate animi plerumque decipiuntur et aequum erat eas tutorum auctoritate regi, magis speciosa[3] uidetur quam uera; mulieres enim, quae perfectae aetatis sunt, ipsae[4] sibi negotia tractant,
51 et in quibusdam | causis dicis gratia tutor[5] interponit auctoritatem suam; saepe etiam inuitus auctor fieri a praetore cogitur. 191. Unde cum tutore nullum ex tutela iudicium mulieri datur[6]: at ubi pupillorum pupillarumue negotia tutores tractant, eis[7] post pubertatem tutelae iudicio[8] rationem reddunt. 192. Sane patronorum et parentum legitimae tutelae uim aliquam habere intelleguntur eo, quod hi neque ad testamentum faciendum neque ad res mancipi alienandas neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur, praeterquam si magna causa alienandarum rerum mancipi[9] obligationisque suscipiendae interueniat.[10] eaque

1) co. st. V. 2) tant V 3) hispeciosa V. 4) ipsi V. 5) tutele V. 6) datum V. 7) tractant eis *Cramer.* tractans ei V. 8) iudici V. 9) mancipio V. 10) interueniant V.

§ 190. *cf. supra* 1, 144. *infra* 2, 122. *Ulp.* 11, 25; 27. *D.* 26, 5, 26 (*Scaev.* 245). *Cic. top.* 11, 46 *c. Boeth. ad h. l.* (*p.* 342, 20 *Bait.*).

§ 191. = *I.* 1, 20, 7.

§ 192. *cf. Ulp.* 11, 27. *Cic. pro Flacco* 34, 84. ad testam fac.] *cf. infra* 2, 112; 118; 122. 3, 43. *Ulp.* 20, 15. 29, 3. ad res manc. al.] *cf. infra* 2, 47; 80. *Fr. Vat.* 1 (*Paul.* 1782). 45 (*Paul.* 1011). 259 (*Pap.* 693). oblig. susc.] *cf. infra* 3, 91; 108; 176. *supra* 1, 176; 178; 180. *Fr. Vat.* 110 (*Paul.* 1517). *D.* 23, 3, 60 (*Cels.* 92). *Cic. pro Caec.* 25, 72. *pro Flacco* 35, 86. *C. I. L.* IV *Suppl.* 154 (*Bruns* I[7], 332, 8). *C. I. L.* VI 10231 (*Bruns* I[7], 336). *C. I. L.* XIII 7521 (*Dessau* 7473). eaque omnia] *cf. D.* 26, 4, 1 *pr.* (*Ulp.* 2529). *C. I. L.* VI 1527 *l.* 14. 15. 21 (*Bruns* I[7], 322).

omnia ipsorum causa constituta sunt, ut quia ad eos intestatarum mortuarum hereditates pertinent[1], neque per testamentum excludantur ab hereditate neque alienatis pretiosioribus rebus susceptoque aere alieno minus locuples ad eos hereditas *peru*eniat. 193. Apud peregrinos non similiter, ut apud nos, in tutela sunt feminae; sed tamen plerumque quasi in tutela sunt: ut ecce[2] lex Bithynorum, si quid mulier *contra*hat[3], maritum auctorem esse iubet aut filium[4] eius puberem.

194. Tutela autem liberantur ingenuae quidem trium *liberorum iure, libertinae uero quattuor, si in patroni*[5] liberorumue eius legitima tu*tela*[6] sint; nam ceterae,[7] quae alterius generis tutores habent, uelut Atilianos aut fiduciarios, trium liberorum | iure tutela liberantur. 52

195. Potest autem pluribus modis libertina *tutorem* alterius generis habere, ueluti si a femina manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere debet tutorem, uel in prouincia *e lege Iulia* et Titia: nam in patronae tutela esse non potest. 195ª. Item si *sit a* masculo manumissa et auctore eo coemptionem fecerit, deinde remancipata et manumissa sit, patronum quidem habere tutorem desinit, incipit autem habere eum tutorem, a quo manumissa est, qui fiduciarius dicitur.

1) pertinet V. 2) ut ecce *Hollweg.* ui haecce V. 3) contrahat *Lachm.* hat V. 4) filius V. 5) liberorum—patroni *suppl. Hollweg.* 6) tutum V. 7) et ceterae V. et *del Hu.*

§ 193. *cf. Cic. pro Flacco* 30, 74. *Ter. Andr.* 1, 5, 60 = 295.

§ 194. *cf. supra* 1, 145. *infra* 3, 44. *Ulp.* 29, 3. *Dosith.* 15. *D.* 50, 60, 137 (*Paul.* 938). *Plut. Num.* 10. *Pap. Oxy.* XII 1467. *C. I. L.* VI 10246. 10247 (*Bruns* I⁷, 336). 1877 (*Dessau* 1910). VIII 4573. *papyris saepe legitur*: χωρὶς κυρίου χρηματίζουσα (τέκνων δικαίῳ) κατὰ τὰ Ῥωμαίων ἔθη (*B G U.* 91. 96. 131. 717. 863. 920. 1069. *CPR.* 3. 9. 63. 140. 176. 227. *Pap. Lond.* II 171b. *Pap. Grenf.* II 85. *Pap. Lips.* 3 I 3; 7. II, 6. 4, 8. 5 II 5. 29, 2. *Pap. Straßb.* 29, 29. *Pap. Oxy.* 909, 6. 1199, 7. 1276, 2. 24. 1277, 2. 1460, 4. 1463, 9. 1475, 12. *P. Freib.* 9, 4. *P. Hamb.* 15, 6. 16, 5. *P. S. I.* 187, 10. *P. Ryl.* 165, 10 *Arch. f. Papyrusforsch.* I, 299, 17).

§ 195. *cf. supra* 1, 185. *Liv.* 39, 9, 7.

§ 195ª *cf. supra* 1, 115.

195b. Item si patronus *eiusue filius* in adoptionem se dedit, debet liberta *e lege Atilia uel Iulia et* Titia tutorem petere. 195c. Similiter ex iisdem legibus petere debet tutorem liberta[1], si patronus decesserit nec ullum uirilis sexus liberorum in familia *reliquerit.* 196. Masculi *autem cum*[2] puberes esse coeperint, tutela liberantur: *puberem autem* Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores eum esse putant[3], qui habitu corporis pubertatem ostendit, id est eum, qui generare potest; sed in his, qui pubescere non possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse spectandam, cuius aetatis puberes fiunt; sed diuersae scholae auctores annis putant pubertatem aestimandam, id est eum
53 t. s. puberem esse existimant, *qui* | *XIIII annos expleuit.* |[4]
tota pag.
54 t. s. 197. . . . . | aetatem peruenerit, in qua res suas tueri possit, sicuti apud peregrinas gentes custodiri superius indicauimus. 198. Ex iisdem causis et in prouinciis a praesidibus earum curatores dari uolunt.[5]

1) busta V. 2) autem cum *verisimile Studemundo visum est.* 3) *librarius alteram syllabam errore bis scripsisse videtur.* 4) *in p.* 53 *Gaius primum de pubertate Neratii Prisci sententiam* (*Ulp.* 11, 28) *addidisse, deinde ad eas personas, quae in curatione sunt* (*cf.* 1, 142. 143), *transiisse videtur, cf. Epit.* 1, 8. *quid postea specialiter Gaius tractauerit, in incerto relinquimus.* 5) uoluit *Hu.* solent *Lachmann.*

§ 195b. *cf. I.* 1, 22, 4. *Ulp.* 11, 9.

§ 195c. *cf. supra* 1, 179. *Liv.* 39, 9, 7.

§ 196. *cf. supra* 1, 168; 189; 103. *Ulp.* 11, 28. *Paul.* 3, 4a, 1; 2. *I.* 1, 22 *pr. D.* 27, 3, 4 *pr.* (*Paul.* 1786). 28, 6, 2 (*Ulp.* 2469). 28, 1, 5 (*Ulp.* 2468). *C.* 6, 22, 4 (*a.* 294). 5, 60, 3 (*a.* 529). *Senec. cons. ad Marciam* 24, 1. *Quintil. inst. or.* 4, 2, 5. *Cass. Dio* 54, 16, 7. *Fest. s. v. pubes p.* 250. 251. *Censorin.* 7, 4. *Tertull. de anima* 38. *de virg. veland. c.* 11. *Macrob. Somn. Scip.* 1, 6, 71. *Saturn.* 7, 7, 6. *Serv. ad Verg. Bucol.* 8, 40. *ad Aen.* 7, 53. *Isid. orig.* 11, 2, 13. *lex col. Iul. Gen. c.* 98 (*Bruns* I7, 132).

§ 197. *cf. supra* 1, 189. *Gai epit.* 1, 8. *Ulp.* 12, 4. *I.* 1, 23 *pr. Script. Hist. Aug. M. Anton.* 10, 12. *Isid. orig.* 10, 53.

§ 198. *cf. D.* 26, 5, 8, 3 (*Ulp.* 2293). 27, 10, 2 (*Paul.* 1061).

199. Ne tamen et pupillorum et eorum, qui in curatione sunt, negotia a tutoribus curatoribusque consumantur aut deminuantur, curat praetor, ut et tutores *et* curatores eo nomine satisdent. 200. Sed hoc non est perpetuum; nam et tutores testamento dati satisdare non coguntur, quia fides eorum et diligentia ab ipso testatore probata est; et curatores, ad quos non e[1] lege curatio[2] pertinet, sed *qui* uel a consule uel a praetore uel a praeside prouinciae *dan*tur, plerumque non coguntur satisdare, scilicet quia satis hon*esti electi* sunt.

1) non e] nonne V 2) curato V.

§§ 199. 200. = *I.* 1, 24 *pr. cf. infra* 4, 99. *D.* 26, 4, 5, 1; 3 (*Ulp.* 1000). 2, 8, 8, 4 (*Paul.* 259). *Tit.* 27, 7. 46, 6. *C.* 2, 40(41), 4 (*a.* 294). *Tit.* 5, 57. 5, 42. a consule] *cf. Suet. Claud.* 23. *Plin ep.* 9, 13, 16. *Script. Hist. Aug. M. Anton.* 10, 11. *I.* 1, 20, ?

55 t. 8. **1.** *Superiore commentario de iure personarum* exposuimus; modo uideamus de rebus: quae uel in nostro patrimonio sunt uel extra nostrum patrimonium habentur.

2. Summa itaque rerum diuisio in duos articulos diducitur: nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. **3.** Diuini iuris sunt ueluti res sacrae et religiosae. **4.** Sacrae sunt, quae diis superis consecratae sunt; religiosae, quae diis Manibus relictae sunt. **5.** Sed sacrum quidem hoc solum existimatur, quod *ex* auctoritate populi Romani consecratum est, ueluti lege de ea re lata aut senatus consulto facto. **6.** Religiosum uero nostra uoluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertineat. **7.** Sed in prouinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri, quia in eo solo dominium

---

§ 1. = *I.* 2, 1 *pr. cf. Gai epit.* 2, 1 *pr. supra* 1, 8.

§§ 2. 3. = *D.* 1, 8, 1 *pr. cf. Gai epit.* 2, 1, 1. *D.* 43, 1, 1 *pr.* (*Ulp.* 1459).

§ 4. *cf. I.* 2, 1, 7. *Fest. v. religiosus p.* 289. *religiosum p.* 281 (*Bruns* II^7, 31). *Macrob. Sat.* 3, 3. *Gromat. ed. Lachm. p.* 22.

§ 5. *cf. I.* 2, 1, 8. *D.* 36, 4, 15 (*Val.* 1). 1, 8, 9 *pr.* 1; 2 (*Ulp.* 1483). 1, 8, 6, 3 (*Marcian.* 74). *Cic. de harusp. resp.* 6, 11 *sq. ad. Att.* 4, 2, 3. *Fest. v. sacratae leges p.* 318 (*Bruns* II^7, 34). *sacer mons p.* 318 (*Bruns* II^7, 33). *Gell.* 4, 9, 8.

§ 6. *cf. I.* 2, 1, 9. *D.* 36, 4, 15 (*Val.* 1). 11, 7, 2, 5 (*Ulp.* 728). 24, 1, 5, 9 (*Ulp.* 2765). 11, 7, 40. 44 (*Paul.* 1293. 1294). 1, 8, 6, 4 (*Marcian.* 74). *Fest. v. fulguritum p.* 12 (*Bruns* II^7, 10).

§ 7 *cf. supra* 1, 6. *infra* 2, 21; 27; 46. *Gromat ed. Lachm. p.* 36 (*Bruns* II^7, 86). 63. *Plin. ad Trai.* 49. 50 (58. 59). *Theoph.* 2, 1, 40 (*p.* 115 *Ferr.*). *Dio Cass.* 41, 43, 2.

populi Romani est uel Caesaris, nos autem possessionem tantum uel usumfructum habere uidemur; utique tamen, etiamsi non sit religiosum[1], pro religioso habetur: item quod in prouinciis[2] non ex auctoritate populi Romani consecratum est, proprie sacrum non est, tamen pro sacro habetur. 8. Sanctae quoque res, uelut muri et portae, quodam modo diuini iuris sunt. 9. Quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est: id uero, quod humani | *iuris est, plerumque alicuius in* 56 t. 8 *bonis est; potest autem et nullius in bonis esse: nam res hereditariae, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt*[3] |—— *vv. fere 8* ——| ue domino. 10. [4]Hae autem *res*, quae humani iuris sunt, *aut publicae* sunt aut priuatae. 11. Quae publicae sunt, nullius uidentur in bonis esse; ipsius enim uniuersitatis esse creduntur. priuatae sunt, quae singulorum hominum *sunt.*

12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. 13. *Corporales* hae *sunt*, quae tangi possunt, uelut fundus, homo, uestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles. 14. Incorporales *sunt*, quae tangi non possunt, qualia sunt ea, quae *in*[5]

---

1) religiosus V. 2) 'in prouinciis *noli cum Momms. et ed. Stud. pro glossemate habere novamque hic* § 7ª *ponere'. Hu.* 3) iuris—sunt *suppl. ex D.* 1, 8, 1 *pr.* 4) §§ 10—14 *restitutae partim ex Dig.* 1, 8, 1. 5) in *add. Hu. ex Inst.* (*cf. Theoph.*

---

§ 8. = *D.* 1, 8, 1 *pr. I.* 2, 1, 10. *cf. Gai epit.* 2, 1, 1. *D.* 1, 8, 11 (*Pomp.* 818). 1, 8, 9, 3; 4 (*Ulp.* 1486). 43, 6, 3 (*Paul. Sent.* 5, 6, 1ª). 1, 8, 8, 2 (*Marcian.* 256). 43, 6, 2 (*Herm.* 89). *Isid. orig.* 15, 4, 2 *in fin.*

§ 9. = *D.* 1, 8, 1 *pr. cf. Gai epit.* 2, 1, 1. *I.* 2, 1, 7. *infra* 3, 97. *D.* 1, 8, 6, 2 (*Marcian.* 74). 41, 3, 9 (*Gai.* 110). 6, 1, 23, 1 (*Paul.* 328). *C.* 3, 44, 4 (*a.* 223). res hereditariae] *cf. infra* 2, 52 *sq.* 3, 201.

§§ 10. 11. *cf. D.* 43, 1, 1 *pr.* (*Ulp.* 1459). 50, 16, 15 (*Ulp.* 343). 43, 1, 2, 1 (*Paul.* 745). 1, 8, 6, 1 (*Marcian.* 71) = *I.* 2, 1, 6.

§§ 12—14. = *I.* 2, 2. *D.* 1, 8, 1, 1. *cf. Gai epit.* 2, 1, 2;

iure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem pertinet, *quod in hereditate res corporales con*tinentur[1], et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales *sunt*, et *id*, quod ex aliqua obligatione nobis debe*tur*, | plerumque corpo*rale est, ueluti* fundus, homo, pecunia: nam ipsum ius successionis et ipsum ius *uten*di fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum. | —— *vv. 2½* ——|[2] non extollendi, ne luminibus uicini officiatur: item fluminum et stillicidiorum idem[3] ius ut | —— *5 vv.* —— | —

57 t. s.

14ª. Res *praeterea aut mancipi sunt aut* nec mancipi.[4] | —— *vv. 5* ——| *seruitutes* praediorum urbanorum nec mancipi *sunt*. item stipendiaria praedia et

---

2, 2, 1); *exhibent Dig. quoque et Gai epit. cf. infra* 3, 131; 141. *aliter infra* 3, 182. 1) nam, *quod addunt Inst. et Dig., melius abest.* 2) *ad sensum praeeunte Kruegero suppleri potest:* Praediorum urbanorum iura sunt uelut ius altius tollendo aedes suas officiendi luminibus uicini aedium aut. 3) *Krueger partim Epitomam secutus optime ita supplerit:* ius id est (*pro* idem ius) ut uiciuus flumen uel stillicidium in aream uel in aedes suas recipiat; item cloacae immittendae et luminum immittendorum. praediorum rusticorum iura sunt uelut uia, iter, actus, item pecoris ad aquam adpulsus, item ius aquae ducendae. haec iura tam rusticorum quam urbanorum praediorum seruitutes uocantur (*cf. Dig.* 1, 8, 1, 1 *in fine et Inst.* 2, 2, 3). 4) *abhinc Krueger supplet:* mancipi sunt uelut fundus in Italico solo, item aedes in Italico solo, item serui et ea animalia, quae collo dorsoue domari solent, uelut boues, equi, muli, asini, item seruitutes praediorum rusticorum. nam.

---

3. *D.* 8, 2, 2 (*Gai.* 175). *Cic. top.* 5, 27 *et Boeth. ad h. l.* (*p.* 319 *Bait.*). *Quint inst.* 5, 10, 116.

§ 14. obligationes quoquo modo contractae] *cf. infra* 2, 38. iura praed. urb. *cf. Cic. de orat.* 1, 39, 179. iura praed. rust.] *cf. infra* 2, 17.

§ 14ª. *cf. Ulp.* 19, 1. *supra* 1, 120. *Fr. Vat.* 259 (*Pap.* 693). *C.* 7, 31, 1, 5 (*a.* 531). *Boeth l.* 3 *ad Cic. top.* 5, 28 (*p.* 321 *Bait.*).

tributaria nec mancipi sunt. 15. Sed quod diximus *ea animalia, quae domari solent*[1], mancipi esse, n ——— | ——— *v.* $1\frac{3}{4}$ ——— |[2] statim ut nata sunt, mancipi esse putant[3]; Nerua uero et Proculus et ceteri diuersae scholae auctores non aliter ea mancipi esse putant quam si domita sunt; et si propter nimiam feritatem domari non possunt, tunc uideri mancipi esse incipere, cum ad eam aetatem peruenerint, in qua[4] domari solent. 16. *At* ferae bestiae nec mancipi sunt, uelut ursi, leones, item ea animalia, quae ferarum[5] bestiarum numero sunt, uelut elefanti et cameli, et ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam collo dorsoue domari *solent*; nam ne *notitia* quidem eorum animalium illo tempore fuit, quo constituebatur quasdam res mancipi esse, quasdam *nec*[6] mancipi. 17. Sed item fere omnia, quae incorporalia sunt, nec mancipi sunt, exceptis seruitutibus praediorum rusticorum; nam eas mancipi esse constat, quamuis sint ex numero rerum incorporalium. 58 t. s.

18. Magna autem differentia est inter mancipi res et nec mancipi. 19. Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno iure alterius fiunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem. 20. Itaque si tibi

---

1) ea—solent *suppl. Krueger.* 2) nostri quidem praeceptores haec animalia *Hu. fere suppl., conatus etiam cetera, quae in lacuna fuerint, divinare. sed haec nimis incerta.* 3) putantur V. 4) in qua] quia V. *cf. supra* 1, 197. 5) ferarum *Goeschen.* fere V. *cf. Kalb, Arch. Lexicogr.* I, 83. 6) non V. — *ceteras res mobiles* (§§ 20. 81) *praeter animalia Gaius omittit etiam* § 32.

---

§ 15. *cf. Isid. orig.* 9, 4, 45 (*Bruns* II^7, 83).

§ 16. *cf. Varro r. r.* 2, 6, 3. 2, 9, 7 (*Ed. Aedil. D.* 21, 1, 40).

§ 17. *cf. supra* 1, 120. *infra* 2, 27; 29. *Ulp.* 19, 1. *Fr. Vat.* 45 (*Paul.* 1011).

§ 19. *cf. infra* 2, 28. *D.* 41, 1, 43, 1 (*Gai.* 159). *I.* 2, 1, 40 *cum Theoph.* (*p.* 115 *Ferr.*). *Ulp.* 19, 7. *Boeth. l.* c. *p.* 322.

§ 20. *cf. D.* 41, 1, 31 *pr.* (*Paul.* 482).

uestem uel aurum uel argentum tradidero siue ex uenditionis causa siue ex donationis siue quauis alia ex causa, statim tua fit ea res, si modo ego eius dominus
59 t. s. sim. 21. In[1] eadem | causa sunt prouincialia praedia, quorum alia stipendiaria, alia tributaria uocamus: stipendiaria sunt ea, quae in his prouinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur; tributaria sunt ea, quae in his prouinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur. 22. Mancipi uero res sunt, quae per mancipationem ad alium transferuntur; unde etiam mancipi res sunt dictae. quod autem ualet mancipatio, *idem ualet et in iure cessio.* 23. *Et mancipatio*[2] quidem quemadmodum fiat, superiore commentario tradidimus. 24. In iure cessio autem hoc modo fit: apud magistratum populi Romani uel*ut* praetorem urbanum aut peregrinum[3] is, cui res in iure ceditur, rem tenens ita dicit: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO; deinde postquam hic uindicaue*rit*, *praetor inter*rogat eum, qui cedit, an contra uindicet; quo negante aut tacente tunc ei, qui uindi-

1) *ante* in *duae litterae* ic *vel* io *vel una* m *fuerunt in* V, *quibus* iure ciuili *significari putaverunt Hu., Polen., Muirh. sed cf. Studemundi supplementum. fortasse ante* in *fuit* fere *vel simile quid. neque enim provincialia praedia* pleno iure (2, 19), *sicut ceterae res nec mancipi, traditione alterius fieri possunt, quoniam eorum proprietas est populi Romani aut Caesaris. cf.* 2, 7. 2) idem—mancipatio *suppl. Goeschen, Savigny.* 3) uelut—peregrinum] *sic solvimus compendia codicis* ū p̄r. ū a p̄r.; *voces quae sequuntur* praesides prouinciae *ut glossema del.*

§ 21. *cf. supra* 1, 6. 2, 7. *Fr. Vat.* 61. 259. 283. 285. 289. 293. 315. 316. *I.* 2, 1, 40 *cum Theoph.* (*p.* 115 *Ferr.*).

§ 22. *cf. supra* 1, 119; 120. *infra* 2, 204. *Ulp.* 19, 3. *Fr. Vat.* 311 (*Paul.* 41). *Diocl. et Const. Fr. Vat.* 313 (*a.* 296). *Boeth. l.* 3 *ad Cic. top.* 5, 28 (*p.* 322 *Bait.*). *Varr. r. r.* 2, 10, 4 (*Bruns* II[7], 63).

§ 23. *cf. supra* 1, 119.

§ 24. = *Boeth. l.* 3 *ad Cic. top.* 5, 28 (*p.* 322 *Bait.*). *cf. Ulp.* 19, 9; 10. *supra* 1, 134. *infra.* 2, 65.

cauerit, eam rem addicit; idque legis actio uocatur. hoc fieri potest etiam in prouinciis apud praesides earum. 25. Plerumque tamen et fere semper mancipationibus utimur: quod enim ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc non interest *nec* necesse[1] cum maiore difficultate apud praetorem aut apud praesidem prouinciae agere. 26. Quod si neque mancipata neque in iure cessa sit res mancipi[2] | —— 60 t. s

—————————— | —————— *vv. 8* —————— |[3] 61 t. s

27. — *admo*nendi sumus, — esse, prouincialis soli nexum non *esse;* — significationem solum non aliter[4] — mancipi — prouinciale nec mancipi est. aliter enim ueteri lingua a — mancipia —.

28. *Res* incorporales traditionem non recipere manifestum est. 29. Sed iura praediorum urbanorum in iure cedi *tantum* possunt; rusticorum uero etiam man-

1) nec *duplicavit Hu.* 2) *'puta secutum esse:* sed tantum tradita. *ceterum* V *ex hac pag. pauca tantum continet verba initio quorundam versuum, velut v.* 7 m plena possessio concessa, *v.* 8 ex formula quamquam (*pro hoc sed dubie* qua hi qui *Suppl.*), *v.* 11 fructus na, *v.* 12 Item adhuc i, *v.* 17 non fuissent. *suspicari licet Gaium in hac pag. primum dixisse rem mancipi traditam tantum non effici accipientis ex iure Quir., donec usucapiatur* (*in bonis fieri postea demum dicit* § 41); *deinde exposuisse de iure commercii, et plenius quidem quam Ulp.* 19, 4; 5'. *Hu.* 3) *reliquias vide in apographo.*
4) non aliter — V? Italicum *Krueger. Goeschen sententiam ita supplevit:* recipit enim nexus significationem solum non aliter quam si mancipi est.

§ 26. *cf. infra* 2, 41; 204.

§ 27. *cf. supra* 1, 120. 2, 7; 21. *C.* 7, 31, 1 (*a.* 531). *Gromat. ed. Lachm. p.* 36 (*Bruns* II[7], 86). 62. *Cic. pro Flacc.* 32, 80 ('Illud quaero, sintne ista praedia censui censendo, habeant ius ciuile, sint necne sint mancipi'). *Sozom. hist. eccl.* 7, 9.

§ 28. *cf. supra* 2, 19. *D.* 41, 1, 43, 1 (*Gai.* 159).

§ 29. *cf. supra* 2, 17. *D.* 8, 2, 39 (*Paul.* 998). *Fr. Vat* 45 (*Paul.* 1011).

cipari possunt. 30. Ususfructus in iure cessionem tantum recipit: nam dominus proprietatis alii usumfructum in iure cedere potest, ut ille usumfructum habeat et ipse nudam proprietatem *retineat*. ipse usufructuarius in iure cedendo domino proprietatis usumfructum efficit, ut a se discedat et conuertatur in proprietatem; alii uero in iure cedendo nihilo minus ius suum retinet: creditur enim ea cessione nihil agi. 31. Sed haec scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia
62 et ipsa praedia mancipationem | et in iure cessionem recipiunt. alioquin in prouincialibus praediis siue quis usumfructum siue ius eundi agendi aquamue ducendi uel altius tollendi aedes aut non tollendi, ne luminibus uicini officiatur, ceteraque similia iura constituere uelit, pactionibus et stipulationibus id efficere potest; quia ne ipsa quidem praedia mancipationem aut *in* iure cessionem recipiunt. 32. *Sed*[1] cum usufructus et hominum et ceterorum animalium constitui possit, intellegere debemus horum[2] usumfructum etiam in prouinciis per in iure cessionem constitui posse. 33. Quod autem diximus usumfructum in iure cessionem tantum recipere, non est temere dictum, quamuis[3] etiam per mancipationem constitui possit eo, quod in mancipanda proprietate detrahi potest; non enim ipse usufructus mancipatur, sed cum in mancipanda proprietate deducatur, eo fit, ut apud[4] alium usufructus, apud alium proprietas sit.

---

1) recipiunt. Sed] recipiunt' et V. recipiunt. Et *Boecking*. 2) honorum V. 3) quamuis *Goeschen*. quod iis V. 4) aputut V.

---

§ 30. *cf. Paul.* 3, 6, 32. *Fr. Vat.* 45. 47. 48. 49. 50. 54. 75, 4. *Ulp.* 19, 11. *infra* 2, 33. *I.* 2, 4, 3. *D.* 23, 3, 66 (*Pomp.* 254).

§ 31. *cf. Gai epit.* 2, 1, 3. *I.* 2, 4, 1. 2, 3, 4. *D.* 7, 1, 3 *pr.* (*Gai.* 494). 7, 1, 25, 7 (*Ulp.* 2587).

§ 32. *cf. D.* 7, 1, 3, 1 (*Gai.* 494).

§ 33. *cf. supra* 2, 30. *Fr. Vat.* 47 (*Paul.* 985). 50 (*Paul.* 989). *D.* 7, 1, 32 (*Pomp.* 775)

34. Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit. 35. Nam si is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, in iure eam alii ante aditionem cedat, id est antequam heres extiterit, proinde fit heres is, cui in iure cesserit, ac si ipse per legem ad hereditatem uocatus esset: post obligationem uero si cesserit, nihilo minus ipse | heres permanet et ob id 63
creditoribus[1] tenebitur, debita uero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt; corpora uero eius hereditatis proinde transeunt ad eum, cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa fuissent. 36. Testamento autem scriptus heres ante aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii nihil agit[2]; postea uero quam adierit si cedat, ea accidunt, quae proxime diximus de eo, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, si post obligationem *in* iure cedat. 37. Idem et de necessariis heredibus diuersae scholae auctores existimant, quod nihil uidetur interesse, utrum *aliquis* adeundo hereditatem[3] fiat heres an inuitus existat.[4] quod quale sit, suo loco apparebit: sed nostri praeceptores putant nihil agere necessarium heredem, cum in iure cedat hereditatem.

38. Obligationes quoquo modo contractae nihil eorum recipiunt: nam quod mihi ab aliquo debetur, id si uelim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus res corporales ad alium transferuntur, id efficere possum[5];

1) acreditoribus V. 2) agi V. 3) hereditatemstatem V. 4) existant V. 5) possumus V.

§ 34. *cf. Ulp.* 19, 11. *Serv. ad Verg. Aen.* 3, 297.

§ 35. *cf. infra* 3, 85. *Ulp.* 19, 12—14. *D.* 44, 4, 4, 28 (*Ulp.* 1681). *C.* 7, 75, 1 (*a.* 213). *Senec. de benef.* 6, 5, 3. cesserit] '*sive ipse heres, sive is, cuius is iuri postea subiectus est, velut si sua heres filia in manum eius convenerit* (3, 84)'. *Hu. Varr. r. r.* 3, 16, 2.

§ 36. *cf. infra* 3, 86. *Ulp.* 19, 13; 14. *Plin. ep.* 5, 1, 3.

§ 37. *cf. infra* 3, 87. suo loco] *infra* 2, 152*sq.*

§ 38. *cf. supra* 2, 14; 19; 22. *infra* 3, 176.

sed opus est, ut iubente me tu ab eo stipuleris; quae res efficit, ut a me liberetur et incipiat tibi teneri. quae dicitur nouatio obligationis. 39. Sine hac uero nouatione non poteris[1] tuo nomine agere, sed debes
64 ex persona mea quasi cognitor | aut procurator meus experiri.

40. Sequitur, ut admoneamus apud peregrinos quidem unum esse dominium; nam aut dominus quisque est aut dominus non intellegitur. quo iure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus erat aut non intellegebatur dominus. sed postea diuisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. 41. Nam si tibi rem mancipi neque mancipauero neque in iure cessero, sed tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res efficitur, ex iure Quiritium uero mea permanebit, donec tu eam possidendo usucapias: semel enim impleta usucapione proinde pleno iure incipit, id est et in bonis et ex iure Quiritium tua res esse, ac si ea mancipata uel in iure cessa *esset*. 42. *Vsucapio autem*[2] mobilium quidem rerum anno completur, fundi uero et aedium biennio; et ita lege XII tabularum cautum est.

43. Ceterum[3] etiam earum rerum usucapio nobis conpetit, quae non a domino nobis traditae fuerint,

1) poterit V. 2) esset—autem *suppl. Lachmann.* 3) ceterarum V.

§ 39. *cf. infra* 4, 82; 86.

§ 40. *cf. supra* 1, 54; 35; 167. *infra* 2, 88. 3, 166. *Theoph.* 1, 5, 4 (*p.* 25 *Ferr.*).

§ 41. *cf. supra* 2, 26. *infra* 2, 204. 3, 80. *Ulp.* 1, 16. *D.* 40, 12, 38, 2 (*Paul.* 1573).

§ 42. *cf. Ulp.* 19, 8. *I.* 2, 6 *pr. cum Theoph.* (*p.* 129 *Ferr.*). *infra* 2, 54; 204. *C.* 7, 31, 1 (*a.* 531). *Cic. pro Caec.* 19, 54. *topic.* 4, 23. *Plin. ep.* 5, 1, 10. *Boeth. l.* 2 *ad Cic. top.* 4, 23, *unde Isid. orig.* 5, 25, 30 (*Bruns* II[7], 74).

§§ 43. 44. *cf. infra* 2, 49. *Ulp.* 19, 8. *I.* 2, 6 *pr. D.* 41, 10, 5 (*Ner.* 36). 41, 3, 1 (*Gai.* 333).

siue mancipi sint eae res siue nec mancipi, si modo eas[1] bona fide acceperimus, cum crederemus eum, qui traderet, dominum esse. 44. Quod ideo receptum uidetur, ne rerum dominia diutius in incerto essent, cum sufficeret domino ad inquirendam rem suam anni aut | biennii spatium, quod tempus ad usucapionem possessori tributum est. 65

45. Sed aliquando etiamsi maxime quis bona fide alienam rem possideat, non tamen illi usucapio procedit, uelut si quis[2] rem furtiuam aut ui possessam possideat[3]; nam furtiuam lex XII tabularum usucapi prohibet, ui possessam lex Iulia et Plautia. 46. Item prouincialia praedia usucapionem[4] *non* recipiunt. 47. *Item olim*[5] mulieris, quae in agnatorum tutela erat[6], res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore *auctore* traditae essent: id ita lege[7] XII tabularum *cautum erat.*[8] 48. Item liberos homines et res sacras et religiosas usucapi non posse manifestum est. 49. Quod ergo uulgo dicitur furtiuarum rerum et ui possessarum usucapionem per legem XII tabularum[9] prohibitam esse, non eo pertinet, ut ne *ipse fur quiue* per uim *possi*det, usucapere *possit* (nam huic alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide

1) ea V. 2) qui V. 3) possideatur V. 4) usucapio V. 5) item olim *Goeschen.* res V. 6) erant V. 7) legem V. 8) m (*vel* ca?) f V. 9) legem XII tabularum] lege XII tab. V. legem *Inst. Iust.*

§ 45. *cf. infra* 2, 49. *I.* 2, 6, 1; 2. *D.* 47, 8, 6 (*Ven.* 75). 41, 3, 33 *pr.* (*Iul.* 614). 41, 3, 4, 6 (*Paul.* 673). *Gell.* 17, 7. lex Iulia et Plautia] *cf. D.* 41, 3, 33, 2 (*Iul.* 614). 41, 3, 4, 22; 23 (*Paul.* 674).

§ 46. *cf. supra* 2, 7; 21. *I.* 2, 6 *pr. C.* 7, 31, 1, 2 (*a.* 531).

§ 47. *cf. supra* 1, 192. *infra* 2, 80. *Fr. Vat.* 259 (*Pap.* 693). *Fr. Vat.* 1 (*Paul.* 1782). *Cic. ad Att.* 1, 5, 6. *pro Flacco* 34, 84.

§ 48. *cf. I.* 2, 6, 1. *D.* 41, 3, 9 (*Gai.* 110). *C.* 7, 14, 6 (*a.* 293). 7, 22, 3 (*a.* 314). *Cic. de harusp. resp.* 14, 32. *Gromat. ed. Lachm. p.* 56.

§ 49. = *I.* 2, 6, 3. *cf. D.* 41, 3, 24 (*Pomp.* 289).

possidet), sed nec ullus alius, quamquam ab eo bona fide emerit, usucapiendi ius habeat. 50. Vnde in rebus mobilibus non facile *procedit, ut bonae fidei possessori usucapio* competat, quia qui alienam rem uendidit et tradidit, furtum committit; idemque accidit etiam, si ex alia causa tradatur. sed tamen hoc aliquando aliter se habet; nam si heres rem defuncto commodatam aut locatam uel apud eum depositam[1] existimans eam esse
66 here|ditariam, uendiderit aut donauerit, furtum non committit; item si is, ad quem ancillae ususfructus pertinet, partum etiam[2] suum esse credens uendiderit aut donauerit, furtum non committit; furtum enim sine affectu furandi non committitur. aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine uitio furti rem alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a possessore usucapiatur. 51. Fundi quoque alieni potest aliquis sine ui[3] possessionem nancisci, quae uel ex neglegentia domini uacet, uel quia dominus sine successore decesserit uel longo tempore afuerit: quam[4] si ad alium bona fide accipientem transtulerit, poterit usucapere possessor; et quamuis ipse, qui uacantem possessionem nactus est, intellegat alienum esse fundum, *tamen* nihil *hoc bonae fidei* possessori ad usucapionem nocet, *cum* inprobata sit eorum sententia, qui putauerint furtiuum fundum fieri posse.

---

1) eum depositam *Inst.* eundem positam V. 2) et V. eius *coni. Hu. cf. Dig.* 3) sine ui] ine ui *corr. ex* in eum V. 4) quam *Goeschen.* nam V.

---

§ 50. = *I.* 2, 6, 3 *med.* — 6. *cf. D.* 41, 3, 36 (*Gai.* 492). furtum non committit — committitur] = *D.* 41, 3, 37 *pr.* quia qui alienam] *cf. C.* 7, 26, 1 (*a.* 213). 7, 26, 7 (*a.* 294). ancillae ususfructus] *cf. Paul.* 3, 6, 19. furtum enim] *cf. infra* 3, 197. aliis modis] *cf. D.* 17, 1, 57 (*Pap.* 639). 41, 8, 4 (*Paul.* 668).

§ 51. Fundi — afuerit] = *D.* 41, 3, 37, 1. *cf. I.* 2, 6, 7. *D.* 41, 3, 38 (*Gai.* 493). furtiuum fundum fieri posse] *cf. Sabin. ap. Gell.* 11, 18, 13 (*Iurispr.* I, 74). *D.* 41, 3, 38 (*Gai.* 493). 47, 2, 25 *pr.* (*Ulp.* 2862).

52. Rursus ex contrario accidit, ut qui sciat alienam rem se possidere, usucapiat, uelut si rem hereditariam, cuius possessionem heres nondum nactus est, aliquis possederit[1]; nam ei concessum *est usu*capere, si modo ea res est, quae recipit usucapionem. quae species possessionis et usucapionis pro herede uocatur. 53. Et in tantum haec usucapio concessa est, | ut et 67
res, quae solo continentur, anno usucapiantur. 54. Quare autem hoc casu etiam[2] soli rerum annua constituta sit usucapio, illa ratio est, quod olim rerum hereditariarum possessione[3] ipsae hereditates usucapi credebantur, scilicet anno: lex enim XII tabularum soli quidem res biennio usucapi iussit, ceteras uero anno: ergo hereditas in ceteris rebus uidebatur esse, quia soli non est [quia neque corporalis est][4]; *et* quamuis postea creditum sit ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in omnibus rebus hereditariis, etiam quae solo tenentur[5], annua usucapio remansit. 55. Quare autem omnino tam inproba possessio et usucapio concessa sit, illa ratio est, quod uoluerunt ueteres maturius hereditates adiri, ut essent, qui sacra facerent, quorum illis temporibus summa obseruatio fuit, ut et creditores haberent, a quo suum consequerentur. 56. Haec autem species possessionis et usucapionis etiam lucratiua uocatur: nam sciens quisque rem alienam lucri-

1) posiderit V. 2) hoc casu etiam] etiam hoc casu V. 3) possessionesut V. 4) *uncis inclusa del. Polenaar tamquam glossema. cf. etiam Kalb, Archiv. Lexicogr. Latin.* I, 88. 5) teneantur V.

§ 52. *cf. infra* 3, 201. *supra* 2, 9. *D.* 41, 3, 29 (*Pomp.* 696). *Plin. ep.* 5, 1, 10. si modo ea res est] *cf. supra* 2, 45 *sq.*

§§ 53. 54. *cf. Cic. pro Flacco* 34, 85. *ad Att.* 1, 5, 6. *top.* 6, 29. *Senec. de benef.* 6, 5, 3. *supra ad* 2, 42 *cit.*

§ 55. *cf. Cic. de leg.* 2, 19, 47 *sq pro Mur.* 12, 27. *Fest. v. sacer p.* 318 (*Bruns* II[7], 33). *v. sine sacris p.* 290 (*Bruns* II[7], 39). *Paul* 4, 3, 3. *Plaut. Capt.* 4, 1, 7 = 775. *Trin.* 2, 4, 83 = 484.

§ 56. *cf. D.* 47, 2, 72 (71), 1 (*Iav.* 61). 41, 5, 2, 1 (*Iul.* 620). 41, 3, 33, 1 (*Iul.* 614).

facit. 57. Sed hoc tempore iam[1] non est lucratiua: nam ex auctoritate *diui*[2] Hadriani senatus consultum factum est, ut tales usucapiones reuocarentur; et ideo potest heres ab eo, qui rem usucepit, hereditatem petendo proinde[3] eam rem consequi, atque si usucapta
68 non esset.[4] | 58. Necessario tamen herede extante nihil ipso iure pro herede usucapi potest. 59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem alienam usucapit: nam qui rem alicui fiduciae causa mancipio dederit uel in iure cesserit, si eandem ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet, *etiam*[5] soli si sit. quae species usucapionis dicitur usureceptio, quia id, quod aliquando habuimus, recipimus per usucapionem. 60. Sed cum fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris iure aut cum amico, quo[6] tutius nostrae res apud eum essent, si quidem cum amico contracta sit fiducia, sane omni modo conpetit usus receptio; si uero cum creditore, soluta quidem pecunia omni modo conpetit, nondum uero soluta ita demum competit, si neque conduxerit eam rem a creditore debitor neque precario rogauerit, ut eam rem possidere liceret; quo casu lucratiua usus capio conpetit. 61. Item si rem obligatam

1) etiam V. 2) *add. Hu.* 3) p̄.|inde V. 4) esset et V. 5) etiam *add. Lachmann.* 6) quod V.

§ 57. *cf. D.* 4, 6, 17 *pr.* (*Ulp.* 432)? 43, 2, 1 *pr.* (*Ed. Ulp.* 1460).

§ 58. *cf. infra* 3, 201. *C.* 7, 29, 2 (*a.* 293).

§ 59. *cf. Paul.* 2, 13. 3, 6, 16. 5, 1, 1. *Plaut. Bacchid.* 3, 3, 9 = 413. *Trinumm.* 1, 2, 79 = 116 *sq. Cic. de off.* 3, 17, 70. *pro Flacco* 21, 51. *Boeth. libr.* 4 *ad Cic. top.* 10, 41 (*p.* 340 *Bait.; Bruns* II⁷, 74). *Isid. orig.* 5, 25, 23 (*Bruns* II⁷, 82). *C. I. L.* II, 5042. 5406 (*Bruns* I⁷, 334). *C. I. L.* IV *Suppl.* 154 (*Bruns* I⁷, 332).

§ 60. neque precario rogauerit] *cf. D.* 44, 7, 16 (*Iul.* 217). 13, 7, 22, 3 (*Ulp.* 903). *Isid. orig.* 5, 25, 17 (*Bruns* II⁷, 82). neque conduxerit] *cf. D.* 13, 7, 22, 3 (*Ulp.* 903). 13, 7, 37 (*Paul.* 1111).

§ 61. *cf. D.* 23, 3, 54 (*Gai* 48; *ad edictum praetoris titulo de praediatoribus*). 18, 5, 9 (*Scaev.* 11). *Varro de l. l.* 5, 40. 6, 74.

sibi populus uendiderit eamque dominus possederit[1], concessa est usus receptio: sed hoc casu praedium biennio usurecipitur: et hoc est, quod uolgo dicitur ex praediatura possessionem usurecipi: nam qui mercatur a populo, praediator appellatur.

62. Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alienandae rei potestatem non habeat, et qui dominus non sit, | *alien*are possit. 63. Nam dotale praedium 69
maritus inuita mulie*re* per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipsius *sit* uel mancipatum ei dotis causa uel in iure cessum uel usucaptum. quod quidem ius utrum ad Italica tantum praedia an etiam ad prouincialia pertineat, dubitatur. 64. Ex diuerso agnatus furiosi curator rem furiosi alienare potest ex lege XII tabularum; item procurator | ——— *versus dimidius legi nequit* ——— |[2] est; item creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non sit. sed hoc forsitan ideo

1) possiderit V. 2) *Mommsen coll. Dig. (interpol.)* 3, 3, 63 *suppl.:* si quid, ne corrumpatur, distrahendum. *Krueger coll. Inst.* 2, 1, 43 *et Dig.* 41, 1, 9, 4: rem absentis, cuius negotiorum libera administratio ei permissa.

Cic. ad Att. 12, 14, 2. 12, 17. *pro Balb.* 20, 45 (= *Val. Max.* 8, 12, 1). *Liv.* 22, 60, 4. *Suet. Claud.* 9. *Fest. s. v. manceps p.* 151 (*Bruns* II⁷, 13). *s. v. praes p.* 233 (*Bruns* II⁷, 26). *Schol. Bob. ad. Cic. pro Flacc.* 32, 4. *p.* 244 *Bait. Ps. Ascon. in Cic. Verr.* 2, 1, 54, 142 *p.* 196 *Bait.* (*Bruns* II⁷, 72). *lex Malac. c.* 64 (*Bruns* I⁶, 153).

§ 62. = *I.* 2, 8 *pr.*

§ 63. *partim* = *I.* 2, 8 *pr. cf. Paul.* 2, 21ᵇ, 2. *D.* 29, 1, 16 *Paul.* 599). *de fundo dotali D. tit.* 23, 5. *C. tit.* 5, 23. *C.* 5, 13, 15 (*a.* 530). *Schol Sinait.* § 9.

§ 64. ex lege XII tab.] *cf. Ulp.* 12, 2. *Auct. ad Herenn.* 1, 13, 23. *Cic. de inv.* 2, 50, 148. *D.* 47, 2, 57, 4 (*Iul.* 343). procurator] *cf. D.* 17, 1, 60, 4 (*Scaev.* 234). 41, 1, 9, 4 (*Gai* 491) *fere* = *I.* 2, 1, 42; 43. *C.* 2, 12, 16 (*a.* 293). item creditor pignus] *cf I.* 2, 8, 1. *Paul.* 2, 5, 1. *D.* 41, 1, 46 (*Ulp.* 1447). 10, 3, 6, 8 (*Ulp.* 610). 10, 2, 29 (*Paul.* 391). *tit.* 20, 5. *C. tit.* 8, 28. *Syr. röm. Rechtsb. ed. Bruns-Sachau* § 95 *L.* § 130 *Arm. p.* 272. olim pactus] *cf. D.* 47, 2, 74 (*Iav.* 62). 44, 3, 14, 5 (*Scaev.* 192) 13, 7, 4 (*Ulp.* 2874).

aideatur fieri, quod uoluntate debitoris intellegitur pignus alienari, qui olim pactus est, ut liceret creditori pignus uendere, si pecunia non soluatur.

65. Ergo ex his, quae diximus, adparet quaedam naturali iure alienari, qualia sunt ea, quae traditione alienantur, quaedam ciuili; nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis ius proprium est ciuium Romanorum.

66. Nec tamen ea tantum, quae traditione nostra fiunt, naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *quae*[1] occupando ideo *adepti erimus*[2], quia antea nullius essent, qualia sunt omnia, quae terra mari[3] caelo capiuntur. 67. Itaque si *feram bestiam* aut uolucrem aut piscem *ceperimus, simul atque* captum *fuerit hoc animal, statim nostrum fit*[4], *et eo us*que nostrum esse
70 intellegitur, | donec nostra custodia coerceatur; cum uero custodiam nostram euaserit et in naturalem se libertatem receperit[5], rursus occupantis fit, quia nostrum esse desinit: naturalem autem libertatem recipere uidetur, cum aut oculos nostros euaserit, aut licet *in* conspectu sit nostro, difficilis tamen eius[6] persecutio sit. 68. In iis autem animalibus, quae ex consuetudine

1) quae *Goeschen.* ū V (?). 2) *7—8 litterae in* V *satis discerni non possunt; nos ad sensum supplevimus.* 3) marique V. 4) ceperimus—fit *suppl. Hu. cf. Instit. l. c.* 5) perceperit V. 6) eius *Dig. Inst.* in | rei V.

§ 65. *cf. I.* 2, 1, 11. *D.* 41, 1, 1 *pr.* (*Gai.* 491). *Fr. Vat.* 50 (*Paul.* 989). traditione] *cf. supra* 2, 19; 20. *D.* 41, 1, 9, 3 (*Gai.* 491). mancipationis] *cf. supra* 1, 113; 119. 2, 22; 23. in iure cessionis] *cf. supra* 2, 24 *sq.* usucapionis] *cf. supra* 2, 41 *sq.*

§§ 66—68. *cf. D.* 41, 1, 1, 1; 3 *pr.* 2; 5 *pr.* 5 (*Gai.* 491) *I.* 2, 1, 12; 15.

§ 66. *cf. D.* 41, 2, 1, 1 (*Paul.* 656). 41, 2, 3, 21 (*Paul.* 659). occupando] *cf. D.* 41, 1, 30, 4 (*Pomp.* 796). 41, 7, 1 (*Ulp.* 432).

§ 67. *cf. D.* 41, 1, 14 *pr.* (*Ner.* 35). 41, 1, 44 (*Ulp.* 630). *Plaut. Rud.* 4, 3, 31 = 971 *sq.*

§ 68. *cf. Coll.* 12, 7, 10 = *D.* 9, 2, 27, 12 (*Ulp.* 623). *D.* 10, 2, 8, 1 (*Ulp.* 632).

abire et redire solent, ueluti columbis et apibus, item ceruis, qui in siluas ire et redire solent, talem habemus regulam traditam, ut si reuertendi animum habere desierint, etiam nostra esse desinant et fiant occupantium: reuertendi autem animum uidentur desinere habere, cum reuertendi consuetudinem deseruerint. 69. Ea quoque, quae ex hostibus capiuntur, naturali ratione nostra fiunt.

70. Sed et id, quod per alluuionem nobis adicitur, eodem iure nostrum fit: per alluuionem autem id[1] uidetur adici, quod ita paulatim flumen agro nostro adicit, ut aestimare non possimus, quantum quoquo momento temporis adiciatur: hoc est, quod uolgo dicitur per adluuionem id adici uideri, quod ita paulatim adicitur, ut oculos nostros fallat. 71. Itaque si flumen partem aliquam ex tuo praedio resciderit et ad meum praedium pertulerit, haec pars tua ma|net. 71
72. At si in medio flumine insula nata sit, haec eorum omnium communis[2] est, qui ab utraque parte fluminis prope ripam praedia possident[3]; si uero non sit in medio flumine, ad eos pertinet, qui ab ea parte, quae proxuma est, iuxta ripam praedia habent. 73. Praeterea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum

1) ita V. 2) commune V. 3) possidentur V.

§ 69. *cf. I.* 2, 1, 17. *D.* 41, 1, 5, 7 (*Gai.* 491). *infra* 4, 16 *in fine*. *D.* 41, 1, 51, 1 (*Cels.* 15).

§ 70. *cf. I.* 2, 1, 20. *D.* 41, 1, 7, 1 (*Gai.* 491). 41, 1, 38 (*Alf.* 65). 41, 1, 56 *pr.* (*Proc.* 29). *Cod.* 7, 41, 1 (*de alluvionibus*). *Nov. Theodos. II. tit.* 20. *Gromat. ed. Lachm. p.* 16. 49. 82. 124 (*Iurispr.* I, 79). *Isid. orig.* 14, 8, 42. 15, 13, 10.

§ 71. *cf. I.* 2, 1, 21 *D.* 41, 1, 7, 2 (*Gai.* 491).

§ 72. *cf. I.* 2, 1, 22. *D.* 41, 1, 7, 3 (*Gai.* 491). 41, 1, 30 *pr.*; 2 (*Pomp.* 796). 43, 12, 1, 6 (*Ulp.* 1510). 41, 1, 29 (*Paul.* 1892).

§ 73. *cf. Gai epit.* 2, 1, 4. *I.* 2, 1, 30. *D.* 41, 1, 28 (*Pomp.* 781). 41, 1, 7, 12 (*Gai.* 491). 43, 18, 2 (*Gai.* 356). 43, 17, 3, 7 (*Ulp.* 1540). 9, 2, 50 (*Ulp.* 2355). 46, 3, 98, 7 (*Paul.* 1398). *Cod. Greg.* 3, 6(2), 2 (*a.* 244?). *Cod. Iust.* 3, 32, 2 (*a.* 213); 16 (*a.* 293) 8, 10, 5 (*a.* 290).

est, quamuis[1] ille suo nomine aedificauerit, iure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit.[2] 74. Multoque magis id accidit et in planta, quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit. 75. Idem contingit et in frumento[3], quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. 76. Sed si ab eo petamus fundum[4] uel aedificium et inpensas in aedificium uel in seminaria uel in sementem factas ei soluere nolimus, poterit nos per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fuerit. 77. Eadem ratione probatum est, quod in cartulis siue membranis meis aliquis scripserit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae cartulis siue membranis cedunt[5]: itaque si ego eos libros easue[6] membranas petam nec inpensam scripturae soluam, per exceptionem doli mali summoueri potero. 78. Sed si in tabula mea aliquis pinxerit ueluti imaginem, contra probatur: |
72 magis enim dicitur tabulam picturae cedere. cuius diuersitatis uix idonea ratio redditur: certe secundum hanc regulam si me possidente petas imaginem tuam esse nec soluas pretium tabulae, poteris per exceptionem doli mali summoueri; at si tu possideas, consequens est, ut utilis mihi actio aduersum te dari de-

1) qui V. 2) ceditur V. 3) ꝑmto V. 4) fundum *Hu.* fructum V. 5) ceduntur V. 6) easue *Lachm.* easque V.

§ 74. *cf. Gai epit.* 2, 1, 4. *I.* 2, 1, 31. *D.* 41, 1, 7, 13 (*Gai.* 491). 6, 1, 5, 3 (*Ulp.* 549). 41, 1, 26, 1 (*Paul.* 1868). *Cod. Greg.* 3, 6 (2), 1 (*a.* 242). *Cod. Iust.* 3, 32, 11 (*a.* 293).

§ 75. *cf. Gai. epit.* 2, 1, 4. *I.* 2, 1, 32. *D.* 41, 1, 9 *pr.* (*Gai.* 491).

§ 76. *cf. Gai epit.* 2, 1, 6. *I.* 2, 1, 3; 32. *D.* 41, 1, 7, 12; 9 *pr.* (*Gai.* 491). 6, 1, 37 (*Ulp.* 576). 44, 4, 14 (*Paul.* 1466). *C.* 8, 10, 5 (*a.* 290).

§ 77. *cf. Gai epit.* 2, 1, 4; 6. *I.* 2, 1, 33. *D.* 41, 1, 9, 1 (*Gai.* 491). 10, 4, 3, 14 (*Ulp.* 719). 6, 1, 23, 3 (*Paul.* 328).

§ 78. *cf. I.* 2, 1, 34. *D.* 41, 1, 9, 2 (*Gai.* 491). 6, 1, 23, 3 (*Paul.* 328). utilis actio] *cf. D.* 6, 1, 5, 3 (*Ulp.* 549). furti actio] *cf.* 3, 203.

beat[1]; quo casu nisi soluam impensam picturae, poteris me per exceptionem doli mali repellere, utique si bonae fidei possessor fueris. illud palam est, quod siue tu subripueris[2] tabulam siue alius, conpetit mihi furti actio.

79. In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiritur: proinde si ex uuis *aut oliuis aut spicis* meis uinum aut oleum aut frumentum feceris, quaeritur, utrum meum sit id uinum aut oleum aut frumentum an tuum. item si ex auro aut argento[3] meo uas aliquod feceris uel ex tabulis meis nauem aut armarium aut subsellium fabricaueris, item si ex lana mea uestimentum feceris uel si ex uino et melle meo mulsum feceris siue ex medicamentis meis emplastrum aut collyrium feceris, *quaeritur, utrum tuum sit id, quod ex meo effeceris*[4], an meum. quidam materiam et substantiam spectandam esse putant, id est, ut cuius materia sit, illius et res, quae facta sit, uideatur esse, idque maxime placuit Sabino et Cassio; alii uero *eius rem* esse putant, qui fecerit, idque maxime diuersae scholae auctoribus uisum est: | sed eum quoque, cuius 73
materia et substantia fuerit[5], furti aduersus eum, qui subripuerit, habere actionem; nec minus aduersus eundem condictionem ei competere, quia[6] extinctae[7] res,

1) debet V. 2) subripueris *Polenaar.* subripuisse V. 3) argumento V. 4) quaeritur—effeceris *suppl. Lachmann.* 5) fuit V. 6) qui V. 7) extincta V.

§ 79. *cf. Gai epit.* 2, 1, 5. *I.* 2, 1, 25. *D.* 41, 1, 7, 7 (*Gai.* 491). 50, 16, 13, 1 (*Ulp.* 300). ex uuis] *cf. D.* 10, 4, 12, 3 (*Paul.* 414). ex auro arg.] *cf. D.* 41, 1, 24 (*Paul.* 1868). ex tabulis meis] *cf. D.* 41, 1, 26 (*Paul.* 1868). 13, 7, 18, 3 (*Paul.* 449). ex lana mea] *cf. D.* 24, 1, 29, 1; 31 *pr.*; 1; 2 (*Pomp.* 599). 30, 44, 2 (*Ulp.* 2628). 10, 4, 12, 3 (*Paul.* 414). 41, 1, 26 (*Paul.* 1868). ex uino et melle] *cf. D.* 6, 1, 5, 1 (*Ulp.* 549). ex medicamentis] *cf. D.* 41, 1, 27, 1 (*Pomp.* 750). sed eum quoque] *cf. D.* 47, 2, 52, 14 (*Ulp.* 1042). extinctae res] *cf. D.* 13, 1, 16 (*Pomp.* 321). 13, 7, 22, 2 (*Ulp.* 902). 47, 2, 46 *pr.* (*Ulp.* 2877).

licet uindicari non possint[1], condici tamen furibus et quibusdam aliis possessoribus possunt.

[V. De pupillis an aliquid a se alienare possunt.] 80. Nunc admonendi sumus neque feminam neque pupillum sine tutoris auctoritate rem mancipi alienare posse; nec mancipi uero feminam quidem posse, pupillum non posse. 81. Ideoque si quando mulier mutuam pecuniam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipientis, cum scilicet[2] pecunia res nec mancipi sit, contrahit obligationem. 82. At si pupillus idem fecerit, quia non *facit accipientis sine tutoris auctoritate pecuniam*, nullam contrahit obligationem: unde pupillus uindicare quidem nummos suos potest, sicubi extent, id est eos petere, | ——————— *vv.* 5½ ——————— |[3] 83. Et[4] ex contrario *omnes res tam mancipi quam*[5]
74 nec mancipi mulieribus | et pupillis sine tutoris auctoritate[6] solui possunt, quoniam meliorem condicionem suam facere eis etiam sine tutoris auctoritate concessum est. 84. Itaque si debitor pecuniam pupillo soluat, facit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non liberatur, quia nullam obligationem pupillus sine tutoris aucto-

1) possit V. 2) *sequuntur in* V *duae litterae evanidae.* 3) *haec frustula certo lecta sunt in* V: — | — repetere potest s — | — de pupillo quidem quaeritur — | — mutuos dedit ab eo qui accipit — | — actione eos persequi possit quoniam — | — potest. *inde quid Gaius scripserit, diuinari non potest.* 4) at *Inst.*; *sed cf. infra* 3, 93. *V. I. R.* I, 1006, 42. 1007, 3. 5) omnes—quam *suppl. Goeschen.* 6) pupillis sine tut. auct.] pupilli spta V.

§ 80. *cf. supra* 1, 192. 2, 47. *infra* 2, 85. *Ulp.* 11, 27. *Fr. Vat.* 1 (*Paul.* 1782). 45 (*Paul.* 1011). 259 (*Pap.* 693). *D.* 26, 8, 9 (*Gai.* 267).

§ 82. *cf. I.* 2, 8, 2. *D.* 12, 1, 19, 1 (*Iul.* 150). 46, 3, 14, 8 (*Ulp.* 2737).

§ 83. *cf. I.* 2, 8, 2. 1, 21 *pr.* *D.* 2, 14, 28 *pr.* (*Gai.* 62). *C.* 5, 37, 25 (*a.* 531).

§ 84. *cf. I.* 2, 8, 2 *ibiq. Theoph.* (*p.* 146 *Ferr.*). *D.* 46, 3, 15 (*Paul.* 1727). *Cic. top.* 11, 46.

ritate dissoluere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutoris auctoritate concessa est; sed tamen si ex ea pecunia locupletior factus sit et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoueri potest. 85. Mulieri uero etiam sine tutoris auctoritate recte solui potest: nam qui soluit, liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut proxume diximus, a se dimittere mulieres[1] etiam sine tutoris auctoritate possunt: quamquam hoc ita est, si accipiat pecuniam; at si non accipiat, sed[2] habere se dicat et per acceptilationem uelit debitorem sine tutoris auctoritate liberare, non potest.

86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos, quos in potestate manu mancipioue habemus; item per[3] eos seruos, in quibus usum*fructum* habemus; item per homines liberos et seruos alienos, quos bona fide possidemus: de quibus singulis diligenter dispiciamus. 87. Igitur *quod* liberi nostri, quos in potestate habemus, item quod serui *nostri* mancipio accipiunt uel ex traditione nanciscuntur siue quid stipulentur uel ex aliqualibet[4] causa adquirunt, id nobis adquiritur: ipse enim[5], | qui in potestate 75
nostra est, nihil suum habere potest; et ideo si heres institutus sit, nisi nostro iussu hereditatem adire non potest; et si iubentibus[6] nobis adierit, hereditas[7] nobis

1) mulier V. 2) et V. 3) pro V. 4) qualibet alia *Dig. Inst.* 5) ** enim V. 6) ibonitibus V. 7) hereditate V.

§ 85. *cf. infra* 3, 171. *Cic. top.* 11, 46. *Pap. Lond.* 470 (II *p.* 212 = *Chrest.* 328 = *Bruns* I[7] 361 = *Meyer, Iur. Pap. nr.* 16). proxume] § 80.

§ 86. = *D.* 41, 1, 10 *pr. I.* 2, 9 *pr. cf. Gai epit.* 2, 1, 7. *Ulp.* 19, 18. *infra* 2, 96.

§ 87. = *D.* 41, 1, 10, 1. *I.* 2, 9, 1. *cf. Ulp.* 19, 18; 19. *infra* 3, 167[a]. *Fr. Vat.* 51 (*Paul.* 990). 71, 2 = *D.* 7, 1, 21 (*Ulp.* 2560). *Paul.* 5, 8. *Dosith.* 5. *D.* 41, 1, 53 (*Pomp.* 270). 29, 2, 79 (*Ulp.* 1986). *Cic. ad Attic.* 13, 50, 2. nihil suum habere potest] *cf. infra* 2, 96. *I.* 2, 9, 3. *Senec. de benef.* 7, 4, 4. et ideo] *cf. D.* 29, 2, 6 *pr.* (*Ulp.* 2472). 36, 1, 67 *pr.* (*Marcian.* 30).

adquiritur, proinde atque si nos ipsi heredes instituti essemus; et[1] conuenienter scilicet legatum per eos nobis adquiritur. 88. Dum tamen sciamus: si alterius in bonis sit seruus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis ei soli per[2] eum adquiritur, cuius in bonis est. 89. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, adquiritur nobis, sed etiam possessio; cuius enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere uidemur; unde etiam per eos usucapio procedit. 90. Per eas uero personas, quas in manu mancipioue habemus, proprietas quidem adquiritur nobis ex omnibus causis sicut per eos, qui in potestate nostra sunt; an autem possessio adquiratur, quaeri solet, quia ipsas non possidemus. 91. De his autem seruis, in quibus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra uel ex operis suis adquirunt[3], id nobis adquiratur; quod uero extra eas causas[4], id ad dominum proprietatis pertineat: itaque si iste seruus heres institutus sit legatumue quid ei aut donatum[5] fuerit, non mihi, sed domino proprietatis adquiritur. 92. Idem placet de eo, qui a nobis bona fide
76 possidetur, | siue liber sit siue alienus seruus: quod

1) et his *Dig. cf. supra* 1, 81. 2) pro V. 3) adquirant *Dig. Inst.* 4) persecuti sunt *add. Inst*, persecuti sint *Dig.* 5) legatumue quid ei aut donatum *Inst.* legatumue quod ei datum V. legatumue quid aut ei donatum *Dig.*

§ 88. *cf. Ulp.* 19, 20. *Paul.* 1, 7, 6. *supra* 1, 54. 2, 40. *infra* 3, 166.

§ 89. = *D.* 41, 1, 10, 2. *I.* 2, 9, 3. *cf. D.* 41, 2, 1, 5 (*Paul.* 657).

§ 90. *cf. Fr. Vat.* 298 (*Paul.* 796). *D.* 41, 2, 1, 12 (*Paul.* 657). *Plaut. Cas.* 199—202 = 2, 2, 26—29.

§ 91. = *D.* 41, 1, 10, 3. *I.* 2, 9, 4. *cf. Ulp.* 19, 21. *infra* 3, 165. *Gai epit.* 2, 1, 7. *D.* 45, 3, 39 (*Pomp.* 285). 29, 2, 25 *pr.* (*Ulp.* 2491). 41, 1, 47 (*Paul.* 645).

§ 92. = *D.* 41, 1, 10, 4. *I.* 2, 9, 4. *cf. Ulp.* 19, 21. *infra* 3, 164. *D.* 29, 2, 45, 4 (*Iul.* 884). 45, 3, 39 (*Pomp.* 285). 41, 1,

enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonae fidei possessore: itaque quod extra duas istas causas adquiritur, id uel ad ipsum pertinet, si liber est, uel ad dominum, si seruus est.[1] 93. Sed[2] bonae fidei possessor cum usucepit[3] seruum, quia eo modo dominus fit, ex omni causa per eum sibi adquirere potest. usufructuarius uero usucapere non potest; primum quia non possidet, sed habet ius utendi fruendi[4]; deinde quia scit alienum seruum esse. 94. De illo quaeritur: an per eum seruum, in quo usumfructum habemus, possidere aliquam rem et usucapere possumus, quia ipsum non possidemus? per eum uero, quem bona fide possidemus, sine dubio et possidere et usucapere possumus. loquimur autem in utriusque personа secundum definitionem, quam proxume exposuimus; id est, si quid ex re nostra uel ex operis suis adquirant, id nobis adquiritur. 95. Ex his[5] apparet per liberos homines, quos neque iuri nostro subiectos habemus neque bona fide possidemus, item per alienos seruos, in quibus neque usumfructum[6] habemus neque iustam possessionem, nulla ex causa nobis adquiri posse. et hoc est, quod uulgo dicitur per extraneam

1) sit V. 2) sed *Inst. Dig.* se si V. sed sane *Polenaar.* 3) usuceperit *Inst. Dig.* 4) et fruendi V. 5) iis V. 6) item—usumfructum *bis scripta in* V.

19 (*Pomp.* 414). 41, 1, 21 *pr.* (*Pomp.* 574). 41, 1, 54 (*Pomp.* 308). 41, 1, 43 *pr.* (*Gai.* 159). 12, 6, 67 *pr.* (*Scaev.* 14). 29, 2, 25 *pr.* (*Ulp.* 2491). 17, 1, 8, 5 (*Ulp.* 908). 41, 1, 23 *pr.*; 2 (*Ulp.* 2906). 41, 1, 57 (*Paul.* 1129). 45, 3, 20, 1 (*Paul.* 1396). *C.* 3, 32, 1 (*a.* 210).

§ 93. = *D.* 41, 1, 10, 5. *I.* 2, 9, 4. usufructuarius uero] *cf. C.* 3, 33, 8 (*a.* 293). quia non possidet] *cf. D.* 41, 2, 12 *pr.* (*Ulp.* 1546). 43, 26, 6, 2 (*Ulp.* 1607).

§ 94. *cf. I.* 2, 9, 5. *D.* 41, 2, 49 *pr.* (*Pap.* 53). 41, 2, 1, 8 (*Paul.* 657). 41, 2, 1, 6 (*Paul.* 657). proxume] § 91.

§ 95. = *I.* 2, 9, 5. *cf. Paul.* 5, 2, 2. *D.* 41, 3, 41 (*Ner.* 54). 41, 2, 23, 2 (*Iav.* 73). 13, 7, 11, 6 (*Ulp.* 809). *C.* 4, 27, 1 *pr.* (*a.* 290). 7, 32, 1 (*a.* 196).

personam nobis adquiri non posse; tantum de possessione quaeritur, an per *liberam personam*[1] nobis adquiratur. 96. In summa sciendum est his, qui in | 77 potestate manu mancipioue sunt, nihil in iure cedi posse; cum enim istarum personarum nihil suum esse possit, conueniens est scilicet, ut nihil suum esse[2] in iure uindicare possint.

97. *Hactenus* tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res nobis adquirantur: nam legatorum ius, quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco referemus. uideamus itaque nunc, quibus modis per uniuersitatem res nobis adquiran*t*ur. 98. Si cui heredes facti sumus siue cuius bonorum possessionem petierimus siue cuius bona emerimus siue quem adoptauerimus siue quam[3] in manum ut uxorem receperimus, eius res ad nos transeunt. 99. Ac prius[4] de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex condicio est: nam uel ex testamento uel ab intestato ad nos pertine*n*t. 100. Et prius est, ut de his dispiciamus, quae nobis ex testamento obueniunt.

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comitiis testamentum faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est, cum belli causa arma

1) liberam personam] *in* V *octo fere litterae legi nequeunt. cf Inst.* procuratorem *Goudsmit.* 2) esse posse V. 3) quem V. 4) primus V.

§ 96. *cf. supra* 2, 87.
§§ 97—100. = *I.* 2, 9, 6. *cf. Gai epit.* 2, 2 *pr.*
§ 97. alio loco] *infra* 2, 191 *sq.*
§§ 101—103. *cf. I.* 2, 10, 1 *cum Theoph. (p.* 154 *ed. Ferr.). Ulp.* 20, 2. *Lael. Fel. ap. Gell.* 15, 27, 3 (*Iurispr.* I, 94). *Plut. Coriol* 9. *de sera num. vind. p.* 550 (*ed. Bernardakis* III, 422). *Cic. de orat.* 1, 53, 228. *de natur. deor.* 2, 3, 9. *Ovid ex Pont.* 1, 8, 10. *Vellei. Pat.* 2, 5, 3. *Frontin. Strateg.* 4, 1, 23. *Fest. v. procincta p.* 225. 249 (*Bruns* II[7], 27). *endo procinctu p.* 77 (*Bruns* II[7], 8). *Serv. ad Verg. Aen.* 7, 612. *Schol. Veron. ad Verg. Aen.* 10, 241 (*Bruns* II[7], 77). *Isid. orig.* 10, 218.

sumebant: procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium exituri. 102. Accessit deinde tertium | genus testamenti, quod per aes et libram agitur: 78
qui *enim*[1] neque calatis comitiis neque in procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum, mancipio dabat eumque rogabat, quid cuique post mortem suam dari uellet.[2] quod testamentum dicitur per aes et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur. 103. Sed illa quidem duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt; hoc uero solum, quod per aes et libram fit, in usu retentum est. sane nunc aliter ordinatur, quam olim solebat; namque olim familiae emptor, id est, qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat, et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam dari uellet; nunc uero alius heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur[3], alius dicis gratia propter ueteris iuris imitationem familiae emptor adhibetur. 104. Eaque res ita agitur: qui facit *testamentum*, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, v testibus ciuibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam; in qua re his uerbis familiae emptor utitur: FAMILIAM PECVNIAMQVE TVAM ENDO MANDATELA TVA[4] CVSTODELAQVE MEA *ESSE AIO*,

1) *add. Hu.* 2) dari uellet] dare uelletur V. 3) legata relinquuntur] legato reliquantur V. 4) tuam V. tutela *Hu.*

§ 104. *cf. Ulp.* 20, 2; 9. *D.* 28, 1, 20, 8 (*Ulp.* 2130). *Nov. Theod. II.* 16, 1. *Isid. orig.* 5, 24, 12. *Quintil. decl.* 308. *Gell.* 15, 13, 11 (*Bruns* I[7] 33). *Suet. Ner.* 4. *Apul. Metam.* 2, 24. *Clem. Alex. Strom* 8, 8. *BGU* 326 (*Bruns* I[7] 311). *Papyri Hamburg. duo, quos edidit Paul. M. Meyer in Ztschr. f. vergl. Rechtswiss.* 35, 81; 93. *P. Berol. Inv.* 7124 (*ed Castelli in Studi della scuola papirologica* II *p.* 80 *sq*). in ceteris mancipationibus] *cf. supra* 1, 119. SECVNDVM LEGEM PVBLICAM] *cf. infra* 3, 174. HOC AERE] *cf. D.* 50, 16, 159 (*Ulp.* 2429).

79 EAQVE, QVO TV IVRE TESTAMENTVM | FACERE POSSIS SECVNDVM LEGEM PVPLICAM, HOC AERE, et ut quidam adiciunt, AENEAQVE LIBRA, ESTO MIHI EMPTA; deinde aere percutit libram idque aes dat testatori uelut pretii loco; deinde testator tabulas testamenti manu[1] tenens ita dicit: HAEC ITA VT IN HIS TABVLIS CERISQVE SCRIPTA SVNT, ITA DO ITA LEGO ITA TESTOR[2], ITAQVE VOS, QVIRITES, TESTIMONIVM MIHI PERHIBETOTE[3]; et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare, et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea uidetur generali sermone nominare atque confirmare. 105. In testibus autem non debet is esse, qui in potestate[4] est aut familiae emptoris aut ipsius testatoris, quia propter ueteris iuris imitationem totum hoc negotium, quod agitur testamenti ordinandi[5] gratia, creditur inter familiae emptorem agi et testatorem; quippe olim, ut proxime diximus, is, qui familiam testatoris mancipio accipiebat, heredis loco erat; itaque reprobatum est in ea re domesticum testimonium. 106. Unde et si is, qui in potestate patris est, familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis esse non potest; ac ne is quidem, qui in eadem potestate est, uelut frater eius. sed *et*[6] si filius familias ex castrensi peculio post missionem
80 faciat testamentum, nec pater eius recte testis | adhibetur nec is, qui in potestate patris est.[7] 107. De libripende eadem, quae et de testibus, dicta esse in-

---

1) testamenti manu *Hu.* test·manti V. 2) testator V. 3) perhibitote V. *cf. Lachmann Kleinere Schriften p.* 234. 4) potestat·ēe V. 5) ornandi V. 6) sed et] sed V. et *Polenaar.* 7) sit V. est *Inst.*

---

§ 105. *cf. Ulp.* 20, 3. *I.* 2, 10, 9; 10. *D.* 22, 5, 6 (*Lic. Ruf.* 4). *C.* 4, 20, 3 (*a.* 255). proxime] § 103.

§ 106. *cf. Ulp.* 20, 4; 5. *I.* 2, 10, 9. *D.* 28, 1, 20, 2 (*Ulp.* 2430). 22, 5, 9 (*Paul.* 1598).

§ 107. *cf. Ulp.* 20, 3. *supra* 1, 119.

tellegemus: nam et is testium numero est. 108. Is uero, qui in potestate heredis aut[1] legatarii est, cuiusue heres ipse aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem potestate est, adeo[2] testis et libripens adhiberi potest, ut ipse quoque heres aut[3] legatarius iure adhibeantur. sed tamen quod ad heredem pertinet quique in eius potestate est cuiusue is in potestate erit, minime hoc iure uti debemus.

[De testamentis militum.[4]] 109. Sed haec diligens obseruatio in ordinandis testamentis militibus propter nimiam inperitiam constitutionibus[5] principum remissa est: nam quamuis neque legitimum numerum testium adhibuerint neque uendiderint familiam neque nuncupauerint testamentum, recte nihilo minus testantur. 110. Praeterea permissum est iis et peregrinos et Latinos instituere heredes uel iis legare; cum alioquin peregrini quidem ratione ciuili prohibeantur capere hereditatem legataque, Latini uero per legem Iuniam. 111. Caelibes quoque, qui lege Iulia hereditatem legataque capere uetantur, item orbi, id est qui liberos non habent, quos lex[6] | ——— *fol. deperd.* ——— | ——— *vv. 21 exceptis frustulis paucis legi nequeunt* ——— 81 t. s.

1) aut in V. 2) ab eo V. 3) ut V. 4) milium V. 5) mentistutionibus V. 6) *post* lex *unum folium in* V *periit nec in margine numeratum est. extremam sententiam Hu. ita supplevit:* Papia plus quam dimidias partes hereditatis legatorumque capere uetat, ex militis testamento solidum capiunt.

§ 108. *cf. I.* 2, 10, 10; 11. *Cic. pro Mil.* 18, 48. legatarius] *cf. D.* 28, 1, 20 *pr.* (*Ulp.* 2430). 34, 5, 14 (*Marcian.* 109). *C. Th.* 4, 4, 3, 3 (*a.* 396; *Scaev.* 344 *Lenel*). *C.* 6, 23, 22 (*a.* 480). *Plin. ep.* 2, 20, 10. *Symmach. relat.* 41, 3 *sq.* (*p.* 313 *ed. Seeck*).

§ 109. = *I.* 2, 11 *pr. cf. Ulp.* 23, 10. *infra* 2, 114. *D. tit.* 29, 1. *C. tit.* 6, 21. *Gnom. Id. Log.* § 34.

§ 110. *cf. supra* 1, 23 *sq. infra* 2, 218; 275. *Ulp.* 17, 1. 22, 2; 3. *D.* 29, 1, 13, 2 (*Ulp.* 1182). *C.* 6, 21, 5 (*a.* 224). *Pausan.* 8, 43, 5. *Pap. Cattaoui col.* IV, 1—15 (*Chrest.* 372 *p.* 421). *Gnom. Id. Log.* §§ 22. 34.

§ 111. *cf. infra* 2, 144; 286. *Ulp.* 17, 1. 22, 3.

112. — *ex auc*toritate diui Hadriani senatus consultum factum est, quo permissum est * * * * * * * * *s[1] feminis etiam sine coemptione testamentum facere, si modo
82 non minores essent | annorum[2] XII[3]; scilicet ut quae tutela liberatae non essent, tutore auctore[4] testari deberent.[5] 113. Videntur ergo melioris condicionis esse feminae quam masculi; nam masculus minor annorum[6] XIIII testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore testamentum facere uelit, femina uero potest; *facta enim* XII annorum testamenti faciundi[7] ius nanciscitur.

114. Igitur si quaeramus, an ualeat testamentum, inprimis aduertere debemus, an is, qui id fecerit, habuerit testamenti factionem: deinde si habuerit, requiremus, an secundum iuris ciuilis regulam *te*status sit, exceptis militibus, qui*bus* propter nimiam *inpe*ritiam, ut diximus, quomodo uelint uel quomodo *possint*, permittitur testamentum facere.

115. Non tamen, ut iure ciuili *uale*at testamentum, sufficit ea obseruatio, quam supra exposuimus de familiae uenditione et de testibus et de nuncupatione.[8]

---

transiit deinde Gaius ad id, quod Ulp. 20, 10—16, *Iustinianus tit. Inst.* '*quibus non est permissum facere testamentum*' (2, 12) *exponit, cuius tituli quaedam, velut ipsius initii partem, Gaiana esse vix dubitandum est. cf. Gai epit.* 2, 2, 1—3. 1) sui iuris *vel* ingenuis *suppl. Krueger;* capite non minutis *suppl. Hu. cf. supra* 1, 115[a]. 2) annorum *Krueger.* anni V. 3) XII tab. V. 4) tutore auctore *Krueger.* ita V. 5) debent V. 6) minor annorum *Goeschen.* minori anni V. 7) faciunt diis V. 8) nuncupatione *Hu.* nunccupationib. V.

§ 112. *cf. supra* 1, 115[a]. *infra* 2, 118; 121; 122. *Paul.* 3, 4[a], 1.

§ 113. *cf. Gai epit.* 2, 2, 2. *supra* 1, 40. *I.* 2, 12, 1. *Ulp.* 20, 12; 15. *Paul.* 3, 4[a], 1. *D.* 49, 15, 10, 1 (*Pap.* 357). 28, 1, 5 (*Ulp.* 2468). 28, 1, 19 (*Mod.* 119). *C.* 7, 64, 2 (*Imp. Alex.*). 6, 22, 4 (*a.* 294).

§ 114. = *D.* 28, 1, 4. *cf. infra* 3, 75. *Cic. ad fam.* 7, 21 ut diximus] *supra* 2, 109. *cf. D.* 29, 1, 1 *pr.* (*Ulp.* 1178). *Pap. Fayum towns nr.* 10.

§ 115. = *I.* 2, 13 *pr. cf. supra* 2, 104. *Ulp.* 20, 9.

116. *Sed* ante omnia requirendum est, an institutio heredis sollemni more facta sit; nam aliter facta institutione nihil proficit familiam testatoris ita uenire testesque ita adhibere et[1] *ita* nuncupare testamentum, ut supra diximus. 117. Sollemnis autem institutio haec est: TITIVS[2] HERES ESTO; sed et illa[3] iam conprobata uidetur: TITIVM HEREDEM ESSE | IVBEO; at illa non 83
est conprobata: TITIVM HEREDEM ESSE VOLO; sed et illae a plerisque inprobatae sunt: TITIVM HEREDEM INSTITVO[4], item: HEREDEM FACIO.

118. Obseruandum praeterea est, ut si mulier, quae in tutela est, faciat testamentum, tutore auctore[5] facere debeat: alioquin inutiliter iure ciuili testabitur. 119. Praetor tamen, si septem signis testium signatum sit testamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti bonorum *possessionem* pollicetur, *et* si nemo sit, ad quem ab intestato iure legitimo pertineat hereditas, uelut frater eodem patre natus aut patruus aut fratris filius, ita poterunt scripti heredes retinere hereditatem: nam idem iuris est et si alia ex causa[6] testamentum non ualeat, uelut quod familia non uenierit aut nuncupationis uerba testator locutus non sit. 120. Sed uideamus, an etiam si frater aut patruus extent, potiores scriptis heredibus habeantur; rescripto

1) aut V. 2) Titus V. 3) illam V. 4) institutio V. 5) tutore auctore] tutores habet V. 6) SCto V.

§ 116. *cf. D.* 29, 7, 10 (*Pap.* 240). *I.* 2, 20, 34. *C.* 6, 23, 15 (*a.* 339); 24 (*a.* 528).

§ 117. *cf. Ulp.* 21. *D.* 29, 7, 13, 1 (*Pap.* 279). *Theoph.* 1, 14, 1 (*p.* 65 *Ferr.*).

§ 118. *cf. supra* 1, 192. 2, 112. *infra* 3, 43. *Ulp.* 20, 15.

§ 119. *cf. infra* 2, 147 *sq. Ulp.* 23, 6. 28, 6. *I.* 2, 10, 2. *D.* 28, 3, 12 (*Ulp.* 83). 38, 6, 3 (*Ulp.* 2496). *C.* 6, 11, 2 *pr.* (*a.* 242) *Cons.* 6, 18 (*Cod. Hermog. tit. de successionibus*). *Cic. Verr.* 2, 1, 45, 117. *top.* 4, 18 *c Boeth. p.* 302 *Bait. B. G. U.* 361 III 12; 13.

§ 120. *cf. infra* 2, 149ª. *Paul Coll.* 16, 3, 1 (*Sent.* 4, 8, 1). *D.* 37, 11, 11, 2 (*Pap.* 221). 44, 4, 4, 10 (*Ulp.* 1678).

enim imperatoris Antonini significatur[1] eos, qui secundum tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse aduersus eos, qui ab intestato uindicant hereditatem, defendere se per exceptionem doli mali. 121. Quod sane quidem ad masculorum testamenta pertinere certum est; item ad feminarum, quae ideo non utiliter testatae sunt, quod uerbi gratia familiam non uendiderint aut nuncupa-
84 tionis uerba locutae non sint: | an autem et ad ea testamenta feminarum, quae sine tutoris auctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, uidebimus. 122. Loquimur autem de his scilicet feminis, quae non in legitima parentium aut patronorum tutela sunt, sed [de his][2] quae alterius generis tutores[3] habent, qui etiam inuiti coguntur auctores fieri. alioquin parentem et patronum[4] sine auctoritate eius facto testamento non summoueri palam est.

123. Item qui filium in potestate habet, curare debet[5], ut eum uel heredem instituat uel nominatim exheredet; alioquin si eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur: adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, etiam si uiuo patre filius defunctus sit, neminem heredem ex eo testamento existere posse, scilicet[6] quia statim ab initio non constiterit institutio; sed diuersae scholae auctores, si quidem filius mortis patris tempore uiuat, sane impedimento eum esse scriptis heredibus et illum[7] ab intestato heredem fieri

1) significat V. 2) de his *del. Mommsen.* 3) tutorem V. 4) patronorum V. 5) debetur V. 6) quod scilicet V. quod scilicet non ualet *Kniep.* 7) suum *Hu.*

§ 121. *cf. supra* 2, 104 *sq.*; 115; 118; 119.

§ 122. *cf. supra* 1, 190; 192.

§ 123. = *I.* 2, 13 *pr. Gai epit.* 2, 3 *pr.*; 1. *Ulp.* 22, 16. *Papiniani fr. Berolin.* 14 (*Iurispr.* I 433). *D.* 28, 2, 8 (*Pomp.* 384). 28, 2, 30 (*Gai.* 300). 28, 3, 17 (*Pap.* 527). 34, 7, 3 (*Pap.* 242). 34, 7, 4 (*Ulp.* 2506. 28, 2, 7 (*Paul.* 1600). 28, 2, 31 (*Paul.* 1626). 50, 17, 210 (*Lic. Ruf.* 6). *Cic. de orat.* 1, 38, 175.

confitentur; si uero ante mortem patris interceptus sit, posse ex testamento hereditatem[1] adiri putant, nullo iam filio impedimento; quia scilicet existimant *non* statim ab initio inutiliter fieri testamentum filio praeterito. 124. Ceteras uero liberorum personas si praeterierit testator, ualet testamentum: *sed* praeteritae istae personae scriptis heredibus in | partem adcrescunt, si 85 t. s.
sui heredes sint, in uirilem, si extranei, in dimidiam: id est, si quis tres uerbi gratia filios heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo pro quarta parte fit heres et ea ratione id consequitur, quod ab intestato patre *mortuo* habitura esset; at si extraneos ille heredes instituerit et filiam praeterierit, filia adcrescendo ex dimidia parte fit heres.[2] quae de filia diximus, eadem et de nepote deque omnibus *ceteris*[3] liberorum personis seu masculini seu *f*eminini sexus dicta intellegemus. 125. Quid ergo est? licet hae secundum ea, quae diximus, scriptis heredibus[4] dimidiam partem modo detrahant, tamen praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit[5], qua ratione extranei heredes a tota hereditate repelluntur et efficiuntur sine re heredes. 126. Et hoc iure utebamur, *quasi* nihil inter feminas et masculos interesset; sed nuper imperator Antoninus significauit rescripto suas[6] non plus nancisci feminas per bonorum possessionem, quam quod[7] iure adcrescendi consequerentur. quod in emancipatarum quoque personis[8] obseruandum est, ut[9] *nimirum hae quoque, quod* adcre-

1) heredem V. 2) heret V. 3) *addidimus. cf.* § 124. 128. 131. 4) heredibus *in* V *legitur post* modo. 5) promittitur V. 6) suas *Hu.* suo V. 7) quam quod] quodquam? V. 8) personis *Polen.* persona V. 9) est ut *Hu.* esset V.

§ 124. *cf. Gai epit.* 2, 3, 1. *Ulp.* 22, 17. *Paul.* 3, 4[b], 8. *I.* 2, 13 *pr. Nov. Maior.* 6, 3. *Lex Rom. Burgund.* 45, 4.
§ 126. *cf. C.* 6, 28, 4 (*a.* 531).

scendi iure habiturae essent[1], si in potestate fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant. 127. Sed si quidem filius a patre exheredetur, nominatim exheredari *deb*et; alioquin non prodest eum[2]
86 exheredari. nominatim autem *ex*heredari uidetur, siue
t. s. ita exhere|detur: TITIVS FILIVS MEVS EXH*ERES ESTO*, *siue ita:* FILIVS MEVS EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine. 128. Ceterae uero liberorum personae uel feminini sexus uel masculini satis inter ceteros exheredantur, id est his *uerbis:* CETERI OMNES EXHEREDES SVNTO, quae *uerba statim post in*stitutionem heredum adici solent. sed hoc ita *est iure ciuili.* 129. Nam praetor omnes uirilis sexus lib*erorum personas*, id est nepotes quoque et pronepotes |

2½ versus legi nequeunt |[3]

130. Postumi quoque liberi nominatim[4] *uel heredes instit*ui debent uel exheredari. 131. Et *in* eo[5] par omnium condi*cio est, quod et in* filio p*ostumo et in quolibet ex ceteris li*beris siue *feminini sexus siue mas*culini praeterito ualet *quidem testamentum, sed postea adgnatione postumi si*ue postumae rumpitur, et ea ra*tione totum infir*matur. ideoque si mulier, ex qua

1) habiturae essent] habituresse V. 2) prodest eum *Polen.* prosiet *vel* possiet? V. 3) *lacunam Hu., initio Lachmannum secutus, ita supplevit:* nominatim exheredari iubet, feminini uero sexus liberos, id est filias et neptes et proneptes exheredari aut nominatim aut inter ceteros satis habet. 4) *om. Inst.* 5) in eo *Inst.* ideo V.

§ 127. *cf. I.* 2, 13 *pr.* 1. *Ulp.* 22, 20. *supra* 2, 123. *infra* 2, 132. *D.* 28, 2, 1. 3 (*Ulp.* 2432. 2433 *pr.*). 28, 2, 2 (*Ulp.* 2377). *Cic. de orat.* 1, 38, 175. *Quint. decl.* 2, 14 *i. f.*

§ 128. *cf. I.* 2, 13 *pr. Ulp.* 22, 20. *C.* 6, 28, 4 (*a.* 531).

§ 129. *cf. infra* 2, 135.

§§ 130—132. = *I.* 2, 13, 1. *cf. Gai epit.* 2, 3, 2. *Ulp.* 22, 15; 18—21. 23, 2. *D.* 28, 3, 3 (*Ulp.* 2446). *C.* 6, 12, 2 (*a.* 224). 6, 29, 2 (*a.* 294). *Cic. de inv.* 2, 42, 122. *de orat.* 1, 57, 241. *pro Caec.* 25, 72. *Isid. orig.* 5, 24, 10. *Liv.* 1, 34, 3. *I.* 2, 13, 6.

*postumus aut postu*ma sperabatur, abor*tum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam.* 132. *Sed feminini* quidem sexus personae *uel nominatim uel in*ter ceteros *exheredari solent, dum tamen, si inter ceteros exheredentur, aliquid eis legetur, ne uideantur per obliuio*nem praeteritae *esse: masculini uero sexus liberorum perso*nas placuit non aliter recte exheredari, *nisi*[1] *no*minatim *exheredentur, hoc scilicet* 87 t. s. *modo* QVICVMQVE MIHI FILIVS GENITVS FVERIT EXHERES ESTO. ——— *vv.* $9\frac{1}{2}$ ———[2] 133. *Postumorum autem loco sunt et hi, qui in sui heredis locum succedendo quasi adgnascendo fiunt parenti*bus sui heredes: ut ecce si filium et *ex eo nepotem ne*ptemue *in* potestate *habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamuis nepos quo*que et neptis *ex eo in eadem potestate sint; sed si filius meus me uiuo moriatur aut qualibet alia ratione exeat de potestate mea, incipit nepos neptisue in eius locum succedere, et* eo modo iura suorum *heredum quasi adgnatio*ne nanciscuntur. 134. Ne ergo eo modo rumpatur mihi testa*mentum, sicut ipsum filium uel heredem in*stituere uel exheredare[3] debeo, ne *non iure faciam testamentum, ita et ne*potem neptemue ex eo necesse est mihi uel[4] *heredem instituere uel exheredare, ne forte, me uiuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisue* | 88 t. s. quasi adgnatione rumpat testamentum: idque lege Iunia

1) nisi *Inst.* quam si *Eisele, Grupe.* 2) *de lacuna supplenda cf. Gai epit.* 2, 3, 2 *in fine.* 3) exheredare V. nominatim exheredare *Inst.* exheredare nominatim *Dig., vix ex Gaio.* 4) *notandum est, quae abhinc usque ad finem p.* 87 *ex Inst. et Dig. relata sunt, non sufficere ad explendos* V *vv.* 22—24.

§§ 133. 134. = *D.* 28, 3, 13. *I.* 2, 13, 2. *cf. Ulp.* 23, 3. *Paul.* 3, 4^b, 10. *D.* 28, 2, 29 (*Scaev.* 157). 28, 6, 2 *pr.* (*Ulp.* 2469). 28, 3, 6, 4 (*Ulp.* 2505). 28, 2, 9, 2 (*Paul.* 1601). *C.* 6, 28, 2 (*a.* 225). 3, 28, 34 (*a.* 531).

§ 134. lege Iunia Vellaea] *sub Claudio aut Nerone lata. cf. Mommsen Jur. Schr.* I, 285. *Hülsen, Mitteilungen des Archaeol. Instituts* XIX (1904), 322. *cf. Bruns* 1^7, 116.

Vellaea[1] prouisum est, in qua simul exheredationis modus notatur, ut uirilis sexus nominatim, feminini uel nominatim uel inter ceteros exheredentur, dum tamen iis, qui inter ceteros exheredantur, aliquid legetur. 135. Emancipatos liberos iure ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes: sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, uirilis sexus nominatim, feminini uel[2] nominatim uel inter ceteros: quod si neque heredes instituti fuerint neque ita, ut supra diximus, exheredati, praetor promittit eis contra tabulas bonorum possessionem. 135ª. In potestate patris non sunt, qui cum eo ciuitate Romana donati sunt[3] nec[4] in accipienda ciuitate Romana pater *petiit statim* a principe, ut eos in potestate haberet[5], aut si petiit, non impetrauit: nam qui *in* potestatem[6] patris ab imperatore rediguntur, nihil differunt ab his, *qui* ita *nati sunt*. 136. Adoptiui filii, quamdiu manent in adoptione[7], naturalium loco sunt; emancipati uero *a* patre adoptiuo neque iure ciuili neque quod ad edictum praetoris pertinet inter liberos numerantur. 137. Qua ratione accidit, ut ex diuerso, quod ad naturalem parentem pertinet, quamdiu quidem sint in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur; si uero emancipati
89 fuerint ab adoptiuo patre, tunc incipiant | in ea causa esse, qua futuri essent, si ab ipso naturali patre *emancipati* fuissent.

1) lege Iunia Vellaea] legem iun. ulea V. 2) u (*id est* uel) V. uero *Inst.* 3) sint V. 4) si nec *Polenaar. de* si non *cogitavit Hu.* 5) habere V. 6) potum V. 7) adoptionem V.

§ 135. = *I.* 2, 13, 3. *cf. Ulp.* 22, 23. 28, 2—4. *supra* 2, 129. *infra* 3, 20. *Coll.* 16, 7, 2 (*Ulp.* 1927). *I.* 3, 1, 12. *C. I. L.* VI 1527 *l.* 15. 16 (*Bruns* I⁷, 373).

§ 135ª. *cf. supra* 1, 55; 93; 94. *infra* 3, 20. *Coll.* 16, 7, 2 (*Ulp.* 1927).

§§ 136. 137. = *I.* 2, 13, 4. *cf. I.* 3, 1, 10—12. *Ulp.* 22, 14. *D.* 37, 4, 1, 6 (*Ulp.* 1099). *C.* 8, 47 (48), 10 *pr.* (*a.* 530).

138. Si quis post[1] factum testamentum adoptauerit sibi filium aut per populum eum, qui sui iuris est, aut per praetorem eum, qui in potestate parentis fuerit, omni modo testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui heredis. 139. Idem iuris est, si cui post factum testamentum uxor in manu*m* conueniat, uel quae in manu fuit, nubat: nam eo modo filiae loco esse incipit et quasi sua.[2] 140. Nec prodest, *siue* haec siue ille, qui adoptatus est, in eo testamento sit institutus institutaue: nam de exheredatione eius superuacuum uidetur quaerere, cum testamenti faciundi tempore suorum heredum numero non fuerint. 141. Filius quoque, qui ex prima secundaue mancipatione manumittitur, quia reuertitur in potestatem patriam, rumpit[3] ante factum testamentum; nec prodest[4], *si* in eo testamento heres institutus uel exheredatus fuerit. 142. Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine ex senatus consulto erroris causa[5] probatur[6], quia forte ex peregrina uel Latina, quae per errorem quasi ciuis Romana uxor ducta esset, natus esset: nam siue heres institutus esset a parente siue exheredatus, siue uiuo patre causa probat*a* siue post mortem eius, omni modo quasi adgna|tione 90
rumpebat testamentum. 143. Nunc uero ex nouo se-

1) potest V. 2) suâi V. 3) rumpitur V. 4) prode est V. 5) *an* causa erroris? *cf. Kalb, Archiv. Lexicogr.* I, 86. 6) prouatum? V.

§ 138. = *I.* 2, 17, 1. *cf. supra* 1, 98 *sq. Gai epit.* 2, 3, 3. *Ulp.* 23, 3. *D.* 28, 3, 8 *pr.* (*Ulp.* 2510).

§ 139. *cf. supra* 1, 114. *infra* 2, 159. 3, 3. *Ulp.* 23, 3. *Gell.* 18, 6, 9. *C. I. L.* VI 1527 *l.* 13. 14 (*Bruns* I[7], 322).

§ 140. *cf. D.* 28, 3, 18 (*Scaev.* 152). 28, 2, 28, 1 (*Tryph.* 70). 28, 2, 23 (*Pap.* 215) = 37, 4, 8, 7 (*Ulp.* 1105). 37, 4, 8, 8 *sq.* (*Ulp.* 1105).

§ 141. *cf. Ulp.* 23, 3. *supra* 1, 132; 135. *infra* 3, 6. *Paul. Coll.* 16, 3, 7 (*Sent.* 4, 8, 7). *D.* 28, 3, 8, 1 (*Ulp.* 2510).

§ 142. *cf. supra* 1, 32; 66. *infra* 3, 5.

§ 143. *cf. supra* 1, 32, *ubi tamen de intestato patre agitur.*

natus consulto, quod auctore diuo Hadriano factum est, si quidem uiuo patre causa probatur, aeque ut olim omni modo rumpit testamentum; si uero post mortem patris, praeteritus quidem rumpit testamentum, si uero heres in eo scriptus est uel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter facta testamenta rescinderentur eo[1] tempore, quo renouari non possent.

144. Posteriore quoque testamento, quod iure factum[2] est, superius rumpitur; nec interest, an extiterit aliquis ex eo heres an non extiterit: hoc enim solum spectatur, an existere potuerit: ideoque si quis ex posteriore testamento, quod iure factum est, aut noluerit heres esse aut uiuo testatore aut post mortem eius, antequam hereditatem adiret, decesserit aut per cretionem[3] exclusus fuerit aut condicione, sub qua heres institutus est, defectus sit aut propter caelibatum ex lege Iulia summotus fuerit ab hereditate, quibus casibus pater familias intestatus moritur: nam[4] et prius testamentum non ualet ruptum a posteriore, et posterius aeque nullas uires habet, cum ex eo nemo heres extiterit.

145. Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur[5], uelut *cum* is, qui fecerit testamentum, kapite deminutus[6] sit; quod quibus modis accidat, primo

1) eos V. 2) facturum V. 3) per cretionem *Goeschen.* perceptionem V. 4) nam V. *num* iam? *sed cf. infra* 3, 72. 5) infirmatur V. 6) kapite deminutus] kd ā V.

§ 144. = *I.* 2, 17, 2. *cf. Gai epit.* 2, 3, 4. *Ulp.* 23, 2. *I.* 2, 17, 7 (8). *D.* 28, 3, 2 (*Ulp.* 2439). *C.* 6, 23, 27 (*a.* 530). noluerit heres esse] *cf. Paul. Coll.* 16, 3, 1 (*Sent.* 4, 8, 1). per cretionem] *cf. infra* 2, 166 *sq.* condicione defectus sit] *cf. Paul. Coll.* 16, 3, 1. lege Iulia] *cf. supra* 2, 111. *infra* 2, 286.

§ 145. = *I.* 2, 17, 4. *cf. Gai epit.* 2, 3, 5. *Ulp.* 23, 4. *D.* 28, 1, 8, 1 *sq.* (*Gai.* 299). 37, 11, 11, 2 (*Pap.* 221). 28, 3, 6, 5 *sq.* (*Ulp.* 2507). 29, 7, 8, 3 (*Paul.* 895). *Isid. orig.* 5, 24, 8. primo comm.] *cf. supra* 1, 159 *sq.*

commentario relatum est. 146. Hoc autem casu in|rita 91
fieri testamenta dicemus, cum alioquin et quae rumpuntur, inrita fiant, *et quae statim ab initio non iure fiunt, inrita sint; sed et ea, quae iure facta sunt et postea propter capitis deminutionem inrita fiunt,* possunt nihilo minus rupta dici. sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi uel inrita fieri.

147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quae uel ab initio non iure facta sunt uel iure facta postea inrita facta *aut* rupta sunt. nam si septem testium signis signata sint testamenta, potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere, si modo defunctus testator et ciuis Romanus et suae potestatis mortis tempore fuerit. nam si ideo inritum factum sit[1] testamentum, quod puta ciuitatem uel etiam libertatem testator amisit aut quia[2] in adoptionem se dedit *et* mortis tempore in adoptiui patris potestate fuit, non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere. 148. *Qui autem* secundum tabulas testamenti, quae aut statim ab initio non iure factae sunt[3] aut iure factae postea ruptae[4] uel inritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem optinere, habebunt bonorum possessionem cum re; si uero ab his auocari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re. 149. Nam si quis heres iure ciuili institutus sit uel ex

1) factum sit *Inst.* fiĉ? V. 2) aut quia *Inst.* uut his V. 3) sint V. 4) nuptae V.

§ 146. = *I.* 2, 17, 5 (4). *cf. Paul. Coll.* 16, 3, 2 (*Sent.* 4, 8, 2). *D.* 28, 3, 1 (*Pap.* 40). 38, 16, 1 *pr.* (*Ulp.* 2512).

§ 147. = *I.* 2, 17, 6 (5). *cf. Ulp.* 23, 6. 28, 6. *supra* 2, 119 *et ibi citatos.*

§ 148. *cf. Ulp.* 23, 6. 28, 13. *infra* 3, 35 *sq. Paul. Coll.* 16, 3, 1 (*Sent.* 4, 8, 1).

primo uel ex posteriore testamento uel ab intestato iure legitimo heres sit, is potest ab iis hereditatem
92 auocare; si uero nemo | sit alius iure ciuili heres, ipsi retinere hereditatem possunt, nec ullum ius aduersus eos habent cognati, *qui* legitimo iure deficiuntur. 149ª. Aliquando *tamen, sicut su*pra quoque notauimus, etiam legitimis[1] quoque *heredibus* potiores scripti habentur, *ueluti* si ideo *non iure* factum sit testamentum, quod familia non uenierit aut nuncupationis uerba testator locutus non sit; * * * *[2] *si* adgnati petant hereditatem — 150. ——— *vv.* $3\frac{1}{2}$ ———[2] *ea* lege bona caduca fiunt et ad populum deferri iubentur, si defuncto nemo *heres uel bonorum possessor sit.*[3]

151. Potest, ut iure facta testamenta *contraria uoluntate* infirmentur.[4] apparet *autem* non posse *ex eo so*lo *infirma*ri testamentum, quod postea testator id noluerit ualere, usque adeo, ut si linum eius inciderit, nihilo minus iure ciuili ualeat. quin etiam si deleuerit quoque aut combus*serit* tabulas testamenti, non ideo minus[5] desinent ualere, *quae* ibi fuerunt scripta, licet eorum probatio diffi*cilis* sit. 151ª. Quid ergo est? si quis ab intestato bonorum possessionem petieri*t et* is,

1) legitimus V. 2) *sic fere sententiam suppleas:* tum enim, si adgnati petant hereditatem, per exceptionem doli mali ex constitutione imperatoris Antonini summoueri possunt. (*hucusque secundum Hu., sequentia secundum Kruegerum*) § 150. sane lege Iulia scriptis non aufertur hereditas, si bonorum possessores ex edicto constituti sint. nam ita demum ea lege *etc.* 3) heres—sit *suppl. Hu.* 4) infirmetur V. 5) *rectius Gaius scripsisset* magis.

§ 149ª. supra] 2, 120; 121.

§ 150. *cf. Ulp.* 28, 7. *D.* 30, 96, 1 (*Iul.* 553). 1, 5, 26 (*Iul.* 781). *infra* 3, 78.

§ 151. *cf. Paul. Coll.* 16, 3, 1 (*Sent.* 4, 8, 1). *D.* 28, 4, 3 (*Marcell.* 263). 34, 9, 12 (*Pap.* 251). 28, 4, 4 (*Pap.* 533). 29, 1, 36, 3 *et* 34, 4, 22 (*Pap.* 540). 34, 9, 16, 2 (*Pap.* 595). 28, 4, 2 (*Ulp.* 81). 38, 6, 1, 8 (*Ulp.* 1196). 44, 4, 4, 10 (*Ulp.* 1678). 28, 4, 1, 3 (*Ulp.* 2531).

qui ex eo testamento heres *est*, petat *hereditatem*, —— *vv.* $2\frac{1}{4}$ ——[1], | peruenīat hereditas: et hoc ita 93
*re*scripto imperatoris Antonini significatur.

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur aut sui et necessarii aut extranei. 153. Necessarius heres est seruus cum libertate heres institutus, ideo sic appellatus, quia siue uelit siue nolit, omni modo post mortem testatoris protinus liber et heres est. 154. Unde qui facultates suas suspectas habet, solet seruum suum primo aut secundo uel etiam ulteriore gradu liberum et heredem instituere, ut si creditoribus satis non fiat, potius huius heredis quam ipsius testatoris bona ueneant[2], id est, ut ignominia, quae accidit[3] ex uenditione bonorum, hunc potius heredem quam ipsum testatorem contingat; quamquam apud Fufidium Sabino placeat eximendum eum esse ignominia, quia non suo uitio, sed necessitate iuris bonorum uenditionem pateretur; sed alio iure utimur. 155. Pro hoc tamen incommodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae post mortem patroni sibi adquisierit, siue ante bonorum uenditionem siue postea, ipsi reseruentur; et

1) *sic fere sententiam supplet Krueger:* per exceptionem doli mali repelletur. si uero nemo ab intestato bonorum possessionem petierit, populus (*sic Girard*) scripto heredi quasi indigno auferet hereditatem, ne ullo modo ad eum, quem testator heredem habere noluit. *Hu. vestigiis V insistens supplementa (minus probabilia) proposuit haec:* potest eum per exceptionem doli mali repellere, si modo ea mens testatoris fuisse probetur, ut ad eos, qui ab intestato uocantur.

2) ueneantur V. 3) accidit *Lachmann.* accedit V.

§ 152. = *I.* 2, 19 *pr. cf. Gai epit.* 2, 3, 6.

§ 153. = *I.* 2, 19, 1. *cf. Gai epit.* 2, 3, 6. *infra* 2, 157; 160; 188. *Ulp.* 22, 24. *I.* 1, 6, 1. 2, 15 *pr.* = *D.* 28, 6, 36 *pr.* (*Marcian.* 93). *Cod. tit.* 6, 27.

§ 154. = *I.* 2, 19, 1. *cf. infra* 3, 79. 4, 102. *D.* 28, 5, 89 (88) (*Gai.* 2). 42, 8, 23 (*Scaev.* 127). *C. Th.* 2, 19, 3 (*a.* 332). *C.* 7, 71, 6 (*a.* 386). *lex Iul. municip. v.* 117 *sq.* (*Bruns* I⁷, 108). *Cic. pro Quinct.* 15, 49 *sq.*

§ 155. = *I.* 2, 19, 1 *cf. D.* 4, 4, 7, 5 (*Ulp.* 399). 42, 6, 1, 18 (*Ulp.* 1444). etiam saepius] *cf. D.* 42, 3, 4 *pr.* (*Ulp.* 1380). 42, 3, 6 (*Ulp.* 1440). 42, 3, 7 (*Mod.* 101). *C.* 7, 72, 3 (*Gordian.*). 7, 71, 1 (*a.* 223).

quamuis pro portione[1] bona uenierint, iterum ex hereditaria causa bona eius non uenient, nisi si quid ei
94 ex hereditaria causa fuerit adquisitum, | uelut si *ex eo, quod*[2] Latinus adquisierit, locupletior factus sit; cum ceterorum hominum, quorum bona uenierint pro portione, si quid postea adquirant, etiam saepius eorum bona uenire[3] soleant.[4] 156. Sui autem et[5] necessarii heredes sunt uelut filius filiaue, nepos neptisue ex filio *et* deinceps ceteri, qui modo in potestate morientis fuerunt: sed uti nepos neptisue *suus* heres sit, non sufficit eum in potestate aui mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater quoque eius uiuo patre suo desierit suus heres esse aut morte interceptus aut qualibet ratione liberatus potestate; tum enim nepos neptisue in locum sui patris succedunt. 157. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt et uiuo quoque parente quodam modo[6] domini existimantur; unde etiam si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. necessarii uero ideo dicuntur, quia omni modo, *siue* uelint *siue nolint*, *tam* ab intestato quam ex testamento[7] heredes fiunt. 158. Sed his praetor permittit abstinere se ab hereditate, ut potius parentis bona ueneant. 159. Idem iuris est et *in* uxoris persona, quae in manu

1) pro portione *Heise.* propter contractione V. 2) ex eo quod *suppl. Savigny.* 3) uenieri V. 4) soleant *Goeschen.* solent V. 5) ut V. 6) quodam modo] qadmodo V. 7) testat m̃ V.

§§ 156—158. = *I.* 2, 19, 2. *cf. infra* 3, 2. *Gai epit.* 2, 3, 6. *Ulp.* 22, 24. *Paul. Coll.* 16, 3, 6 (*Sent.* 4, 8, 6). *D.* 28, 2, 11 (*Paul.* 1631). 38, 16, 1, 2; 4 (*Ulp.* 2512). *Priscian.* 17, 121 (II 170 *ed. Hertz*). *Plaut. Trin.* 329 = 2, 2, 48. *Plin. Paneg.* 37. *Auson. de herediolo* (*p.* 16 *ed. Peiper*).

§ 158. parentis] *cf. D.* 29, 2, 57 *pr.* (*Gai.* 346). 50, 16. 51 (*Gai.* 349).

§ 159. *cf. infra* 3, 3. *supra* 2, 131. 1, 111. in manu est] *cf. D.* 40, 5, 14 (*Mod.* 325). in nuru] *cf. D.* 50, 16, 50 (*Ulp.* 1402).

est, quia filiae loco est, et in nuru[1], quae in manu filii est, quia neptis loco est. 160. Quin etiam similiter abstinendi potest atem facit praetor etiam ei, qui 95
in causa [id est mancipato] mancipii est, *si* cum libertate[2] heres institutus sit, cum[3] necessarius, non etiam suus heres sit, tamquam seruus. 161. Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur: itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti sicut extranei uidentur; qua de causa et qui a matre heredes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent. serui quoque, qui cum libertate[4] heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur. 162. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est de adeunda hereditate uel non adeunda. 163. Sed siue is, cui abstinendi potestas est, inmiscuerit se bonis hereditariis, siue is, cui[5] de adeunda deliberare licet, adierit, postea relinquendae hereditatis facultatem non habet, nisi si minor sit annorum[6] XXV: nam huius aetatis hominibus[7], sicut in ceteris omnibus causis deceptis, ita etiam si temere damnosam hereditatem susceperint, praetor succurrit scio quidem diuum Hadrianum etiam maiori XXV annorum[6] ueniam dedisse, cum post aditam here-

1) nurus *Hu.* 2) libertate *Hu.* lib. et V. 3) quamuis *Hu.* 4) liberi et V. 5) ui V. 6) ann. V. 7) hominibus permissum est V.

§ 160. *cf. supra* 1, 123; 138. *infra* 3, 114. *D.* 50, 16, 52 (*Ulp.* 1403).

§ 161. = *I.* 2, 19, 3. *cf. Gai epit.* 2, 3, 6. *Ulp.* 22, 25. 26, 7. quia feminae] *cf. supra* 1, 104. *Ulp.* 26, 7. serui quoque] *cf. infra* 2, 188.

§§ 162. 163. = *I.* 2, 19, 5. *cf. Paul.* 3, 4[b], 11. *D. tit.* 28, 8 *et C. tit.* 6, 30 (*de iure deliberandi*). *D.* 29, 2, 11 (*Pomp.* 406). 29, 2, 57, 1 (*Gai.* 346). 29, 2, 87 *pr.* (*Pap.* 644). 29, 2, 12 (*Ulp.* 399). 4, 4, 7, 5; 9 (*Ulp.* 399). 29, 2, 38 (*Ulp.* 1154). 12, 6, 5 (*Ulp.* 2545). *C.* 2, 38 (39), 1 (a. 198). 6, 31, 4 (*a.* 293). nam huius *etc.*] *cf. infra* 4, 57.

ditatem grande aes alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, apparuisset. |

96 164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus uel adeant hereditatem uel, si non adeant, temporis fine summoueantur: ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere. 165. Cum ergo ita scriptum sit: HERES TITIVS ESTO, adicere debemus: CERNITOQVE IN CENTVM DIEBVS PROXVMIS, QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVOD NI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. 166. Et qui ita heres institutus est, si uelit heres esse, debebit intra diem cretionis cernere, id est haec uerba dicere: QVOD ME PVBLIVS MEVIVS[1] TESTAMENTO SVO HEREDEM INSTITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. quod si ita non creuerit, finito tempore cretionis excluditur; nec quicquam proficit, si pro herede gerat, id est, si rebus hereditariis tamquam heres utatur. 167. At is, qui sine cretione heres institutus sit, aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem uocatur, potest aut cernendo aut pro herede gerendo uel etiam nuda uoluntate suscipiendae hereditatis[2] heres fieri: eique liberum est, quocumque tem-

1) Titus V. 2) uel—hereditatis *pro glossemate habet Kniep.*

§ 164. *cf. Ulp.* 22, 27. *Varro de l. l.* 7, 5, 98. *Isid. orig* 5, 24, 15 *sq.* (*Bruns* II⁷, 81). *Cic. de leg. agr.* 2, 15, 40. *Plin. n. h.* 2, 95. *Senec. fgm.* 88 *ed. Haase* III, 434. *C. Th.* 4, 1, 1 (*a.* 426). 8, 18, 8, 1 = *C. Iust.* 6, 30, 17 (*a.* 407).

§ 165. *cf. infra* 2, 171. *Varro de l. l.* 6, 8, 81. *Cic. de orat.* 1, 22, 101.

§ 166. *cf. Ulp.* 22, 25; 26; 28. *Fest. ep. v. crevi p.* 53. *Cons.* 6, 19 (*Cod. Hermog. a.* 294). *I.* 2, 19, 7. *diptycha duo Arsinoitica, quae edidit Seymour de Ricci Nouv. Revue histor.* XXX (1906), 480. 482 (*Bruns* I⁷, 319).

§ 167. *cf. infra* 3, 87. *Ulp.* 22, 25. *I.* 2, 19, 7. *C. Th.* 2, 16, 2, 4 (*a.* 315 *seu* 319). 4, 1, 1 (*a.* 426). *Tit.* 8, 18. *D.* 28, 5, 23, 2 (*Pomp.* 390). 28, 8, 1, 1; 2 (*Ulp.* 1396). 28, 8, 3 (*Ulp.* 1396). 28, 8, 5 *pr.* (*Ulp.* 1397). 28, 8, 8 (*Ulp.* 1407). *C.* 6, 30, 9 (*a.* 293). 6, 30, 10 (*a.* 294).

pore uoluerit, adire hereditatem; *sed* solet praetor postulantibus hereditariis creditoribus tempus constituere, intra quod, si uelit, adeat[1] hereditatem, si minus, ut liceat creditoribus bona[2] defuncti uendere. 168. Si*cut* autem *qui*[3] cum cretione | heres institutus 97
est, nisi creuerit hereditatem, non fit heres, ita non aliter excluditur, quam si non creuerit intra id tempus, quo cretio finita si*t*; itaque licet ante diem cretionis constituerit hereditatem non adire, tamen paenitentia actus[4] superante die cretionis cernendo heres esse potest. 169. At is, qui sine cretione heres institutus est, quiue[5] ab intestato per legem uocatur, sicut uoluntate nuda heres fit, ita et contraria destinatione statim ab hereditate repellitur. 170. Omnis autem cretio certo tempore constringitur. in quam rem tolerabile tempus uisum est centum dierum: potest tamen nihilo minus iure ciuili aut longius aut breuius tempus dari; longius tamen interdum praetor coartat. 171. Et quamuis omnis cretio certis diebus constringatur, tamen alia cretio uulgaris uocatur, alia certorum dierum: uulgaris illa, quam supra exposuimus, id est, in qua adiciuntur[6] haec uerba: QVIBVS SCIET POTERITQVE: certorum dierum, in qua detractis his uerbis cetera scribuntur. 172. Quarum cretionum magna differentia est: nam uulgari cretione data nulli dies

1) uelit adeat] uelint hadeant V. 2) bona *Goeschen.* ũ V. 3) sicut autem qui *Lachmann.* si qui autem V. 4) actus V. *firmat Ulp.* 22, 30. *num* acta? *cf. V. I. R. s.* ago *p.* 315, 11. 5) quique V. 6) dicuntur V.

§ 168. *cf. Ulp.* 22, 30. *supra* 2, 144; 166.

§ 169. *cf. Ulp.* 22, 29. *I.* 2, 19, 7. *D.* 29, 2, 13 *pr.* (*Ulp.* 2479).

§ 170. *cf. D.* 28, 8, 2 (*Paul.* 699). *Cic. ad Att.* 13, 46, 3. 15, 2, 4 (*'diem testamenti' i. e. cretionis spatium*).

§ 171. *cf. Ulp.* 22, 31. *supra* 2, 164; 165. *Cic. ad Att.* 11, 12, 4. *de orat.* 1, 22, 101. *Testam. Dasumii* (*Bruns* I⁷, 304).

§ 172. *cf. Ulp.* 22, 32. *infra* 2, 190.

conputantur, nisi quibus scierit quisque se heredem esse institutum et possit cernere; certorum uero dierum cretione[1] data etiam nescienti[2] se heredem institutum
98 esse numerantur dies con|tinui; item ei quoque, qui aliqua ex causa cernere prohibetur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institutus est, tempus numeratur; unde melius et aptius est uulgari cretione uti. 173. Continua haec cretio uocatur, quia continui dies numerantur; sed quia tamen dura est haec cretio, altera magis in usu[3] habetur; unde etiam uulgaris dicta est.[4]

[De substitutionibus.] 174. Interdum duos pluresue gradus heredum facimus, hoc modo: L. TITIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS *CENTVM* PROXIMIS, QVIBVS SCIES POTERISQVE. QVOD NI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVM MEVIVS[5] HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM et reliqua; et deinceps in quantum uelimus, substituere possumus. 175. Et licet nobis uel unum in unius locum substituere pluresue, et contra in plurium locum uel unum uel plures substituere. 176. Primo itaque gradu scriptus heres hereditatem cernendo fit heres, et substitutus excluditur; non cernendo summouetur, etiamsi pro herede gerat, et in locum eius substitutus succedit; et deinceps si plures

1) cretione *Goeschen.* cretio V. 2) nescienti *Goeschen.* nesciente V. 3) magis in usu *Goeschen.* minus V. 4) *Hu. proponit:* . . . tempus numeratur; unde *etiam* continua haec cretio uocatur, quia continui dies numerantur. [sed] quia tamen dura est haec cretio, melius et aptius est uulgari cretione uti *eaque magis quam* altera in usu habetur, unde etiam uulgaris dicta est. *alii alia temptaverunt.* 5) Maeuius V.

§ 174. *cf. Ulp.* 22, 33. *Gai epit.* 2, 4 *pr.*; 1. *I.* 2, 15 *pr.* = *D.* 28, 6, 36 *pr.* (*Marcian.* 93). *D.* 28, 6, 1 *pr.*; 1 (*Mod.* 100). *Paul.* 3, 4[b], 4. *Cic. ad Att.* 15, 2, 4. *Tac. ann.* 1, 8. *Suet. Aug* 101. *Appian. b. c.* 2, 143. *Isid. orig.* 9, 5, 2.

§ 175. *cf. I.* 2, 15, 1 = *D.* 28, 6, 36, 1 (*Marcian.* 93).

§ 176. *cf. supra* 2, 168.

gradus sint, in singulis simili ratione idem contingit. 177. Sed si cretio sine exheredatione sit data, id est in[1] haec uerba: SI NON CREVERIS[2], TVM PVBLIVS MEVIVS HERES ESTO, illud diuersum inuenitur[3], quod[4] si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutum in partem admittit, et fiunt ambo aequis partibus | heredes; quod si neque cernat neque pro herede gerat, 99
tum sane in uniuersum[5] summouetur, et substitutus in totam hereditatem succedit. 178. Sed Sabino quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo heres fieri possit prior, etiamsi pro herede gesserit, non tamen admitti substitutum; cum uero cretio finita sit, tum pro herede gerentem admittere[6] substitutum: aliis uero placuit etiam superante cretione posse eum pro herede gerendo in partem substitutum admittere et amplius ad cretionem reuerti non posse.

179. Liberis nostris inpuberibus, quos in potestate habemus, non solum ita, ut supra diximus, substituere possumus[7], id est, ut si heredes non extiterint, alius nobis heres sit; sed eo amplius ut, etiamsi heredes nobis extiterint et adhuc inpuberes mortui fuerint, sit iis aliquis heres, uelut hoc modo: TITIVS FILIVS MEVS MIHI HERES ESTO. SI FILIVS MEVS MIHI *HERES NON ERIT, SIVE HERES MIHI* ERIT ET IS[8] PRIVS MORIATVR QVAM IN SVAM TVTELAM VENERIT, TVNC[9] SEIVS HERES ESTO. 180. Quo casu si quidem non extiterit heres

---

1) si V. 2) crerit V. 3) inuenit V. 4) quia V. 5) uniuerso V. 6) gerentem admittere *Hu.* gerente (?) admittit V. 7) possimus V. 8) hic *litteris pallidis* V. *fuitne* his (= is)? 9) tunc esto V.

---

§§ 177. 178. *cf. Ulp.* 22, 34. *D.* 28, 5. 41 (40) (*Iul.* 440).

§ 179. = *I.* 2, 16 *pr. cf. Ulp.* 23, 7. *Gai epit.* 2, 4, 2. *D.* 28, 6, 2 *pr.* (*Ulp.* 2469). *Hor. sat.* 2, 5, 48 *sq.*

§ 180. = *I.* 2, 16 *pr.*; 2. duo quodam modo sunt testamenta] *cf. D.* 37, 11, 8, 4 (*Iul.* 387). 35, 2, 79 (*Gai.* 320). 28, 6, 20, 1 (*Ulp.* 2547). 35, 3, 1, 1 (*Ulp.* 1711). aut certe unum

filius, substitutus patris[1] fit heres; *si uero* heres extiterit filius et ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus. quam ob rem duo quodam modo
100 sunt testamenta, | aliud patris, aliud filii, tamquam si ipse filius sibi heredem instituisset; aut certe unum est testamentum duarum hereditatum. 181. Ceterum ne post obitum parentis periculo insidiarum subiectus uideretur[2] pupillus, in usu est uulgarem quidem substitutionem palam facere, id est eo loco, quo pupillum heredem instituimus; *nam* uulgaris substitutio ita uocat ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non extiterit; quod accidit, cum uiuo parente moritur, quo casu nullum substituti maleficium suspicari possumus, cum scilicet[3] uiuo testatore omnia, quae in testamento scripta sint, ignorentur: illam[4] autem substitutionem, per quam, etiamsi[5] heres extiterit pupillus et intra pubertatem decesserit, substitutum uocamus, separatim in inferioribus tabulis scribimus easque tabulas proprio lino propriaque cera consignamus et in prioribus tabulis cauemus, ne inferiores tabulae uiuo filio et adhuc inpubere aperiantur. sed longe tutius est utrumque genus substitutionis separatim in inferioribus tabulis consignari, quia si ita[6] consignatae uel separatae fuerint substitutiones, ut diximus, ex[7] priore potest intellegi in altera[8] quoque idem esse
101 substitutus. | 182. Non solum autem[9] heredibus insti-

1) patri *Inst.* 2) uideatur *Goeschen.* 3) scilicet et V. 4) at illa V. 5) si etiam V. 6) quia si ita] quaesita V. 7) et V. 8) altera alter V. 9) aut V.

est testamentum *etc.*] *cf. D.* 42, 5, 28 (*Iav.* 75). 29, 3, 11 (*Gai.* 463). 35, 2, 11, 5 *in fin.* (*Pap.* 353). 28, 6, 2, 4 (*Ulp.* 2469). 28, 6, 20 *pr.* (*Ulp.* 2547). 18, 4, 2, 2 (*Ulp.* 2962). 28, 6, 38, 3 (*Paul.* 1895).

§ 181. *cf. Gai epit.* 2, 4, 2. *I.* 2, 16, 3 *cum Theoph.* (*p.* 188 *Ferr.*). *D.* 29, 3, 8 (*Ulp.* 1224).

§ 182. = *I.* 2, 16, 4. *cf. Ulp.* 23, 8. *D.* 28, 6, 6 (*Clem.* 11). 28, 6, 10, 4 *sq.* (*Ulp.* 2456). 28, 6, 1, 2 (*Mod.* 100).

tutis inpuberibus liberis ita substituere possumus[1], ut si ante pubertatem mortui fuerint, sit is heres, quem nos uoluerimus, sed etiam exheredatis: itaque eo casu si quid pupillo ex hereditatibus legatisue aut donationibus propinquorum adquisitum fuerit, id omne ad[2] substitutum pertinet. 183. Quaecumque diximus de substitutione inpuberum liberorum uel heredum institutorum uel exheredatorum, eadem etiam de postumis intellegemus.[3] 184. Extraneo uero[4] heredi instituto ita substituere non possumus[5], ut si heres extiterit et intra aliquod tempus decesserit, alius ei heres sit; sed hoc solum nobis permissum est, ut eum per[6] fideicommissum obligemus, ut hereditatem nostram totam uel *ex* parte restituat; quod ius quale sit, suo loco trademus.

185. Sicut autem liberi homines, ita et serui tam nostri quam alieni heredes scribi possunt. 186. Sed noster seruus simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo: STICHVS SERVVS MEVS LIBER HERESQVE ESTO, uel: HERES LIBERQVE ESTO.[7] 187. Nam si sine libertate heres institutus sit, etiamsi postea manumissus fuerit a domino, heres esse non potest, quia institutio in persona eius[8] non constitit[9]; ideoque licet alienatus sit, non potest iussu domini noui cernere hereditatem. 188. Cum libertate uero heres | institutus 102

1) possimus V. 2) ab V. 3) *num* dicta intellegemus? 4) uero uel filio puberi *Inst.* 5) possum V. 6) pro V. 7) ē esto V. 8) persona eius] personae V. 9) constit V.

§ 183. = *I.* 2, 16, 4. *cf. D.* 48, 19, 39 (*Tryph.* 40). 28, 6, 2 *pr.* (*Ulp.* 2469). 28, 6, 46 (*Paul.* 1552). *Cic. p. Cluent.* 11, 32. *de orat.* 1, 39, 180. 2, 32, 141. *de inv.* 2, 21, 62. 2, 42, 122.

§ 184. = *I.* 2, 16, 9. *cf. Gai epit.* 2, 4, 3. *D.* 28, 6, 7 (*Pap.* 554). 28, 6, 41, 3 (*Pap.* 558). *C.* 6, 26, 5 (*a.* 290). suo loco] 2, 277 *sq.*

§§ 185. 186. *cf. I.* 2, 14 *pr.* *Ulp.* 22, 7. *Paul.* 3, 4[b], 7. *supra* 2, 153. 1, 21; 123.

§ 187. *cf. Ulp.* 22, 12 *i. f.*

§§ 188. 189. = *I.* 2, 14, 1. *cf. Ulp.* 22, 11—13.

si quidem in ea*dem* causa durauerit, fit ex testamento liber et inde necessarius heres: si uero ab ipso testatore manumissus fuerit, suo arbitrio hereditatem adire potest; quod si alienatus sit, iussu noui domin*i* adire hereditatem debet, qua ratione per eum dominus fit heres: nam ipse neque heres neque liber esse potest. 189. Alienus quoque seruus heres institutus, si in eadem causa durauerit, iussu domini hereditatem adire debet; si uero alienatus ab eo fuerit aut uiuo testatore aut post mortem eius, antequam cernat, debet iussu noui domini cernere: si uero manumissus est, suo arbitrio adire hereditatem potest. 190. Si autem seruus alienus heres institutus est uulgari cretione data, ita *intelle*gitur dies cretionis cedere, si ipse seruus scierit se heredem institutum esse nec ullum impedimentum sit, quo minus certiorem dominum faceret, ut illius iussu cernere possit.

191. Post haec uideamus de legatis. quae pars iuris extra propositam quidem materiam uidetur: nam loquimur de his iuris figuris, quibus per[1] uniuersitatem res nobis adquiruntur: sed cum omni modo de testamentis deque heredibus, qui testamento instituuntur[2], locuti
103 sumus, non sine causa sequenti loco | poterit haec iuris materia tractari.

[De legatis.]

192. Legatorum itaque genera sunt quattuor: aut enim per uindicationem legamus aut per damnationem aut sinendi modo aut per praeceptionem.

1) pro V. 2) instituunt V.

§ 188. *cf. supra* 2, 153. *D.* 28, 5, 9, 16 *sq.* (*Ulp.* 2465). 28, 5, 52 (51) (*Marcian.* 247).

§ 189. *cf. infra* 2, 245. *D.* 29, 2, 62, 1 (*Iav.* 166). 37, 11, 2, 9 (*Ulp.* 1147). 28, 8, 1 *pr.* (*Ulp.* 1396).

§ 190. *cf. supra* 2, 172. *D.* 38, 15, 5 (*Marcell.* 125).

§ 191. = *I.* 2, 20 *pr. cf. supra* 2, 97.

§ 192. *cf. Gai epit.* 2, 5 *pr. I.* 2, 20, 2. *Ulp.* 24, 2.

193. Per uindicationem hoc modo legamus: TITIO uerbi gratia HOMINEM STICHVM DO LEGO; sed *et* si alterum uerbum positum sit, ueluti DO aut LEGO, aeque per uindicationem legatum est: item, ut magis *uisum* est, *et* si ita legatum fuerit: SVMITO uel ita: SIBI HABETO *uel* ita: CAPITO, aeque per uindicationem legatum est. 194. Ideo *au*tem per uindicationem legatum appellatur, quia post aditam hereditatem statim ex iure Quiritium res legatarii fit; et si eam rem legatarius uel ab herede uel ab alio quocumque, qui eam possidet, petat, uindicare debet, id est intendere suam rem ex iure Quiritium esse. 195. In eo solo dissentiunt prudentes, quod Sabinus quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores, quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem putant fieri legatarii, etiamsi ignoret sibi legatum esse[1], sed[2] postea quam scierit et spreuerit[3] legatum, proinde esse atque si legatum non esset; Nerua uero et Proculus ceterique illius scholae auctores non aliter putant rem legatarii fieri, quam si uoluerit eam ad se pertinere: sed hodie ex diui Pii Antonini | constitutione hoc magis iure uti uide- 104

1) esse *Hu.* esse dimissum V. 2) et V. 3) spreuerit *Niebuhr.* V *lectio incerta.*

§ 193. *cf. Gai epit.* 2, 5, 1. *Ulp.* 24, 3. *Paul.* 3, 6, 6. *supra* 1, 149. *Fr. Vat.* 47 (*Paul.* 985). 57 (*Paul.* 996). 64 = *D.* 7, 4, 3 (*Ulp.* 2551). 83 = *D.* 7, 2, 3, 2 (*Ulp.* 2566). 87 (*Ulp.* 2570). *D.* 33, 5, 20 (*Lab. ap. Iav.* 179). 32, 29, 4 (*Lab. ap. Iav.* 171). 32, 100, 2 (*Iav.* 173). 32, 79, 1 (*Cels.* 160). 30, 81, 2 *et* 40, 4, 15 (*Iul.* 458). 30, 84, 12 (*Iul.* 478). 33, 7, 15 *pr.* (*Pomp.* 490). 30, 65 *pr.*; 1 (*Gai.* 14). 31, 88, 3; 8 (*Scaev.* 258). 32, 91, 3 (*Pap.* 572). *Serv. ad Aen.* 5, 533.

§ 194. *cf. Gai epit.* 2, 5, 1. *Theoph.* 2, 20, 2 (*p.* 206 *Ferr.*). *infra* 2, 204. *D.* 30, 69 *pr.* (*Gai.* 16). intendere *etc.*] *cf. infra* 4, 41.

§ 195. *cf. Paul.* 3, 6, 7. *D.* 30, 81, 6 (*Iul.* 461). 30, 86, 2 (*Iul.* 489). 8, 6, 19, 1 (*Pomp.* 770). Nerua *etc.*] *cf. D.* 31, 20 (*Cels.* 158). 47, 2, 65 (64) (*Ner.* 7). 30, 65, 1 (*Gai.* 14). 35, 1, 69 (*Gai.* 469). *infra* 2, 200. Latinus] *cf. Plin. ad Trai.* 107.

mur[1], quod Proculo placuit; nam cum legatus fuisset Latinus per[2] uindicationem coloniae, 'Deliberent', inquit, 'decuriones, an ad se uelint pertinere, proinde ac si uni legatus esset'. 196. *Eae* autem solae res per uindicationem legantur recte, quae ex iure Quiritium ipsius testatoris sunt; sed eas quidem res, quae pondere, numero, mensura constant, placuit sufficere, si mortis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, ueluti uinum, oleum, frumentum, pecuniam numeratam; ceteras res uero placuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo faceret testamentum, et quo moreretur; alioquin inutile est legatum. 197. Sed sane hoc ita est iure ciuili. postea uero auctore Nerone Caesare senatus consultum factum est, quo[3] cautum est, ut si eam rem quisque legauerit, quae eius numquam fuerit, proinde utile sit legatum, atque si optimo iure relictum esset. optumum autem ius est per damnationem legati[4], quo genere etiam aliena res legari potest, sicut inferius apparebit. 198. Sed si quis rem suam legauerit, deinde post testamentum factum eam alienauerit, plerique putant non solum iure ciuili inutile esse legatum, sed nec ex se-
105 natus consulto confirmari. quod ideo dictum | est, quia et si per damnationem aliquis rem suam legauerit eamque postea alienauerit, plerique putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legatarium petentem posse per exceptionem doli mali repelli, quasi contra uoluntatem defuncti petat. 199. Illud constat, si duo-

1) uideuidemur V. 2) pro V. 3) quod V. 4) legatum V.

§ 196. *cf. infra* 2, 222. *Gai epit.* 2, 5, 1; 3. *Ulp.* 24, 7. *D.* 30, 22 (*Pomp.* 442). 30, 21 (*Ulp.* 2537).

§ 197. *cf. Ulp.* 24, 11[a]. *Fr. Vat.* 85 (*Ulp.* 2569). inferius] 2, 202.

§ 198. *cf. I.* 2, 20, 12. *Paul.* 3, 6, 16.

§ 199. *cf. Gai. epit.* 2, 5, 1; 4, 5. *Ulp.* 24, 12. *infra* 2, 206.

bus pluribusue per uindicationem eadem res legata sit, siue coniunctim siue disiunctim, et omnes ueniant ad legatum, partes ad singulos pertinere et deficientis portionem collegatario adcrescere. coniunctim autem ita legatur: TITIO ET SEIO HOMINEM STICHVM DO LEGO; disiunctim ita: LVCIO TITIO HOMINEM STICHVM[1] DO LEGO. SEIO EVNDEM HOMINEM DO LEGO. 200. Illud quaeritur, quod sub condicione per uindicationem legatum est, pendente condicione cuius esset: nostri praeceptores heredis esse putant exemplo statuliberi, id est eius serui, qui testamento sub aliqua condicione liber esse iussus est, quem constat interea[2] heredis seruum esse; sed diuersae[3] scholae auctores putant nullius interim eam[4] rem esse; quod multo magis dicunt de eo, quod sine condicione pure legatum est, antequam legatarius admittat legatum.

201. Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEVS STICHVM[5] SERVVM MEVM DARE[6] DAMNAS ESTO; sed et si DATO | scriptum fuerit, per damnationem 106
legatum est. 202. Eoque genere legati etiam aliena res legari potest, ita ut heres *rem* redimere et prae-

1) istichum V. 2) interex V. 3) diuerso V. 4) ea V. 5) isticum V. 6) darem V. dare L. Titio *Hu.*

Paul. 3, 6, 26. *I.* 2, 20, 8. *D.* 32, 80 (*Cels.* 249). 35, 1, 30 (*Iul.* 848). 30, 16 *pr.*; 2 (*Pomp.* 440). 7, 2, 1, 3 = *Fr. Vat.* 77 (*Ulp.* 2563). 30, 33 (*Paul.* 1429). 30, 85 (*Paul.* 1181). 50, 16, 142 (*Paul* 966). 7, 9, 8 *i. f.* (*Paul.* 815). *C.* 6, 51, 1, 11 (*a.* 534).

§ 200. *cf. supra* 2, 195. *Ulp.* 2, 1; 2. *D.* 35, 1, 105 (*Pomp.* 187). 40, 9, 29, 1 (*Gai.* 478). 8, 6, 11, 1 (*Marcell.* 34). 10, 2, 12, 2 (*Ulp.* 652). 29, 5, 1, 4 (*Ulp.* 1235). 40, 7, 9 *pr.* (*Ulp.* 2701) 40, 7, 16 (*Ulp.* 2373). quod sine condicione] *cf. D.* 31, 80 (*Pap.* 44). 30, 44, 1 (*Ulp.* 2627).

§ 201. *cf. Gai epit.* 2, 5, 2. *Ulp.* 24, 4. *Theoph.* 2, 20, 2 (*p.* 206 *Ferr.*). *Serv. ad Aen.* 12, 727. *Agroecius Gramm. Lat. ed Keil* VII, 120, 16. *C. I. L.* 6, 10229 *l.* 125 (*Bruns* I[7], 308). dato] *cf. ex. gr. Cic. de inv* 2, 40, 116. *V. I. R.* II, 297, 42.

§ 202. *cf Gai epit.* 2, 5, 2. *Ulp.* 24, 8. *supra* 2, 197. *I.* 2, 20, 4. *D* 32, 30, 3 (*Lab. ap. Iav.* 172). 35, 2, 61 (*Iav.* 91). 30, 71, 3 (*Ulp.* 1246; *cf. infra* 4, 9).

stare aut aestimationem eius dare debeat. 203. Ea quoque res, quae in rerum natura non est, si modo futura est, per damnationem legari potest, uelut fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. 204. Quod autem ita legatum est, post aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut per uindicationem legatum, continuo legatario adquiritur, sed nihilo minus heredis est: et ideo legatarius in personam agere debet, id est intendere heredem sibi dare oportere, et tum heres *rem*, si mancipi sit, mancipio dare aut in iure cedere possessionemque tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit, si tradiderit. nam si mancipi rem tantum tradiderit nec mancipauerit, usucapione *demum*[1] pleno iure fit legatarii. completur autem usucapio, sicut alio quoque loco diximus, mobilium quidem rerum anno, earum uero, quae solo teneantur, biennio. 205. Est et illa differentia huius *et* per uindicationem legati, quod si eadem res duobus pluribusue per damnationem[2] legata sit, si quidem coniunctim, plane singulis partes debentur, sicut in per uindicationem legato diximus[3]; *si uero* disiunctim, sin-
107 gulis solida debetur[4]; ita fit, | ut scilicet heres alteri rem, alteri aestimationem eius praestare debeat; et in coniunctis deficientis portio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate remanet.[5]

1) usucapione demum *Goeschen.* usucapionem V. 2) damni contractionem V. 3) in per uindicationem legato diximus *Kalb, Juristenlatein*[2] *p.* 52. in illo uindicaii * * * * * * V. 4) solida debetur] solidae deuentur V. 5) remanetur V.

§ 203. = *I.* 2, 20, 7. *cf. Gai epit.* 2, 5, 3. *D.* 30, 24 *pr.* (*Pomp.* 444). 35, 1, 1, 3 (*Pomp.* 229). 32, 17 *pr.* (*Marcian.* 9). 33, 6, 13 (*Ulp.* 2651).

§ 204. *cf. supra* 2, 194; 41; 42; 44; 54. *infra* 2, 213. *D.* 30, 82, 1 (*Iul.* 475). alio loco] 2, 44.

§ 205. *cf. Gai epit.* 2, 5, 4; 5. *supra* 2, 199. *Ulp.* 24, 13. *Fr. Vat.* 85 (*Ulp.* 2569). 87 = *D.* 7, 2, 8 (*Ulp.* 2570). *D.* 30, 84, 8 (*Iul.* 478). 30, 82, 5 (*Iul.* 475). 30, 16 *pr.* (*Pomp.* 440).

206. Quod autem diximus deficientis portionem *in* per damnationem quidem legato in hereditate retineri[1], in per uindicationem uero collegatario accrescere, admonendi sumus ante legem Papiam *hoc* iure ciuili ita fuisse; post legem uero Papiam deficientis portio caduca fit et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent. 207. Et quamuis prima causa sit in caducis uindicandis heredum liberos habentium, deinde si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium, tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiamsi liberos habebunt. 208. Sed plerisque placuit, quantum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constituitur, nihil interesse, utrum per uindicationem an per damnationem legatum sit.

209. Sinendi modo ita legamus: HERES MEVS DAMNAS[2] ESTO SINERE LVCIVM TITIVM HOMINEM STICHVM SVMERE SIBIQVE HABERE. 210. Quod genus legati plus quidem habet *quam* per[3] uindicationem legatum, minus autem quam per damnationem[4]: nam eo modo non solum suam rem | testator utiliter legare potest, sed 108
etiam heredis sui, cum alioquin per uindicationem nisi suam rem legare non potest, per damnationem autem

1) retinere V. 2) dare damnas V. 3) pro V. 4) damnaconnem V.

31, 13, 1 (*Pomp.* 359). 31, 88, 6 (*Scaev.* 258). 31, 7 (*Paul.* 1153).

§§ 206. 207. *cf. supra* 2, 199; 205. *infra* 2, 286. *Ulp.* 24, 12; 13. 17, 2. 18. 19, 17. 1, 21. 25, 17. *Fr. de iur. fisci* § 3 (*Iurispr.* II 177). *Fr. Vat.* 195 (*Ulp.* 2109). *D.* 32, 80 (*Cels.* 249). 35, 1, 26 (*Iul.* 816). 28, 6, 5 (*Gai* 450). 32, 89 *et* 50, 16, 142 (*Paul.* 966). 31, 7 (*Paul.* 1153). *Iuven.* 9, 87 *sq. Tac. ann.* 3, 28. *Isid. Orig.* 5, 15, 1.

§ 209. *cf. Gai epit.* 2, 5, 6. *Ulp.* 24, 5. *Excerpt. Prob. Einsidl.* 40 (*Iurispr.* I 90). *Theoph.* 2, 20, 2 (*p.* 207 *Ferr.*). *D.* 32, 30, 1 (*Lab. ap. Iav.* 172). 33, 5, 20 (*Lab. ap. Iav.* 179). 33, 1, 2 (*Pomp.* 501). 50, 16, 164, 2 (*Ulp.* 2543).

§ 210. *cf. Gai epit.* 2, 5, 6. *Ulp.* 24. 10; 8. *Paul.* 3, 6, 11

cuiuslibet extranei rem legare potest. 211. Sed si quidem mortis testatoris tempore res uel ipsius testatoris sit uel heredis, plane utile legatum est, etiamsi testamenti faciendi tempore neutrius fuerit. 212. Quod si post mortem testatoris ea res heredis esse coeperit, quaeritur, an utile sit legatum: et plerique putant inutile esse. quid ergo est? licet aliquis eam rem legauerit, quae neque eius umquam fuerit neque postea heredis eius umquam esse coeperit, ex senatus consulto Neroniano proinde uidetur, ac si per damnationem relicta esset. 213. Sicut autem per damnationem legata res non statim post aditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet heredis eo usque, donec is[1] tradendo uel mancipando uel in iure cedendo legatarii eam fecerit, ita et in sinendi modo legato iuris est; et ideo huius quoque legati nomine in personam actio est QVIDQVID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE FACERE OPORTET. 214. Sunt tamen, qui putant ex hoc legato non uideri obligatum heredem, ut mancipet aut in
109 iure cedat | aut tradat, sed sufficere, ut legatarium rem sumere patiatur; quia nihil ultra ei testator imperauit, quam ut sinat, id est patiatur, legatarium rem sibi habere. 215. Maior illa dissensio in hoc legato interuenit, si eandem rem duobus pluribusue disiunctim legasti; quidam putant utrisque[2] solidam deberi, sicut per *damna*tionem[3]: nonnulli occupantis esse meliorem condicionem aestimant, quia, cum eo genere legati damnetur heres patientiam praestare, ut legatarius rem habeat, sequitur, ut si priori patientiam praestiterit

1) is heres V. 2) utrique *Polenaar.* 3) damnationem *Goeschen.* uindicationem V. *Kniep inter* per *et* uindicationem *inserit:* damnationem legatam, alii partes ad singulos pertinere sicut in legato per.

§§ 211. 212. *cf. Gai epit.* 2, 5, 6. *Fr. Vat.* 85 (*Ulp.* 2569).
§ 213. *cf. supra* 2, 204. QVIDQVID *etc.*] *cf. infra* 4, 41.
§ 214. *cf. Gai epit.* 2, 5, 6. *infra* 2, 280. *D.* 19, 2, 29 (*Alf.* 27). 34, 3, 16 (*Paul.* 1172).
§ 215. *cf. D.* 33, 2, 14 (*Cels.* 153). *C.* 6, 51, 1, 11 (*a.* 534).

et is rem sumpserit, securus[1] sit aduersus eum, qui postea legatum petierit, quia neque habet rem, ut patiatur eam ab eo sumi, neque dolo malo fecit, quo minus eam rem haberet.

216. Per praeceptionem hoc modo legamus: LVCIVS TITIVS HOMINEM STICHVM PRAECIPITO. 217. Sed nostri quidem praeceptores nulli alii eo modo legari posse putant nisi ei, qui aliqua ex parte heres scriptus esset.[2] praecipere enim esse praecipuum sumere; quod tantum in eius persona[3] procedit, qui aliqua ex parte heres institutus est, quod is extra portionem hereditatis praecipuum legatum habiturus sit. 218. Ideoque si extraneo legatum fuerit, inutile est legatum, adeo ut Sabinus | existimauerit ne quidem ex *senatus* consulto[4] 110
Neroniano posse conualescere: 'nam eo', inquit, 'senatus consulto ea tantum confirmantur, quae uerborum uitio iure ciuili non ualent, non quae propter ipsam personam legatarii non deberentur'. sed Iuliano et Sexto placuit etiam hoc casu ex senatus consulto confirmari legatum; nam ex uerbis etiam hoc casu accidere, ut iure ciuili inutile sit legatum, inde[5] manifestum esse[6], quod eidem aliis uerbis recte legaretur[7], uelut per[8] uindicationem, per[9] damnationem, sinendi modo; tunc

---

1) secuturus V. 2) esset *Heffter.* esse V. sit *Hu.* 3) personam V. 4) ex senatus consulto] exc̄oc V. 5) inde *Goeschen.* unde V. 6) esse *Goeschen.* est V. 7) legatur V. 8) pro V. 9) et per V.

---

§ 216. *cf. Ulp.* 24, 6. *Theoph.* 2, 20, 2 (*p.* 207 *Ferr.*). *Excerpt. Prob. Einsidl.* 41 (*Iurispr.* I 90). *D.* 31, 88 *pr.*; 1; 2; 3 (*Scaev.* 258). 31, 89 *pr.* (*Scaev.* 278). 33, 7, 27, 3 (*Scaev.* 56). 31, 77, 19 (*Pap* 599). 32, 92 *pr.* (*Paul.* 1554). *C. I. L.* VI 10230 *l.* 8 (*Bruns* I⁷, 327).

§ 217. *cf. Gai epit.* 2, 5, 7. *D.* 32, 32 (*Scaev.* 42). 31, 75, 1 (*Pap.* 560). 34, 1, 10 *pr.* (*Pap.* 615). 30, 17, 2 (*Ulp.* 2534). *Suet. Galb.* 5. *Plin. ep.* 5, 7.

§ 218. *cf. Ulp.* 24, 11ª. *Fr. Vat.* 85 (*Ulp.* 2569). *D.* 30, 18 (*Iul.* 451). peregrino] *cf. infra* 2, 285.

autem uitio personae legatum non ualere, cum ei legatum sit, cui nullo modo legari possit uelut peregrino, cum quo testamenti factio non sit. quo plane casu senatus consulto locus non est. 219. Item nostri praeceptores, quod ita legatum est, nulla *alia* ratione putant posse consequi eum[1], cui ita fuerit legatum, quam[2] iudicio familiae erciscundae, quod inter heredes de hereditate erciscunda, id est diuidunda, accipi solet: officio enim iudicis id contineri, ut ei, quod per praeceptionem legatum est, adiudicetur. 220. Unde intellegimus nihil aliud secundum nostrorum praeceptorum opinionem per praeceptionem legari posse, nisi quod testatoris sit. nulla enim alia res quam hereditaria deducitur in hoc iudicium. itaque si non suam rem
111 eo modo testator legauerit, | iure quidem ciuili inutile erit legatum, sed ex senatus consulto confirmabitur. aliquo[3] tamen casu etiam alienam rem *per* praeceptionem legari posse fatentur: ueluti si quis eam rem legauerit, quam creditori fiduciae causa mancipio dederit; nam officio iudicis coheredes cogi posse existimant soluta pecunia luere[4] eam rem, ut possit praecipere is[5], cui ita legatum sit. 221. Sed diuersae scholae[6] auctores putant etiam extraneo per praeceptionem legari posse, proinde ac si ita scribatur: TITIVS HOMINEM STICHVM CAPITO, superuacuo adiecta PRAE syllaba; ideoque per uindicationem e*am rem* legatam uideri: quae sententia dicitur diui Hadriani consti-

1) cum V. 2) quod V. 3) aliquod V. 4) soluta pecunia luere *Lachmann.* solutam pecuniam soluere V. 5) praecipere is *Goeschen.* percipere ei V. 6) sed diuersae scholae] et diuelse soles V.

§ 219. *cf. Theoph.* 2, 20, 2 (*p.* 207 *Ferr.*). *Paul.* 3, 6, 1. *D.* 10, 2, 22, 1 (*Ulp.* 635). 30, 17, 2 (*Ulp.* 2534).

§ 220. *cf. Ulp.* 24, 11. *D.* 10, 2, 28 (*Gai.* 195). *C.* 6, 42, 6 (*a.* 224). ex senatus consulto] *cf. supra* 2, 197. fiduciae] *cf. supra* 2, 60.

tutione[1] confirmata esse. 222. Secundum hanc igitur opinionem, si ea res ex iure Quiritium defuncti fuerit, potest[2] a legatario uindicari, siue is unus ex heredibus sit siue extraneus; quod si in bonis tantum testatoris fuerit, extraneo quidem ex senatus consulto utile erit legatum, heredi uero familiae herciscundae iudicis officio praestabitur; quod si nullo iure fuerit testatoris, tam heredi quam extraneo ex senatus consulto utile erit. 223. Siue tamen heredibus secundum nostrorum opinionem siue etiam extraneis secundum illorum opinionem duobus pluribusue eadem res coniunctim aut disiunctim legata fuerit, singuli | partes habere debent. 112

[Ad legem Falcidiam. Ꝑ] 224. Sed olim quidem licebat totum patrimonium legatis atque libertatibus erogare nec quicquam heredi relinquere praeterquam inane nomen heredis; idque lex XII tabularum permittere uidebatur, qua cauetur, ut quod quisque de re sua testatus esset, id ratum haberetur, his uerbis: 'VTI LEGASSIT[3] SVAE REI[4], ITA IVS ESTO'. qua de causa[5], qui scripti heredes erant, ab hereditate se abstinebant, et idcirco plerique intestati moriebantur. 225. Itaque lata est lex Furia, qua[6] exceptis personis quibusdam

1) constitutionem V. 2) posse V. 3) legasset V. 4) res V. 5) qua de causa *Kalb.* quaae V. 6) quae V.

§ 222. *cf. supra* 2, 40; 196; 197.

§ 223. *cf. Gai epit.* 2, 5, 7. *C.* 6, 51, 1, 11 (*a.* 534).

§ 224. *cf. I.* 2, 22 *pr. cum Theoph.* (*p.* 232 *Ferr.*). *XII tab.* 5, 3 (*Bruns* I[7], 23). *Ulp.* 11, 14. *D.* 50, 16, 120 (*Pomp.* 248). 50, 16, 53 *pr.* (*Paul.* 721). *Nov.* 22, 2 *pr. Rhet. ad Her.* 1, 13, 23. *Cic. de inv.* 2, 50, 148.

§ 225. *cf. I.* 2, 22 *pr. cum Theoph.* (*p.* 233 *Ferr.*). *infra* 4, 23; 109. *Ulp.* 1, 2. 28, 7. *Fr. Vat.* 301 (*Paul.* 796). *Varro libro III de vita pop. Rom.:* Plebisque scito cautum, ne qui legaret caussaue mortis donaret supra assis mille, *quod fragmentum ex Calpurnii Pisonis libro II de Continentia Veterum Poetarum attulit Paulus Merula in editione Annalium Ennii* (*Lugd. Batav.* 1595) *atque inde receptum est in Varronis editionem a Popma curatam et in Bipontinam* (*a.* 1788, *p.* 247),

ceteris plus mille assibus legatorum nomine mortisue causa capere permissum non est. sed et haec lex non perfecit, quod uoluit: qui enim uerbi gratia quinque milium aeris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis millenos asses legando totum patrimonium erogare. 226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisue causa capere liceret, quam heredes caperent.[1] ex qua lege plane quidem aliquid utique heredes habere uidebantur; sed tamen fere uitium simile nascebatur.[2] nam in multas legatariorum personas distributo patrimonio poterat *testator* adeo heredi minimum relin-
113 quere, ut non expediret heredi huius lucri gra|tia totius hereditatis onera sustinere. 227. Lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus ei legare liceat quam dodrantem: itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat: et hoc nunc[3] iure utimur. 228. In libertatibus quoque dandis nimiam licentiam conpescuit lex Fufia Caninia, sicut in primo conmentario rettulimus.

1) caperentur V. 2) nascebantur V. 3) nec V.

fictum esse videtur. cf. Lawicki, de Fraude Pauli Merulae Ennianorum Annalium editoris (Bonn. 1852) et Kettner, M. Terenti Varronis de vita populi Romani quae exstant (Halis 1863) p. 40. Cic. in Verr. 2, 1, 42, 109 cum Ps. Asc. (p. 190 B.). pro Balb. 8, 21.

§ 226. *cf. I. 2, 22 pr. cum Theoph. (p. 233 Ferr.).* lex Voconia] *a. u. 585 = a. Chr. 169. cf. Cic. in Verr. 2, 1, 43, 110. infra 2, 274.*

§ 227. lex Falcidia] *a. u. 714, a. Chr. 40. cf. Gai epit. 2, 6. I. 2, 22 pr. Ulp. 24, 32. Paul. 3, 8, 1. D. 35, 2, 1 pr. (Paul. 921; Bruns I⁷, 110) Dio Cass. 48, 33, 5. Hieronym. ad Euseb. Chronic. ad a. Abrah. 1977 (Olymp. 185, 1 = a. u. 714 = a. Chr. 40) ed. Schoene 2, 139:* C. Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars heredibus superesset. *Isid. orig. 5, 15, 2. Suidas v. Φαλκίδιος. C. I. L. XI 419 (Bruns I⁷, 351. Dessau 6663). Plin. ep. 5, 1, 9.*

§ 228. *cf. supra 1, 42 sq.*

[℟ De inutiliter relictis legatis. ℟] 229. Ante heredis institutionem *in*utiliter legatur, scilicet quia testamenta uim ex institutione heredis accipiunt, et ob id uelut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio. 230. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari potest. 231. Nostri praeceptor*es* nec tutores eo loco dari posse existimant[1]: sed Labeo et Proculus tutorem posse dari, quod nihil ex hereditate erogatur tutoris datione. 232. Post mortem quoque heredis inutiliter legatur, id est hoc modo: CVM HERES MEVS MORTVVS ERIT, DO LEGO, aut DATO. ita autem recte legatur: CVM HERES *MEVS*[2] MORIETVR[3], quia non post mortem heredis relinquitur, sed ultimo uitae eius tempore. rursum ita non potest legari: PRIDIE QVAM HERES MEVS MORIETVR; quod non pretiosa ratione receptum uidetur. | 233. Eadem et de 114
libertatibus dicta intellegemus. 234. Tutor uero an post mortem heredis dari possit, quaerentibus eadem forsitan[4] poterit esse quaestio, quae[5] de *eo* agitatur, qui ante heredum institutionem datur. [De poenae causa relictis legatis.] 235. Poenae quoque nomine inutiliter legatur. poenae autem nomine legari uidetur, quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis heres

1) existimantur V. 2) *suppl. Boecking.* 3) moriatur V. 4) forsitam V. 5) quam V.

§ 229. = *I.* 2, 20, 34. *cf. Ulp.* 24, 15. 25, 8. quia testamenta *etc.*] *cf. D.* 28, 4, 3 (*Marcell.* 263). 29, 7, 10 *i. f.* (*Pap.* 240). 28, 6, 1, 3 (*Mod.* 100).

§ 230. = *I.* 2, 20, 34. *cf. Ulp.* 1, 20.

§ 231. *cf. I.* 1, 14, 3.

§ 232. *cf. I.* 2, 20, 35. *Ulp.* 24, 16. 25, 8. *Paul.* 3, 6, 5; 6. 4, 1, 11. *infra* 3, 100. *C.* 8, 37 (38), 11 (*a.* 528).

§ 233. *cf. Ulp.* 1, 20.

§ 234. *cf. supra* 2, 231. *D.* 26, 2, 7 (*Paul.* 1637).

§ 235. *cf. I.* 2, 20, 36. *Ulp.* 24, 17. 25, 13. *D.* 34, 6, 1 (*Afr.* 122). 34, 6, 2 (*Marcian.* 110). 35, 1, 12 (*Ulp.* 2662). *C.* 6, 41, 1 (*a.* 528). *Script. Hist. Aug. Anton. Pius* 8, 5.

aliquid faciat aut non faciat, uelut quod ita legatur: SI HERES MEVS FILIAM SVAM TITIO IN MATRIMONIVM COLLOCAVERIT, X *MILIA* SEIO DATO, uel ita: SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIVM NON COLLOCAVERIS, X MILIA TITIO DATO; sed et si heredem, *si*[1] uerbi gratia intra biennium monumentum sibi non fecerit, X *milia* Titio dari[2] iusserit *testator*[3], poenae nomine legatum *est*. et denique ex ipsa definitione multas similes species circumspicere possumus. 236. Nec libertas quidem poenae nomine dari potest, quamuis de ea re fuerit quaestum. 237. De tutore uero nihil possumus quaerere, quia non potest datione tutoris heres conpelli quidquam facere aut non facere. ideoque — datur[4] poenae nomine tutor datus fuerit, magis sub condicione quam poenae nomine datus uidebitur.

238. Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. incerta autem uidetur persona, quam per incertam opi-
115 nionem | animo suo testator subicit[5], uelut *cum* ita legatum sit: QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, *EI HERES* MEVS X *MILIA* DATO; idem iuris est, si generaliter omnibus legauerit: QVICVMQVE AD FVNVS MEVM VENERIT; in eadem causa est, quod ita relinquitur: QVICVMQVE FILIO MEO IN MATRIMONIVM FILIAM SVAM CONLOCAVERIT, EI HERES MEVS X MILIA DATO; illud quoque [in eadem causa est][6], quod ita relinquitur: QVI POST TESTAMENTVM *SCRIPTVM PRIMI*[7] CONSVLES DESIGNATI ERVNT, aeque incertis personis legari uidetur;

1) *add. Hu.* 2) dari V. dare *Hu.* 3) *add. Goeschen.* 4) ideoque — datur] ideoquae datur V. ideoque etsi secundum mentem testatoris is, qui tutor datus est *Mommsen exempli gratia suppl.* 5) subicitur V. 6) in—est *del. Hu., om. Inst. Kniep. coll. Cod.* 6, 48, 1, 27 *supplet*: quod ita relinquitur 'qui post testamentum scriptum gener mihi erit'. item. 7) scriptum primi *ex Inst. add. Hu.*

§ 236. *cf I.* 2, 20, 36.
§ 237. *cf D.* 34, 6, 2 (*Marcian.* 110).
§ 238. *cf. I.* 2, 20, 25. *Ulp.* 24, 18. *Paul.* 3, 6, 13. *infra* 2, 287.

et denique aliae multae huiusmodi species sunt. sub certa uero demonstratione incertae personae recte legatur, uelut: EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, EI X MILIA HERES MEVS DATO. 239. Libertas quoque non uidetur incertae personae dari posse, quia lex Fufia Caninia iubet nominatim[1] seruos liberari. 240. Tutor quoque certus dari debet. 241. Postumo quoque alieno inutiliter legatur. *est* autem alienus postumus, qui natus inter suos heredes testatori futurus non est: ideoque ex emancipato *quo*que filio conceptus nepos extraneus post*umus est; item qui* in utero est eius, quae iure[2] ciuili non intellegitur uxor, extraneus postumus patris intelle'gitur. 242. Ac ne heres quidem potest institui 116
postumus alienus: est enim incerta persona. 243. Cetera uero, quae supra diximus, ad legata proprie pertinent; quamquam non inmerito quibusdam placeat poenae nomine heredem institui non posse. nihil enim interest, utrum legatum dare iubeatur heres, si fecerit aliquid aut non fecerit, an coheres ei adiciatur, quia tam coheredis adiectione quam legati datione compellitur, ut aliquid contra propositum suum faciat aut non faciat.
244. An ei, qui in potestate sit eius, quem heredem instituimus, recte legemus, quaeritur. Seruius recte legari putat, sed euanescere legatum, si quo tempore dies legatorum cedere solet, adhuc in potestate sit;

1) nominatum V. 2) in iure V.

§ 239. *cf. I.* 2, 20, 25. *supra* 1, 46. *Ulp.* 1, 25. *Paul* 4, 14, 1. *D.* 40, 4, 24 (*Gai.* 487). 40, 4, 51 (*Pap.* 714).
§ 240. = *I.* 2, 20, 25. *cf. I.* 2, 20, 27. *Ulp.* 11, 14. *D.* 26, 2, 20 *pr.* (*Paul.* 557).
§ 241. *fere* = *I.* 2, 20, 26 *in.*; *cf. infra* 2, 287. *C.* 6, 48 (*a.* 528—529).
§ 242. *cf. I.* 2, 20, 28. 3, 9 *pr. supra* 1, 147. *infra* 2, 287.
§ 243. *cf. I.* 2, 20, 36. *supra* 2, 235.
§ 244. *cf. I.* 2, 20, 32. *Ulp.* 24, 23. *D.* 34, 7, 1 *pr.* (*Cels.* 250). 31, 82, 2 *i. f.* (*Paul.* 1360).

ideoque siue pure legatum sit et uiuo testatore in potestate heredis esse desierit, siue sub condicione et ante condicionem id acciderit, deberi legatum. Sabinus et Cassius sub condicione recte legari, pure non recte putant; licet enim uiuo testatore possit desinere in potestate heredis esse, ideo tamen inutile legatum intellegi oportere, quia quod nullas uires habiturum foret, si statim post testamentum factum decessisset testator, hoc ideo ualere, quia uitam longius traxerit, absurdum
117 esset. *sed* | diuersae scholae auctores nec sub condicione recte legari, quia quos in potestate habemus, eis non magis sub condicione quam pure debere possumus.

245. Ex diuerso constat ab eo, qui in potestate *tua*[1] est, herede instituto recte tibi legari; sed si tu per eum heres extiteris, euanescere legatum, quia ipse tibi legatum debere non possis; si uero filius emancipatus aut seruus manumissus erit uel in alium translatus, et ipse heres extiterit aut alium fecerit, deberi legatum.

246. Nunc[2] transeamus ad fideicommissa.

247. Et prius de hereditatibus uideamus. 248. Inprimis igitur sciendum est opus esse, ut aliquis heres recto iure instituatur eiusque fidei committatur[3], ut eam hereditatem alii restituat; alioquin inutile est testamentum, in quo nemo recto iure heres instituitur. 249. Verba autem utilia fideicommissorum haec [recte][4] maxime in usu esse uidentur: PETO, ROGO, VOLO, FIDEI

1) tua *add. Goeschen.* 2) nunc *Goeschen ex Inst.* hinc V. 3) committabatur V. 4) *del. Boecking; om. Inst.*

§ 245. *cf. I.* 2, 20, 33. *Ulp,* 24, 24. *supra* 2, 189. *D.* 30, 91 *pr.* (*Iul.* 520). 36, 2, 17 (*Iul.* 522). 35, 2, 30, 8 (*Marcian.* 41). 35, 2, 20 (*Scaev.* 164). alium fecerit] *cf. D.* 28, 5, 41 (40) (*Iul.* 440).

§§ 246. 247. = *I.* 2, 23 *pr.*

§ 248. *fere* = *I.* 2, 23, 2. *cf. Gai epit.* 2, 7 *pr.*

§ 249. = *I.* 2, 24, 3. *cf. Ulp.* 25, 2. 2, 7. *Paul.* 4, 1, 5; 6. *D.* 30, 115 (*Ulp.* 1923). *C.* 6, 43, 2 (*a.* 531). *C. I. L.* VI 10229 (*Bruns* I[7], 304) *l.* 30. 34. 55. 83. 89. 104. 117. *BGU* 326 *col. I l.* 11 *sq.* (*Bruns* I[7], 312). *Papyr. Oxy.* VI 907, 7. *Charis.* 191, 27 *K.*

COMMITTO, quae proinde firma singula sunt, atque si omnia in unum congesta sint. 250. Cum igitur scripserimus: LVCIVS TITIVS HERES ESTO, possumus adicere: ROGO TE, LVCI TITI, PETOQVE A TE, VT CVM PRIMVM POSSIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, GAIO SEIO REDDAS RESTITVAS. possumus autem et de parte restituenda rogare; et liberum est uel sub condicione uel pure relinquere | fideicommissa uel ex die certa. 251. Resti- 118
tuta autem hereditate[1] is, qui restituit, nihilo minus heres permanet; is uero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis loco est, aliquando legatarii. 252. Olim autem nec[2] heredis loco erat nec legatarii, sed potius emptoris. tunc enim in usu erat ei, cui restituebatur hereditas, nummo uno eam hereditatem dicis causa uenire; et quae stipulationes inter *uenditorem hereditatis et emptorem interponi solent, eaedem interponebantur inter*[3] heredem et eum, cui restituebatur hereditas, id est hoc modo: heres quidem stipulabatur ab eo, cui restituebatur hereditas, ut quidquid hereditario nomine condemnatus fuisset[4] siue quid alias bona fide dedisset, eo nomine indemnis esset, et omnino si quis cum eo hereditario nomine ageret, ut recte defenderetur; ille uero, qui recipiebat hereditatem, inuicem stipulabatur, ut si quid ex hereditate ad heredem peruenisset, id sibi restitueretur, ut etiam pateretur eum hereditarias actiones procuratorio aut cognitorio nomine exequi. 253. Sed posterioribus temporibus Tre-

1) hereditatem V. 2) ne V. 3) uenditorem—inter *suppl. Goeschen. cf. Gai. Augustodun.* 67. 4) soluisset *Krueger, quod non esse necessarium iudicat Hu. coll. Dig.* 18, 4, 2, 20.

§ 250. = *I.* 2, 23, 2 *med. cf. Gai epit.* 2, 7 *pr. Cic. in Verr.* 2, 1, 47, 123. *C. I. L.* V 2834. VI 15237. XIV 331.

§ 251. = *I.* 2, 23, 3. *cf. infra* 2, 255.

§ 252. *cf. Theoph.* 2, 23, 3 (*p.* 239 *sq. Ferr.*). *D.* 32, 95 (*Maecian.* 12). *infra* 2, 257. nummo uno | *cf D.* 5, 3, 13, 5 (*Ulp.* 512). *Cic. p. Rab. Post.* 17, 45. *Hor. Sat.* II 5, 109. quae stipulationes | *cf. D.* 50, 16, 97 (*Cels.* 245). 15, 1, 37 *pr.* (*Iul.* 199). 45, 1, 50, 1 (*Ulp* 1229). 45, 3, 20, 1 (*Paul.* 1396). proc. aut cognit. nom. | *cf. infra* 4, 86 *sq.*

§ 253. = *I.* 2, 23, 4. *cf. Ulp.* 25, 14. *Paul.* 4, 2. 4, 3, 2.

bellio Maximo et Annaeo Seneca consulibus senatus consultum factum est, quo cautum est, ut si cui hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, actiones, quae iure ciuili heredi et in heredem conpeterent, *ei* et in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas; per[1] quod senatus consultum desierunt illae
119 cautiones in usu haberi. | praetor enim utiles actiones ei et in eum, qui recepit hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit, eaeque[2] in edicto proponuntur. 254. Sed rursus quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem aut paene totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum aut minimum lucrum recusabant atque ob id extinguebantur fideicommissa, *postea* Pegaso et Pusione *consulibus* senatus censuit, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, proinde liceret quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis retinendi ius[3] conceditur: ex singulis quoque rebus, quae per fideicommissum relincuntur, eadem retentio permissa est. per quod senatus consultum ipse *heres* onera hereditaria sustinet; ille autem, qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit, legatarii partiarii loco est, id est eius legatarii, cui pars bonorum legatur; quae species legati partitio uocatur, quia cum herede legatarius partitur hereditatem. unde effectum est, ut quae solent stipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eaedem interponantur inter eum,

1) post *Inst.* 2) eaeque *Goeschen.* aeque V. 3) retinendi ius *Hu.* retinendis V. retinere *Inst.*; *cf.* 3, 75.

D. 36, 1, 1, 1; 2 (*Ulp.* 1871; *Bruns* I[7], 202). 36, 1, 41 (40) (*Paul.* 327). temporibus] *Neronis a.* 56 (?).

§ 254 = *I.* 2, 23, 5. *cf. Gai. epit.* 2, 7 *pr. Ulp.* 25, 14; 15. *Paul.* 4, 3. Pegaso et Pusione consulibus] *Vespasiani temporibus* partitio] *cf. Ulp* 24, 25. *Theoph.* 2, 23, 5 (*p.* 241 *Ferr.*). *Cic. p. Caec.* 4, 12. 5, 15. *p. Cluent.* 7, 21. *de leg.* 2, 20, 50 (*Iurispr.* I, 21). *Plut. Cat.* 11. *infra* 2, 257. *D.* 28, 2, 39 *pr.* (*Iav.* 164). 32, 29, 1 (*Iav.* 171). 30, 104, 7 (*Iul* 888). 0, 26, 2 (*Pomp.* 448). 36, 1, 2 ,5 (*Ulp.* 109). 50, 16, 164, 1 (*Ulp.* 2539). 36, 1, 20 (19), 1 (*Paul.* 1638) 31, 9 (*Mod.* 268). *C. I. L.* VI 10230, 4 (*Bruns* I[7], 327).

qui ex fideicommissi causa recipit hereditatem, et heredem, id est, ut et[1] lucrum et damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune sit. 255. Ergo si quidem non plus quam dodrantem | hereditatis scriptus 120
heres rogatus sit restituere, tum ex Trebelliano senatus consulto restituitur hereditas, et[2] in utrumque actiones hereditariae pro rata parte dantur, in heredem quidem iure ciuili, in eum uero, qui recipit hereditatem, ex senatus consulto Trebelliano; quamquam heres etiam pro ea parte, quam restituit, heres permanet[3], eique et in eum solidae actiones competunt; sed non ulterius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, quam apud eum commodum hereditatis remanet. 256. At si quis plus quam dodrantem uel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, locus est Pegasiano senatus consulto. 257. Sed is, qui semel adierit hereditatem, si modo sua uoluntate adierit, siue retinuerit quartam partem siue noluerit retinere, ipse uniuersa onera hereditaria sustinet[4]; sed quarta quidem retenta quasi partis et pro parte stipulationes interponi debent tamquam inter partiarium legatarium et heredem; si uero totam hereditatem restituerit, ad exemplum emptae et uenditae hereditatis stipulationes interponendae sunt. 258. Sed si recuset scriptus heres adire hereditatem ob id, quod dicat eam sibi suspectam esse quasi damnosam, cauetur Pegasiano senatus consulto, ut desiderante eo, cui restituere rogatus est, iussu | praetoris 121
adeat et restituat, proindeque ei et in eum, qui rece-

1) est V. 2) set V. 3) permanent V. 4) sustinetur V.

§ 255. = *I.* 2, 23, 6. *cf. Ulp.* 25, 14. *D.* 35, 2, 93 (*Pap.* 294).
§ 256. = *I.* 2, 23, 6. *cf. Ulp.* 25, 14.
§ 257. = *I.* 2, 23, 6. *cf. supra* 2, 254. *Ulp.* 25, 15. *Paul.* 4, 3, 2. *D.* 36, 1, 22 (21) (*Pomp.* 695). 36, 1, 47 (45) (*Mod.* 79). 45, 1, 50, 1 (*Ulp.* 1229).
§ 258. *cf. Ulp.* 25, 16. *Paul.* 4, 4, 2—4. *D.* 29, 4, 17 (*Gai.* 306). 36, 1 *passim. Nov.* 1, 1, 1 (*a.* 535).

perit[1], actiones dentur, ac iuris esset ex senatus consulto Trebelliano. quo casu nullis stipulationibus opus est, quia simul et huic, qui restituit, securitas datur, et actiones hereditariae ei et in eum transferuntur, qui receperit[2] hereditatem. 259. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus[3] aut totam hereditatem aut pro parte restituere rogetur, an ex parte heres institutus aut totam eam partem aut partis partem restituere rogetur. nam et hoc casu de quarta parte eius partis ratio ex Pegasiano senatus consulto haberi solet.

260. Potest autem quisque etiam res singulas per fideicommissum relinquere, uelut fundum, hominem, uestem[4], argentum, pecuniam, et uel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, uel legatarium, quamuis a legatario legari non possit. 261. Item potest non solum propria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam heredis aut legatarii aut cuiuslibet alterius. itaque et legatarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quae ei legata sit, sed etiam de alia, siue ipsius legatarii siue aliena sit. [sed][5] hoc solum obseruandum est, ne plus quisquam rogetur aliis restituere, quam ipse ex testamento ceperit; nam
122 quod amplius est, inutiliter relinquitur. 262. Cum

1) recipit hereditatem *Inst.* 2) recepit *Polenaar.*
3) institutus *Inst.* instituatur V. 4) uestem *Inst.* ucteste V.
5) sed *om. Inst.*

§ 259. = *I.* 2, 23, 8. *cf. D.* 36, 1, 28 (27), 8 (*Iul.* 569). 36, 1, 46 (44), 1 (*Marcell.* 178). 36, 1, 17 (16), 4 (*Ulp.* 1880). *C.* 6, 49, 2 (*a.* 244).

§ 260. = *I.* 2, 24 *pr. cf. Gai epit.* 2, 7, 1—3. uel legatarium] *cf. infra* 2, 271. *Ulp.* 24, 20.

§ 261. = *I.* 2, 24, 1. *cf. Gai epit.* 2, 7, 4; 5. *Ulp.* 25, 5. *Paul.* 4, 1, 7; 8. *D.* 30, 114, 3 (*Marcian.* 132).

§ 262. = *I.* 2, 24, 1. *cf. Gai epit.* 2, 7, 6. *Ulp.* 25, 5. *Paul.* 4, 1, 7. *D.* 32, 30, 6 (*Lab. ap. Iav.* 172). 32, 14, 2 (*Gai.* 390). *C.* 6, 42, 6, 1 (*a.* 224).

autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam[1] redimere et praestare aut aestimationem *eius* soluere, *sicut iuris est, si*[2] per damnationem aliena[3] res legata sit. sunt tamen, qui putant, si rem per fideicommissum relictam dominus non uendat, extingui fideicommissum; sed aliam esse causam per damnationem legati.

263. Libertas quoque seruo per fideicommissum dari potest, ut uel heres rogetur manumittere uel legatarius. 264. *Nec interest, utrum de suo proprio* seruo testator roget an de eo, qui ipsius heredis aut legatarii uel etiam extranei sit. 265. Itaque et alienus seruus redimi et manumitti debet. quod si dominus eum non uendat, sane extinguitur fideicommissa libertas, quia hoc *casu*[4] pretii computatio nulla interuenit. 266. Qui autem ex fideicommisso manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris seruus *fuerit*[4], sed eius, qui manu*mit*tit. 267. At qui directo testamento liber esse iubetur, uelut hoc modo: STICHVS SERVVS *MEVS* LIBER ESTO, uel hoc: STICHVM SERVVM MEVM LIBERVM ESSE IVBEO, *is ipsius testa*toris fit libertus. nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui utroque tempore testatoris ex iure *Qui-*

1) ipsum V. 2) sicut iuris est si *Goeschen.* s * * umiri * * * es V *ex lectione Bluhmii. cf. apogr.* 3) alienam V. 4) *suppl. Studemund.*

§§ 263—267. = *I.* 2, 24, 2. *cf. Gai epit.* 2, 7, 7. *Theoph.* 1, 14, 1 (*p.* 65 *sq. Ferr.*).

§ 263. *cf. Ulp.* 25, 18. 2, 7. *Paul.* 4, 12, 4. 4, 13. *D. tit.* 40, 5. *C. tit.* 7, 4. *C. I. L.* X 7457 (= *Bruns* I[7], 316). XII 4335 (*Dessau* 3789).

§ 264. *cf. supra* 2, 261. *infra* 2, 272. *Ulp.* 2, 10. *D.* 31, 14, 1 (*Paul.* 2091). 32, 8, 1 (*Paul.* 858).

§ 265. *cf. Ulp.* 2, 11. *C.* 7, 4, 6 (*Imp. Alex.*).

§ 266. *cf. Ulp.* 2, 8. *D.* 38, 2, 29 *pr.* (*Marcian.* 139). *C.* 7, 4, 7 (*a.* 225).

§ 267. *cf. Ulp.* 2, 7; 8. 1, 23. *infra* 2, 272. *D.* 40, 4, 35 (*Serv. ap. Paul.* 641). 40, 4, 58 (*Maecian.* 19).

ritium fuerit, et quo faceret testamentum et quo more-
retur. |
123 [1]268. Multum autem differunt ea, quae per fidei-
commissum relincuntur, ab his, quae[2] directo iure
legantur. 269. Nam ecce per fideicommissum ——
heredis relinqui potest: cum alioquin legatum ——
inutile sit.[3] 270. Item intestatus moriturus potest ab
eo, ad quem bona eius pertinent, fideicommissum alicui
relinquere; cum alioquin ab eo legari non possit.
270ª. *Item legatum codicillis*[4] relictum non aliter ualet,
quam si a testatore confirmati fuerint, id est, nisi in
testamento cauerit —— testator, ut quidquid in
codicillis scripserit, id ratum sit; fideicommissum
uero etiam non confirmatis codicillis relinqui potest.
271. Item a legatario legari non potest, sed fideicom-
missum relinqui potest. quin etiam ab eo quoque,
cui per fideicommissum relinquimus, rursus alii per
fideicommissum relinquere possumus. 272. Item seruo
alieno directo libertas dari non potest, sed per fidei-
commissum potest. 273. Item codicillis nemo heres
institui[5] potest neque[6] exheredari, quamuis testamento

1) *praecedunt duae fere lineae vacuae, rubricae destinatae.*
2) qui V? 3) *alii aliter suppleverunt, nemo satis probabiliter. post* legatum *Studemund legisse sibi visus est:* nisi(?) testamento facto. 4) item—codicillis *suppl. Goeschen ad epitomen.*
5) instituti V. 6) *in forma* neque *offendit Kalb, Arch. Lexicogr. Lat.* I, 88.

§ 268. *cf. Gai epit.* 2, 7, 8. *infra* 2, 284.

§ 270. *cf. Gai epit.* 2, 7, 8. *Ulp.* 25, 4. *Paul.* 4, 1, 4. *I.* 2, 23, 10. *D.* 5, 2, 13 (*Scaev.* 257). 29, 7, 8, 1 (*Paul.* 895). *C.* 6, 42, 29 (*a.* 294).

§ 270ª. *cf. Gai epit.* 2, 7, 8. *Ulp.* 25, 8. *Paul.* 4, 1, 10. *Consult.* 6, 12 (*Diocl. et Maxim. a.* 294, *ex cod. Hermog.*). *I.* 2 25, 1. *Cic. de finib.* 2, 17, 55. *C. I. L.* X 7475 (*Bruns* I⁷, 316). *B G U* 326 *col.* II, 2; 8; 15; 16 (*Bruns* I⁷, 312).

§ 271. *cf. supra* 2, 260; 261. *Gai epit.* 2, 7, 8. 2, 7, 2. *Ulp.* 24, 20. *I.* 2, 24 *pr.*; 1.

§ 272. *cf. supra* 2, 264; 267. *Gai epit.* 2, 7, 8. *I.* 2, 24, 2.

§ 273. *cf. Gai epit.* 2, 7, 8. *Ulp.* 25, 11. *I.* 2, 25, 2. 2, 23, 10.

confirmati sint; at is[1], qui testamento heres institutus est, potest codicillis rogari, ut eam hereditatem alii totam uel ex parte restituat, quamuis testamento codicilli confirmati non sint. | 274. Item mulier, quae ab 124
eo, qui centum milia[2] aeris census est, per legem Voconiam heres institui[3] non potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest. 275. Latini quoque, qui hereditates legataque[4] directo iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere possunt. 276. Item cum senatus consulto prohibitum sit proprium seruum minorem annis[5] XXX liberum et heredem instituere, plerisque placet posse nos iubere liberum esse, cum annorum XXX erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. 277. Item quamuis non *possimus*[6] post mortem eius, qui nobis heres extiterit, alium in locum eius heredem instituere, tamen possumus eum rogare, ut, cum morietur, alii eam hereditatem totam uel ex parte restituat; et quia post mor-

1) at is] aut his V. 2) mil. V. 3) heres institui *Goeschen.* heredes instituti V. 4) legataque] legata quia V. 5) annorum *mavult Cramer; sed verba senatus consulti sequitur Gaius. cf. V. I. R.* I, 457, 33. 6) *add. Goeschen.*

D. 36, 1, 78 (76) (*Scaev.* 79). 29, 7, 10 (*Pap.* 240). 29, 7, 13, 1 (*Pap.* 279). 28, 5, 78 (77) (*Pap.* 260). 28, 7, 10 (*Ulp.* 147). 28, 7, 27, 1 (*Mod.* 312). *C.* 6, 35, 4 (*a.* 223). 6, 36, 2 (*a.* 244). 6, 23, 14 (*a.* 294). 6, 36, 7 (*a.* 332). 6, 27, 5, 1 d (*a.* 531).

§ 274. *cf. supra* 2, 226. *Paul.* 4, 8, 20 (22). *Polyb.* 32, 14, 8. *Cic. in Verr.* 2, 1, 42, 107 *sq. cum Schol. ed. Bait. p.* 189. *pro Balb.* 8, 21. *de senect.* 5, 14. *de leg.* 2, 20, 49 *sq. de rep.* 3, 10, 17. *de fin.* 2, 17, 55. *Liv. ep.* 41. *Quintil. decl.* 264. *Plin. paneg.* 42. *Gell.* 6 (7), 13, 3. 17, 6, 1. 20, 1, 23 (*Iurispr.* I, 101). *Plut. Cic.* 41. *Dio Cass.* 56, 10, 2. *August. de civ. dei* 3, 21.

§ 275. *cf. supra* 1, 23 *sq.* 2, 110. *Ulp.* 25, 7. 22, 3. *D.* 26, 5, 13 *pr.* (*Pap.* 194). *Fr. Vat.* 259 (*Pap.* 693).

§ 276. *cf. supra* 1, 18; 21. *D.* 40, 7, 13, 5 (*Iul.* 600). 40, 4, 46 (*Pomp.* 825). 34, 5, 29 (30) (*Scaev.* 72). 10, 2 39, 2 (*Scaev.* 223). 40, 4, 38 (*Paul.* 1187). *GBU* 326 (*Bruns* I[7], 312) *l.* 4. 5

§ 277. *cf. supra* 2, 184. *Gai epit.* 2, 7, 8. *BGU* 326 (*Bruns* I[7], 312).

tem quoque heredis fideicommissum dari potest, idem efficere possumus et si ita scripserimus: CVM TITIVS HERES MEVS MORTVVS ERIT, VOLO HEREDITATEM MEAM AD PVBLIVM MAEVIVM PERTINERE. utroque autem modo, tam hoc quam illo, Titius[1] heredem suum obligatum relinquit[2] de fideicommisso restituendo. 278. Praeterea legata *per*[3] formulam petimus; fideicommissa uero Romae quidem apud consulem uel apud eum praetorem, qui praecipue de fideicommissis ius dicit, persequimur, in prouinciis uero apud praesidem
125 prouinciae. 279. Item de fideicommissis semper | in urbe ius dicitur, de legatis uero, cum res agun*tur*. 280. Item fideicommissorum usurae et fructus debentur, si modo moram solutionis[4] fecerit, qui fideicommissum debebit; legatorum uero usurae non debentur, idque rescripto diui Hadriani significatur. scio tamen Iuliano placuisse in eo legato, quod sinendi modo relinquitur, idem iuris esse, quod in fideicommissis: quam sententiam et his temporibus magis optinere uideo. 281. Item legata Graece scripta non ualent;

1) Titius *Rohrscheidt.* Titium V. 2) relinquitur V. 3) *add. Goeschen.* 4) *an* solutioni? *cf. Paul.* 5, 5ª, 2.

§ 278. *cf. Ulp.* 25, 12. *Paul.* 4, 1, 18. *I.* 2, 23, 1. *D.* 31, 29 *pr.* (*Cels.* 251). 1, 2, 2, 32 *fin.* (*Pomp.* 178). 50, 16, 178, 2 (*Ulp.* 2964). 35, 1, 92 (*Ulp.* 1895). 2, 1, 19 *pr.* (*Ulp.* 1897). 32, 78, 6 (*Paul.* 2078). 40, 13, 4 (*Paul.* 1382). *C.* 8, 17 (18), 2 (*a.* 212). 3, 36, 7 (*a.* 239 *vel* 241). 6, 42, 16, 1 (*a.* 294). *Suet. Claud.* 23. *Quint. inst. or.* 3, 6 70. *C. I. L.* VI 1383. X 1123. 1254 (*Dessau* 1063. 1086. 1179; *cf.* 1050).

§ 279. *cf. D.* 36, 3, 15 *pr.* (*Paul.* 818).

§ 280. *cf. Gai epit.* 2, 7, 8. *Paul.* 3, 8, 4. *D.* 22, 1, 34 (*Ulp.* 530). 30, 39, 1 (*Ulp.* 2619). 35, 1, 92 *i. f.* (*Ulp.* 1895). 36, 3, 1, 13 (*Ulp.* 1727). 36, 4, 5, 21 (*Ulp.* 1255). 50, 10, 5 *pr.* (*Ulp.* 2075). 22, 1, 17, 3 (*Paul.* 2058). 31, 87, 1 (*Paul.* 1562). *C. tit.* 6, 47.

§ 281. *cf. Ulp.* 25, 9. *Paul.* 3, 4ª, 13. *D.* 32, 11 *pr.* (*Ulp.* 1857). 32, 37, 5 (*Scaev.* 68). 32, 101 *pr.* (*Scaev.* 55). 31, 34, 7 (*Mod.* 318). *C.* 6, 23, 21, 6 = *Nov. Theod.* 16, 8 (*a.* 439). *C. I. L.* III *suppl.* 12283. 14203, 15 (*Dessau* 7784). *Pap. E. R.* 1502 (*Mitteis, Privatr.* I, 282, 60). *P. Oxy.* VI, 907. 990. *Gnom. Id. Log.* § 8.

fideicommissa uero ualent. 282. Item si legatum per damnationem relictum heres infitietur, in duplum cum eo[1] agitur; fideicommissi uero nomine semper in simplum persecutio est. 283. Item *quod*[2] quisque ex fideicommisso plus debito per errorem soluerit, repetere potest; at[3] id, quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. idem scilicet iuris est de eo legato[4], quod non debitum uel ex hac uel ex illa causa per errorem solutum fuerit.

284. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non sunt. 285. Ut ecce peregrini poterant fideicommissa[5] capere[6], et fere[7] haec[8] fuit origo fideicommissorum.[9] sed postea id prohibitum est, et nunc ex oratione diui[10] Hadriani senatus consultum[11] factum est, ut ea fideicommissa fisco uindicarentur. 286. Caelibes | quo- 126
que, qui per legem Iuliam[12] hereditates legataque capere prohibentur, olim fideicommissa uidebantur[13] capere posse. 286ª. Item orbi, qui per legem Papiam ob id, quod liberos non habent[14], dimidias partes hereditatum[15] legatorumque perdunt, olim solida fideicom-

1) ego V. 2) *add. Goeschen.* 3) ad V. 4) de eo legato V. legato *del. Savigny; totam sententiam* idem scilicet — fuerit *pro glossemata habet Solazzi.* 5) fidemcommissam V. 6) facere V. 7) ferre V. 8) hac *vel* hae V. 9) fidecommissa V. 10) diui sunt V. 11) consultus V. 12) Iulianas V. Iuliam alienas *Polenaar.* 13) uidebatur V. 14) habebant V. 15) hereditarium V.

§ 282. *cf. Gai epit.* 2, 7, 8. *infra* 4, 9; 171 *Paul.* 1, 19, 1. *I.* 3, 27, 7. 4, 6, 19; 23; 26. 4, 16, 1. *C.* 1, 3, 45, 7 (*a.* 530).

§ 283. *cf. Ulp.* 24, 33. *Paul.* 3, 6, 92. *I.* 3, 27, 7. 2, 20, 25. *D.* 4, 3, 23 (*Gai.* 100). 12, 6, 62 (*Maecian.* 20). 12, 6, 2; 5 (*Ulp.* 2544. 2545). 35, 3, 3, 10 (*Ulp.* 1718). 19, 1, 5, 1 (*Paul.* 1636). 22, 6, 9, 5; 6 (*Paul.* 908). *C.* 6, 50, 9 (*a.* 238). 4, 5, 4

§ 284. *cf. supra* 2, 268.

§ 285. *cf. Theoph.* 2, 23, 1 (*p.* 238 *Ferr.*). *Cic. in Verr.* 2, 1, 47, 123. *Plin. ad Trai.* 75. 76 (79. 80). *Paus.* 8, 43, 5. *Gnom. Id. Log.* § 18. *Id. Log.* § 18.

§ 286. *cf. supra* 2, 111; 144; 150; 206; 207. *Ulp.* 17, 1. 22, 3. *C. Th.* 8, 16, 1 = *C. I.* 8, 57 (58), 1. *Sozom. h. eccl.* 1, 9 (*p.* 881 *sq. ed. Migne*).

§ 286ª. SC. Pegas.] *cf. supra* 2, 254. *Gnom. Id. Log.* § 27.

missa uidebantur capere posse. sed postea senatus consulto Pegasiano proinde fideicommissa quoque ac legata[1] hereditatesque capere posse[2] prohibiti sunt; eaque translata sunt ad eos, qui *in eo*[3] testamento liberos habent, aut si nulli[4] liberos habebunt[5], ad populum, sicuti iuris est in legatis et in hereditatibus, quae eadem aut simili[6] ex causa *caduca fiunt*. 287. *Item*[7] olim incertae personae uel[8] postumo alieno per fideicommissum relinqui poterat, quamuis neque heres institui neque legari ei posset.[9] sed senatus consulto, quod auctore diuo[10] Hadriano factum est, idem[11] in fideicommissis, quod in legatis hereditatibusque constitutum est. 288. Item poenae nomine iam non dubitatur nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

289. Sed quamuis in[12] multis iuris partibus longe latior causa sit fideicommissorum quam eorum, quae directo relincuntur, in quibusdam tantundem ualeant[13], tamen tutor non aliter testamento dari potest quam directo, ueluti hoc modo: LIBERIS MEIS *TITIVS* TVTOR[14] ESTO, uel ita: LIBERIS MEIS TITIVM TVTOREM DO; per fideicommissum uero dari[15] non potest.

---

1) legatum V. 2) possem V. pro semisse *proponit Hu.* 3) in eo *add. Polenaar ex* 2, 206. 4) nulli *Savigny, Polenaar.* nullos V. 5) habebint V. 6) simile V. 7) causa —item *restituit Polenaar.* cautem V. 8) *num* velut? *cf. supra* 2, 242. 9) possit V. 10) diro V. 11) id V. 12) ui *vel* ut V. 13) ualent V. 14) tutores V. 15) uero dari] dari uero V.

---

§ 287. *cf. Ulp.* 25, 13. *D.* 34, 5, 5 (6); 7 (8). (*Gai.* 392). 34, 5, 4 (5) (*Paul.* 1593). neque heres institui] *cf. supra* 2, 242. *Ulp.* 22, 4. *I.* 2, 14, 12. neque legari] *cf. supra* 2, 238; 241.

§ 288. *cf. supra* 2, 235 *sq.* 243. *Ulp.* 25, 13.

§ 289. *cf. supra* 1, 149. *D.* 26, 2, 33 (*Iav.* 228). 26, 2, 3 *pr.* (*Ulp.* 994). 26, 2, 7 (*Paul.* 1637). 26, 3, 1, 1 (*Mod.* 691).

1. [1]*Intestatorum hereditates ex*[2] *lege* XII *tabularum primum ad suos heredes pertinent.* 2. *Sui autem heredes existimantur liberi, qui in potestate morientis fuerunt, ueluti filius filiaue, nepos neptisue ex filio*[3], *pronepos proneptisue ex nepote filio nato prognatus prognataue. nec interest, utrum*[4] *naturales sint*[5] *liberi an adoptiui. ita demum tamen nepos neptisue et pronepos proneptisue suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, siue morte id acciderit*[6] *siue alia ratione, ueluti emancipatione; nam si per id tempus, quo quis*[7] *moriatur*[8], *filius in potestate*

1) "*primum huius commentarii folium deperditum ex Coll* 16, 2, 1—5 *et Inst. aliquatenus tantum sarciri potuit: nam suppleta uni fere tantum sufficiunt codicis Veron. paginae et dubium non est, quin primum aliqua praecesserint transitus faciendi gratia. cf.* 2, 99; 100. *deinde pr. I. h. t. ex Gaio videtur petitum esse. et postremo is more suo praemonuisse putandus est interesse, utrum ingenuus an libertus decesserit. cf.* §§ 18. 39. *prius se de ingenuorum hereditatibus acturum.* 'Ingenuorum intestatorum' *etc. de siglis vid. ad Coll. notata.*" *ita fere Hu.* 2) ex *Inst.; om. Coll.* 3) ex filio *Inst.; om. Coll.* 4) utrum *Inst.; om. Coll.* 5) sint] sunt *Inst.; om. Coll.* 6) in potestate — acciderit *Inst.; om. Coll.* 7) quis *Inst.* quisque *Coll.* 8) moriatur *Verc.* morietur *BW.* moreretur *Inst.*

§ 1. = *I.* 3, 1, 1. *Coll.* 16, 2, 1. *cf. Gai epit.* 2, 8 *pr. Ulp.* 26, 1 (= *Coll.* 16, 4, 1). *Coll.* 16, 3, 3 (*Paul.*). *D.* 28, 2, 9, 2 *i. f.* (*Paul.* 1601). *C.* 6, 55, 4 (*a.* 293). — lege XII tab.] 5, 4.

§ 2. = *I.* 3, 1, 2; 2b. *Coll.* 16, 2, 2. *cf. supra* 2, 156. *Gai epit., Ulp. ll. cc. Ulp.* 22, 14. *Coll.* 16, 3, 4; 8 (*Paul. Sent.* 4, 8, 4; 8). *D.* 50, 16, 220 *pr.* (*Call.* 108). 38, 16, 1, 2; 4 (*Ulp.* 2512). *C.* 6, 55, 5 (*a.* 293).

eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem[1] *et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus.*[2] 3. *Vxor quoque, quae in manu eius, qui moritur*[3]*, est, ei*[4] *sua heres est, quia filiae loco est. item nurus, quae in filii manu est, nam et haec neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, si*[5] *filius, cuius in manu fuerit*[6]*, cum pater moritur, in potestate eius non sit. idemque dicemus*[7] *et de ea, quae in*[8] *nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est.* 4. *Postumi quoque, qui*[9] *si uiuo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.* 5. *Idem iuris est*
127 t. s. *de*[10] *his, quorum nomine ex lege Aelia Sentia uel ex senatus consulto post* | mortem patris causa probatur: nam et hi uiuo patre causa probata in potestate eius futuri essent. 6. Quod etiam de eo filio, qui ex prima secundaue[11] mancipatione[12] post mortem patris manumittitur, intellegemus. 7. Igitur cum filius filiaue et ex altero filio nepotes neptesue extant, pariter ad hereditatem uocantur; nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. aequum enim uidebatur nepotes neptesue in patris sui locum portionemque succedere.

1) idque *Inst.* 2) intellegemus *Inst.* intellegimus *Coll.* 3) qui moritur *ins. Hu.* 4) ei *Inst.;* is *B.* in *Verc.; om. W.* 5) *om. Coll.* 6) fuerit *Krueger.* eius *Coll.* 7) dicimus *Coll.* 8) in] de *Verc.; om. BW.* 9) *om. Coll.* 10) in *Solazzi.* 11) secundaque V. *Coll.* 12) mancipationem V.

§ 3. = *Coll.* 16, 2, 3. *cf. supra* 1, 114; 115b; 118. 2, 139; 159. *Ulp.* 22, 14. 23, 3. 29, 1. *Gell.* 18, 6, 9. *Serv. ad Aen.* 7, 424. *Dionys.* 2, 25.

§ 4. = *I.* 3, 1, 2b *fin. Coll.* 16, 2, 4. *cf. Gai epit.* 2, 8, 1. *Ulp.* 22, 15. *C.* 6, 55, 4 (*a.* 293).

§ 5. = *Coll.* 16, 2, 5. *cf. Coll.* 16, 3, 7; 15 (*Paul. Sent.* 4, 8, 7; 15). *supra* 1, 32. 2, 142 *sq.* 1, 66; 95. *Ulp.* 7, 4.

§ 6. = *Coll.* 16, 2, 6. *cf. Coll.* 16, 3, 7. *Ulp.* 23, 3. *supra* 1, 132 2, 141.

§§ 7. 8. = *Coll.* 16, 2, 7; 8. *I.* 3, 1, 6. *cf. Gai epit.* 2, 8, 2. *Ulp.* 26, 2. *D.* 38, 16, 1, 4—6 (*Ulp.* 2512). *C.* 6, 55, 2 (*a.* 290) 3 (*a.* 293).

pari ratione et si nepos neptisue[1] sit ex filio et ex nepote pronepos *pro*neptisue, simul omnes uocantur ad hereditatem. 8. Et quia placebat nepotes neptesue, item pronepotes proneptesue in parentis sui locum succedere, conueniens esse uisum est non in capita, sed *in*[2] stirpes hereditatem[3] diuidi, ita ut filius partem dimidiam hereditatis ferat et ex altero filio duo pluresue nepotes alteram dimidiam, item si ex duobus filiis nepotes extent et ex altero filio unus forte uel duo, ex altero tres aut quattuor, ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat et ad tres aut quattuor altera dimidia.

9. Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas 128
pertinet | ex eadem lege XII tabularum ad adgnatos.[4] t. s.
10. Vocantur autem adgnati, qui legitima cognatione iuncti sunt. legitima autem cognatio est ea, quae per uirilis sexus personas *coniungitur. itaque eodem* patre nati fratres agnati *sibi sunt, qui etiam consanguinei* uocantur, nec requiritur, an etiam matrem eandem habuerint. item patruus fratris filio et inuicem is illi agnatus est. eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique et*iam* consobrinos uocant; qua ratione

---

1) neptisue *Coll.* neptisque V. *Inst.* 2) in *Coll. Inst.; om.* V. 3) hereditatem *W Inst.* hereditates V. 4) gnatos V.

---

§ 9. = *Coll.* 16, 2, 9. *cf. Gai epit.* 2, 8, 3. *I.* 3, 2 *pr. Ulp.* 26, 1. *Coll.* 16, 3, 13 (*Paul. Sent.* 4, 8, 13). *D.* 38, 16, 1, 9 (*Ulp.* 2513). *C.* 6, 58, 6 (*a.* 293). lege XII tab.] 5, 4. *D.* 50, 16, 195, 1 (*Ulp.* 1203).

§ 10. = *Coll.* 16, 2, 10; *inde a verbis* itaque eodem = *I.* 3, 2, 1 *med. cf. supra* 1, 156. *I.* 3, 2, 1 *in.* 3, 5, 4. *Gai epit.* 2, 8, 3. *Ulp.* 26, 1. *Coll.* 16, 3, 13; 15 (*Paul. Sent.* 4, 8, 13; 15). 16, 6, 1 (*Ulp.* 1926). *D.* 38, 16, 2, 1 (*Ulp.* 2524). 38, 16, 1, 10 (*Ulp.* 2513). 38, 10, 10, 4 (*Paul.* 876). 38, 7, 5 *pr.* (*Mod.* 105). legitima cognatione] *cf. D.* 23, 2, 12, 4 (*Ulp.* 2688). 38, 16, 2 *pr.* (*Ulp.* 2524). consobrinos] *cf. I.* 3, 6, 4. *D.* 38, 10, 1, 6 (*Gai.* 200). 38. 10, 10, 15 (*Paul.* 876).

scilicet etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. 11. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex XII tabularum hereditatem, sed his, qui[1] tum, cum certum est aliquem intestatum decessisse, proximo gradu sunt. 12. Nec in eo iure successio est. ideoque si agnatus proximus hereditatem omiserit uel, antequam adierit, decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege competit. 13. Ideo autem non mortis tempore quis *proxi*mus fuerit[2], requirimus, sed eo tempore, quo certum fuerit aliquem intestatum decessisse, quia si quis *testamento fac*to decesserit, melius esse uisum est tunc ****[3] requiri proximum, cum certum esse coeperit neminem ex eo testamento[4] fore heredem. 14. Quod
129 ad feminas tamen attinet, in hoc iure aliud in | ipsarum hereditatibus capiendis placuit, aliud in ceterorum [bonis][4] ab his capiendis. nam feminarum *hereditat*es proinde ad nos agnationis iure redeunt atque masculorum, nostrae uero hereditates ad feminas ultra consanguineorum gradum non pertinent. itaque soror fratri sororiue legitima heres est, amita uero et fratris filia legitima heres esse *non potest; sororis autem nobis loco est*[5] etiam mater aut nouerca, quae per in manum conuentionem apud patrem nostrum iura filiae nancta

---

1) quibus V. 2) fuerit *Polenaar.* erit V. *Coll.* 3) *quattuor litterae in* V *non satis certe legi possunt. an* eius? *om. Coll.* 4) *om. Coll.* 5) non—est *suppl. ex Coll.*

---

§ 11. = *Coll.* 16, 2. 11. *I.* 3, 2, 1 *fin. cf. Gai epit.* 2, 8, 4. *Coll.* 16, 3, 17 (*Paul. Sent.* 4, 8, 17). *I.* 3, 2, 6. 3, 1, 7.

§ 12. = *Coll.* 16, 2, 12. *cf. infra* 3, 22; 28. *Ulp.* 26, 5. *Paul.* 4, 8, 21 (23); 24 (26). *I.* 3, 2, 7

§ 13. = *Coll.* 16, 2, 13. *cf. I.* 3, 2, 6. 3, 1, 7. *D.* 28, 2, 16. (*Afr.* 25). 38, 16, 1, 8 (*Ulp.* 2512). 38, 16, 2, 5 *sq.* (*Ulp.* 2524). 38, 16, 5 (*Ulp.* 1199).

§ 14. = *Coll.* 16, 2, 14. *cf. Gai epit.* 2, 8, 5; 6. *Ulp.* 26, 6. *Paul.* 4, 8, 22. *Coll.* 16, 3, 16; 20 (*Paul. Sent.* 4, 8, 16; 20). 16, 7, 1 (*Ulp.* 1927). *I.* 3, 2, 3; 3a; 3b. *C.* 6, 58, 4 (*a.* 250). 9 (*a.* 294). 14 (*a.* 531).

est. 15. Si ei, qui defunctus erit, *sit* frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur, frater prior[1] est, quia gradu praecedit. sed alia facta est iuris interpretatio inter suos heredes. 16. Quod si defuncti nullus frater extet, *sed*[2] sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet; sed quaesitum est, si dispari forte numero sint nati, *uel*ut ex uno unus uel duo, ex altero tres uel quattuor, utrum in stirpes diuidenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. iam dudum tamen placuit in capita diuidendam esse hereditatem. itaque quotquot erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas diuidetur, ita ut singuli singulas portiones ferant.

17. Si nullus agnatus sit, eadem le*x* XII tabularum gentiles ad hereditatem uocat.[3] qui sint autem gentiles, primo com|mentario rettulimus; et cum illic ad- 130
monuerimus totum gentilicium ius in desuetudinem abisse, superuacuum est hoc quoque loco de eadem re *iterum*[4] curiosius tractare.

18. Hactenus lege XII tabularum finitae sunt intestatorum hereditates. quod ius quemadmodum strictum fuerit, palam est intellegere. 19. Statim enim

1) potior *Coll.; cf. etiam Paul. Dig.* 20, 4, 15. 2) *suppl. ex Coll.* 3) uocant V. 4) iterum *Hugo.* tisi V.

§ 15. = *Coll.* 16, 2, 15. *cf. Gai epit.* 2, 8, 6. *Coll.* 16, 3, 18 (*Paul. Sent.* 4, 8, 18). *I.* 3, 2, 5.

§ 16. = *Coll.* 16, 2, 16. *cf. Gai epit.* 2, 8, 6. *Ulp.* 26, 4. *Coll.* 16, 3, 17; 19 (*Paul. Sent.* 4, 8, 17; 19). *I.* 3, 2, 4. *D.* 38, 16, 2, 2 (*Ulp.* 2524).

§ 17. = *Coll.* 16, 2, 17. *cf. Coll.* 16, 3, 3 (*Paul. Sent.* 4, 8, 3). 16, 4, 2 (*Ulp.*). *Catull.* 68, 123. *Cic. Verr* 2, 1, 45, 115. *de orat.* 1, 39, 176. *de domo* 13, 35. *Plin. paneg.* 37. lex XII tab.] 5, 5. *Auct. ad. Herenn.* 1, 13, 23 *Cic. de invent.* 2, 50, 148 *C. I. L* VI 1527 (*Bruns* I⁷, 323) *col.* I, 22. 24. primo commentario] 1, 164? *cf. supra p.* 44 *not.* 3.

§ 18. *cf. I.* 3, 3 *pr.* 3, 9, 2.

§ 19. *cf. I.* 3, 1, 9. *D.* 37, 1, 6, 1 (*Paul.* 575).

emancipati liberi nullum ius in hereditatem parentis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse. 20. Idem iuris est, si ideo liberi non sint in potestate patris, quia sint cum eo ciuitate Romana[1] donati nec ab imperatore in potestatem[2] redacti fuerint. 21. Item agnati kapite deminuti non admittuntur ex ea lege ad hereditatem, quia nomen agnationis capitis deminutione perimitur. 22. Item proximo agnato non adeunte hereditatem nihilo magis sequens iure legitimo admittitur. 23. Item feminae agnatae, quaecumque consanguineorum gradum excedunt, nihil iuris ex lege habent.[3] 24. Similiter non admittuntur cognati, qui per feminini sexus personas necessitudine iunguntur, adeo quidem, ut nec inter matrem et filium filiamue ultro citroque hereditatis capiendae ius conpetat, praeterquam si per in manum conuentionem consanguinitatis iura inter eos constiterint.[4]

25. Sed hae iuris iniquitates edicto praetoris emen-
131 datae | sunt. 26. Nam eos omnes, qui legitimo iure deficiuntur, uocat ad hereditatem[5], proinde ac si in potestate parentis mortis tempore fuissent, siue soli sint, siue etiam sui heredes, id est qui in potestate

1) p m · V. 2) potestate V. 3) habentur V. 4) *sequitur linea vacua in* V. 5) *quaedam excidisse videntur. Polenaar supplet:* sed liberos quidem emancipatos primo gradu uocat ad hereditatem. *fortasse melius sic:* ac primo quidem gradu liberos emancipatos uocat ad hereditatem.

§ 20. *cf. supra* 1, 55; 93; 94. 2, 135a. *Coll.* 16, 7, 2 (*Ulp.* 1927).
§ 21. *cf. I.* 3, 5, 1. *Ulp.* 27, 5. *infra* 3, 27. *supra* 1, 158.
§ 22. *cf. supra* 3, 12. *infra* 3, 28.
§ 23. *cf. supra* 3, 14.
§ 24. *cf. Ulp.* 26, 7; 8. *I.* 3, 3 *pr. supra* 3, 3. *Quintil. inst. orat.* 4, 2, 5.
§ 25. *cf. I.* 3, 9 *pr.* 3, 9, 2 *fin.* 3, 3 *pr.*; 1 *in.* 3, 1, 9. *D.* 38, 8, 2 (*Gai.* 295). *infra* 3, 41.
§ 26. *cf. supra* 3, 19; 20. *Coll.* 16, 7, 2 (*Ulp.* 1927). *Ulp.* 28, 8. *I.* 3, 1, 9. *D.* 38, 6, 4 (*Paul.* 1627). 37, 1, 6, 1 (*Paul.* 575) 38, 15, 1, 2 (*Mod.* 120). *Cic. Verr.* 2, 1, 44, 114.

patris fuerunt, concurrant. 27. Adgnatos autem capite deminutos non secundo gradu post suos heredes uocat, id est, non eo gradu uocat, quo per legem uocarentur, si kapite minuti non essent, sed tertio proximitatis nomine. licet enim capitis deminutione ius legitimum perdiderint, certe cognationis iura retinent. itaque si quis alius sit, qui integrum ius agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longiore gradu fuerit. 28. Idem iuris est, ut quidam putant, in eius agnati persona, qui proximo agnato omittente hereditatem nihilo magis iure legitimo admittitur; sed sunt, qui putant hunc eodem gradu a praetore uocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur. 29. Feminae certe agnatae, quae consanguineorum gradum excedunt, tertio gradu uocantur, id est, si neque suus heres neque agnatus ullus erit. 30. Eodem gradu uocantur etiam[1] eae[2] personae, quae per feminini sexus personas copulatae sunt. 31. Liberi quoque, qui in adoptiua familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu uocantur.[3]

32. Quos autem | praetor uocat ad hereditatem, hi 132

1) etiamsi V. 2) heae V. 3) uocatur V.

§ 27. *cf. supra* 3, 21. *Gai epit.* 2, 8, 7. *Ulp.* 28, 9. *I.* 3, 5, 1. *supra* 1, 158. *D.* 38, 7, 1 (*Iul.* 409). 38, 8, 5 (*Pomp.* 430). licet enim] *cf. supra* 3, 21. 1, 158. *I.* 3, 4, 2. *D.* 38, 16, 11 (*Pomp.* 264). 38, 17, 1, 8 (*Ulp.* 2514).

§ 28. *cf. supra* 3, 12; 22. *I.* 3, 2, 7.

§ 29. *cf. supra* 3, 23. *Paul.* 4, 8, 22a. *D.* 38, 7, 2, 2 (*Ulp.* 1198).

§ 30. *cf. supra* 3, 24. *Ulp.* 28, 9. *Gai epit.* 2, 8, 7. *I.* 3, 5, 2. *D.* 38, 8, 2 (*Gai.* 295). 38, 8, 4 (*Ulp.* 2380). 38, 10, 10, 6 (*Paul.* 876). *B G U* 140 (*Bruns* I[7], 421). *Pap. Oxy.* 8, 1114. 9, 1201. *Zeitschr. Sav. Stift.* 32, 378*sq.* (*Meyer, Iur. Pap. nr.* 27)

§ 31. = *I.* 3, 5, 3. *cf. I.* 3, 1, 13. *D.* 38, 8, 1, 4 (*Ulp.* 1201).

§ 32. = *I.* 3, 9, 2 *in. cf. Ulp.* 28, 12. *infra* 3, 80. 4, 34; 111. *I.* 4, 12 *pr. D.* 5, 5, 2 (*Gai.* 149). 5, 5, 1 (*Ulp* 539). 37, 1, 1 (*Ulp.* 1015). 37, 1, 2 (*Ulp.* 486). 50, 16, 138 (*Paul.* 946). 50, 17, 117 (*Paul.* 202).

heredes ipso[1] quidem iure non fiunt: nam praetor heredes facere non *potest; per legem enim tantum uel similem iuris constitutionem* heredes *fiunt*, uelut per senatus consultum et constitutionem principalem: sed *cum eis praetor dat bonorum possessionem*, loco heredum *constituuntur*.[2]

33. A*dhuc autem etiam* alios conplures gradus *praetor facit in bonorum possessionibus dandis, dum id agit, ne quis sine successore moriatur.* de quibus in his commentariis consul*to non agimus, quia* hoc ius totum[3] propriis commentariis *exsecuti sumus.* 33ª. *Hoc* solum admonuisse sufficit, | ——— *vv. 3 exceptis frustulis legi nequeunt* ——— *per* | in manu*m conuentio*nem iura consanguini*tatis* na|cta[4] ———

——— *vv. 10* ———

133 ——— |[5] ———

t. s. ——— *vv. 19* ———

34. [6]*Aliquando tamen neque emendandi neque impugnandi ueteris iuris, sed* magis *confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. nam illis quoque,* qui rec*te facto testamento heredes instituti sunt,* dat secun-

134 *dum tabulas bonorum possessionem: item ab in*testato heredes suos et agnatos ad bonorum possessionem

1) ipse V. 2) *lacunae huius paragraphi suppl. ex Inst.* 3) tutum V. 4) *inde apparet de iure matris hic Gaium egisse; recte igitur Hu. de SCto Tertulliano cogitavit.* 5) *'initio huius paginae vel paulo post probabile est Gaium dixisse ex SCto Tertulliano matri non modo b. possessionem, sed etiam hereditatem competere, eamque b. possessionem adversus agnatos semper cum re praetorem dare. proinde hanc b. possessionem non modo supplendi, sed etiam impugnandi iuris civilis causa dari: quod etiam in aliis causis fieri'. Hu.* 6) *suppl. Goeschen ex Inst.*

§ 33. = *I.* 3, 9, 2 *med.*

§ 33a. *cf. supra* 3, 24. *Ulp.* 26, 8. *I. tit.* 3, 3. *D.* 34, 5, 9 (10), 1 (*Tryph.* 72).

§ 34. = *I.* 3, 9, 1. *cf. Coll.* 16, 3, 5 *fin.* (*Paul. Sent.* 4, 8, 5). *Pap. Oxy.* 9, 1201. *Pap. Amh.* 2, 72 (*Bruns* I⁷, 320). *Meyer, Iur. Pap. nr.* 27. suo loco] *cf. infra* 4. 144.

uocat. quibus casibus beneficium eius in eo solo uidetur aliquam utilitatem habere, ut is, qui ita bonorum possessionem petit, interdicto, cuius principium est QVORVM BONORVM, uti possit, cuius interdicti quae sit utilitas, suo loco proponemus; alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet iure ciuili.

35. Ceterum saepe quibusdam ita datur bonorum possessio, ut is, cui data sit, *non* optineat hereditatem; quae bonorum possessio dicitur sine re. 36. Nam si uerbi gratia iure facto testamento heres institutus creuerit hereditatem, sed bonorum possessionem secundum tabulas testamenti petere noluerit, contentus eo, quod iure ciuili heres sit, nihilo minus ii, qui nullo facto testamento ad intestati bona uocantur, possunt petere bonorum possessionem; sed sine re ad eos [hereditas][1] pertinet, cum testamento scriptus heres euincere hereditatem possit. 37. Idem iuris est, si intestato aliquo mortuo suus heres nolu*erit* petere *bonorum* possessionem, contentus *legitimo iure. nam*[2] et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, quia euinci hereditas a[3] suo herede potest. et illud conuenien*ter dic*tur[4]: si ad agnatum iure ciuili pertinet hereditas et is adierit hereditatem, sed[5] bonorum possessionem petere noluerit, et si quis ex proximis cognatis[6] petierit, sine re habebit bonorum possessionem propter eandem rationem. 38. Sunt et alii quidam similes casus, quorum aliquos | superiore com- 135
mentario tradidimus.[7]

---

1) *ut glossema del. Polcnaar.* 2) nam *suppl. Hollweg.* 3) ap V. 4) conuenienter dicetur *Goeschen.* conuenientur V. 5) sed si V. 6) cognatus V. 7) *sequitur linea vacua.*

---

§§ 35—37. *cf. Ulp.* 28, 13. 23, 6. 26, 8. *supra* 2, 148; 151a.

§ 38. sup. comm.] 2, 119; 148; 149.

39. Nunc de libertorum bonis uideamus. 40. Olim itaque licebat liberto patronum suum *im*pune testamento praeterire. nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liberti uocabat patr*o*num, si intestatus[1] mortuus esset libertus nullo suo herede *re*licto. itaque intestato quoque mortuo liberto, si is suum heredem reliquerat, nihil in bonis eius patrono iuris erat; et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla uidebatur esse querella; si uero uel adoptiuus filius filiaue uel uxor, quae in manu esset, *suus uel*[2] sua heres esse*t*, aperte ini*qu*um erat nihil iuris patrono superesse. 41. Qua de causa postea praetoris edicto haec iuris iniquitas emendata[3] est. siue enim faciat testamentum libertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinquat[4], et si aut nihil aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio; si uero intestatus moriatur suo herede relicto adoptiuo filio *uel* uxore, quae in manu ipsius esset, uel nuru[5], quae in manu filii eius fuerit, datur[6] aeque patrono aduersus hos suos heredes partis dimidiae bonorum possessio.
136 prosunt autem liberto ad ex|cludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habet, sed etiam emancipati et in adoptionem dati, si modo aliqua ex parte heredes scripti *sint aut praeteriti con*tra tabulas testamenti bonorum possessio-

1) intestatis V. 2) suus uel *suppl. Hu.* 3) emandata V. 4) relinquatur V. 5) nurus V. 6) dat V.

§§ 39. 40. = *I.* 3, 7 *pr. cf. Ulp.* 27, 1. 29, 1. *D.* 38, 16, 3 *pr.* (*Ulp.* 2525). lex XII tab.] 5, 8. *cf. Coll.* 16, 8, 2 (*Ulp.* 1928). *D.* 37, 14, 11 (*Ulp.* 2022). *infra* 3, 46; 49; 51. *supra* 1, 165.

§ 41. = *I.* 3, 7, 1. *cf. Ulp.* 29, 1. *D.* 38, 2, 1, 2 (*Ulp.* 1149). 38, 2, 6 *pr.* (*Ulp.* 1153). *Cass. Dio* 51, 15, 7. *Suet. Nero* 32.

nem ex edicto petierint; nam exheredati nullo modo repellunt patronum. 42. Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum, quod ad locupletiores libertos pertinet. cautum est enim ea lege, ut ex bonis eius, qui sestertium[1] *centum* mili*bus amplius* patrimonium reli*que*rit et pauciores quam tres liberos habebit, siue is testamento facto siue intestato mortuus erit, uirilis pars patrono debeatur; itaque cum unum filium unamue filiam heredem reliquerit[2] libertus, proinde pars dimidia patrono debetur, ac si sine ullo filio filiaue moreretur; cum uero duos duasue heredes reliquerit, tertia pars debetur[3]; si tres reli*n*quat, repellitur patronus. 43. In bonis libertinarum nullam iniuriam antiquo iure patiebantur patroni. cum enim hae in pat*ro*norum legitima tutela essent, non aliter scilicet testamentum facere poterant quam patrono auctore; itaque siue auctor ad testamentum faciendum | factus *erat, aut de* 137
se queri debebat, quod heres a liberta | relictus *non erat,* t. s.
aut ipsum ex testamento, si heres ab ea reli|ctus erat, *seque*batur[4] hereditas. si uero auctor | ei fa*ctus* non erat, et intestata liberta moriebatur, | ad *eundem, quia suos heredes femina habere non potest, hereditas per*|tinebat[5]: nec enim ullus olim *alius iure ciuili heres erat, qui* | posset[6] patronum a bonis lib*ertae intestatae*[7] *re*|pellere. 44. Sed postea lex Papia cum quattuor liberorum iure libertinas tutela patronorum liberaret et eo

1) sestertiorum *Inst.* sestertiorum |||| V? 2) relinquerit V. 3) debet V. 4) erat—sequebatur *suppl. Krueger et Hu.* 5) eundem—pertinebat *suppl. Hu.; cf. infra* 3, 51. 6) posset *Lachmann.* possit V. 7) *suppl. Hu.*

§ 42. = *I.* 3, 7, 2. *cf. D.* 37, 14, 16 (*Ulp.* 2020). 35, 3, 1, 14 (*Ulp.* 1711). 50, 16, 145 (*Ulp.* 2021).

§ 43. *cf. Ulp.* 29, 2. *Fr. de iure fisci* 12. *supra* 1, 192. 2, 118; 122.

§ 44. *cf. Ulp.* 29, 3. *supra* 1, 194. *D.* 50, 16, 153 (*Ter. Clem.* 26). 50, 16, 145 (*Ulp.* 2021). *C. I. L.* VI 1877 (*Dessau* 1910).

modo concederet eis etiam sine tu|toris auctoritate *testamentum facere, prospexit*, | ut pro numero liberor*um, quos liberta mortis tempo*|re habuerit, uirilis pars patrono debeatur; ergo ex bonis eius, quae | —— *vv. 2½ legi nequeunt* —— | [1] *hereditas* ad patronum pertinet.

45. Quae diximus de patrono, eadem intellegemus et de filio patroni, item de ne*pote ex* filio *et de* prone*pote ex nepote fili*o nato prog*n*ato. 46. Filia uero patroni et *neptis* ex filio et proneptis *ex* nepote filio nat*o* progna*ta* ol*im* quidem *habebant idem ius, quod l*ege XII tabularum patrono datum est; praetor *autem*
138 *non nisi uirilis* sex*us* patronorum liber*os uocat; filia*
t. s. *uero ut contra tabulas*[2] testa|menti liberti *aut*[3] ab intestato contra filium adoptiuum uel uxorem nurumue, quae in manu fuerit, bonorum possessionem petat, trium liberorum iure lege Papia consequitur; aliter hoc ius non habet. 47. Sed ut ex bonis libertae testatae quattuor liberos habentis uirilis pars ei debeatur, ne liberorum quidem iure consequitur, ut quidam putant; sed tamen intestata liberta mortua uerba legis Papiae faciunt, ut ei uirilis pars debeatur; si uero testamento facto mortua sit liberta, tale ius ei datur, quale datum est contra tabulas testamenti liberti, id est, quale et uirilis sexus patronorum liberi contra tabulas testamenti liberti habent, quamuis parum diligenter ea pars legis scripta sit. 48. Ex *his* apparet extraneos heredes patronorum longe remotos *esse* ab om*ni* eo iure, quod uel in *in*testatorum bonis uel *contra* tabulas testamenti patrono competit.

---

1) *cf. apographi supplementum.* 2) praetor — tabulas *suppl. Krueger.* 3) *suppl. Hu.*

---

§ 45. *cf. infra* 3, 58. *Ulp.* 29, 4. 27, 1. *I.* 3, 8 *pr. D.* 38, 2, 5 (*Gai.* 288).

§ 46. *cf. Ulp.* 29, 5. 27, 1. *D.* 38, 2, 39 (*Ter. Clem.* 25).

§ 47. *cf. supra* 3, 44. *C.* 6, 4, 4, 21 (*a.* 531).

§ 48. *cf. infra* 3, 58; 64.

49. Patronae olim ante legem Papiam hoc solum ius habebant in bonis libertorum, quod etiam patronis ex lege XII tabularum datum est. nec enim ut contra tabulas testamenti ingrati liberti uel ab intestato contra filium adoptiuum uel uxorem nurumue bonorum possessionem partis dimidiae peterent, praetor similiter ut de patrono liberisque eius curabat. 50. Sed lex Papia duobus liberis honoratae ingenuae patronae, | libertinae tribus eadem fere iura dedit, quae ex edicto 139
praetoris patroni habent; trium uero liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, quae per eandem legem patrono data sunt; libertinae autem patronae non idem iuris praestitit. 51. Quod autem ad libertinarum bona pertinet, si quidem intestatae decesserint, nihil noui patronae liberis honoratae lex Papia praestat; itaque si neque ipsa patrona neque liberta kapite deminuta sit, ex lege XII tabularum ad eam hereditas pertinet, et excluduntur libertae liberi; quod iuris est, etiam si liberis honorata non sit patrona; numquam enim, sicut supra diximus, feminae suum heredem habere possunt. si uero uel huius uel illius kapitis deminutio interueniat, rursus liberi libertae excludunt patronam, quia legitimo iure kapitis deminutione perempto euenit, ut liberi libertae cognationis iure potiores habeantur.[1] 52. Cum autem testamento facto moritur liberta, ea quidem patrona, quae liberis honorata non est, nihil iuris habet contra libertae testamentum; ei[2] uero, quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur per legem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra tabulas liberti.

1) habeant V. 2) ea V.

§§ 49. 50. *cf. Ulp.* 29, 5; 6. 27, 1. *D.* 38, 2, 17 (*Ulp.* 1205).
§ 51. *cf. Ulp.* 27, 5. *I.* 3, 4, 2. *supra* 1, 158. sicut supra dix.] *supra* 3, 43. *cf.* 2, 161. 1, 104. *Ulp.* 26, 7. *D.* 38, 16, 13 (*Gai.* 460). 37, 4, 4, 2 (*Paul.* 578).
§ 52. *cf. supra* 3, 47. *Ulp.* 29, 7.

53. Eadem lex patronae filio liberis honorato ***[1] patroni[2] iura dedit; sed in huius persona etiam unius |
140 filii filiaeue ius sufficit.

54. Hactenus omnia iura quasi per indicem tetigisse satis est. alioquin diligentior interpretatio propriis commentariis exposita est.[3]

55. Sequitur, ut de bonis Latinorum libertinorum dispiciamus. 56. Quae pars iuris ut manifestior fiat, admonendi sumus, id quod alio loco diximus, eos, qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium seruos fuisse, sed auxilio praetoris in libertatis forma[4] seruari solitos; unde etiam res eorum peculii iure ad patronos pertinere solita est.[5] postea uero per legem Iuniam eos omnes, quos praetor in libertate[6] tuebatur, liberos esse coepisse et appellatos esse Latinos Lunianos: Latinos ideo, quia lex eos liberos proinde[7] esse uoluit, atque si essent ciues Romani ingenui, qui ex urbe Roma in Latinas colonias deducti Latini coloniarii esse coeperunt; Iunianos ideo, quia per legem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non essent ciues Romani. legis itaque Iuniae lator cum intellegeret futurum, ut ea fictione res Latinorum defunctorum ad patronos pertinere desinerent, quia scilicet neque ut serui decederent, ut possent iure peculii res eorum ad pa-
141 tronos pertinere, neque | liberti Latini hominis bona[8] possent manumissionis iure ad patronos pertinere,

1) cre? V. fere *Krueger.* fere omnia *Polenaar.* 2) patronae *Goudsmit.* 3) *in* V *sequitur linea vacua.* 4) formam V. 5) solita est] solitae sunt *Hu.* 6) libertatem V. 7) perinde V. 8) b p (*i. e.* bonorum possessio) V.

§ 53. *cf. D.* 50, 16, 148; 149 (*Gai.* 459. 461). 38, 2, 42 *pr.* (*Pap.* 223). 38, 2, 18 (*Paul.* 601).

§ 54. propriis commentariis] *libris ad legem Iuliam et Papiam?*

§ 56. *cf. I.* 3, 7, 4. *Dosith.* 5. 6. *Ulp.* 1, 10. *C.* 7, 6, 1 *pr.* (*a.* 531). *cf. lex Salp. c.* 23 (*Bruns* I⁷, 144). *Gnom. Id. Log.* § 22. alio loco] *supra* 1, 22.

necessarium existimauit, ne beneficium istis datum in iniuriam patronorum conuerteretur, cauere [uoluit][1], ut bona eorum proinde ad manumissores pertinerent, ac si lex lata non esset. itaque iure quodam modo peculii bona Latinorum ad manumissores ea lege pertinent. 57. Unde accidit, ut longe differant ea iura, quae in bonis Latinorum ex lege Iunia constituta sunt, ab his, quae in hereditate[2] ciuium Romanorum libertorum obseruantur. 58. Nam ciuis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni nullo modo pertinet; ad filium autem patroni nepotesque ex filio et pronepotes ex nepote *filio nato*[3] prognatos omni modo pertinet, etiamsi *a* parente fuerint exheredati; Latinorum autem bona tamquam peculia seruorum etiam ad extraneos heredes pertinent et ad liberos manu*missoris* exheredatos non pertinent. 59. Item ciuis Romani liberti[4] hereditas ad duos pluresue patronos aequaliter pertinet, licet dispar in eo seruo dominium habuerint; bona uero Latinorum pro ea parte pertinent, pro qua parte quisque eorum dominus fuerit. 60. Item in hereditate ciuis Romani liberti patronus alterius patroni filium excludit[5], et filius patroni alterius patroni nepotem repellit; bona autem La|tinorum 142
et ad ipsum patronum et ad alterius patroni heredem simul pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent. 61. Item si unius patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, hereditas ciuis Romani

1) uoluit *del. Lachmann.* 2) hereditatem V. 3) filio nato *add. Lachmann.* 4) ciuis Romani liberti *Goeschen.* scrib. V. 5) excluditur V.

§ 58. *cf. supra* 3, 45—48. 2, 155. *D.* 37, 14, 9 *pr.* (*Mod.* 261). *Plin. ad Trai.* 104 (105).

§ 59. *cf. C.* 6, 4, 4, 19 (*a.* 531). *D.* 38, 2, 34 (*Iav.* 16).

§ 60. *cf. Ulp.* 27, 2; 3. *Paul.* 3, 2, 1. *D.* 38, 2, 23, 1 (*Iul.* 414). *C.* 6, 4, 4, 19a (*a.* 531). *I.* 3, 7, 3.

§ 61. *cf. Ulp.* 27, 4. *Paul.* 3, 2, 3. *D.* 38, 2, 23, 2 (*Iul.* 414). *C.* 6, 4, 4, 19b (*a.* 531). *I.* 3, 7, 3.

liberti in capita diuiditur, id est tres fratres tres portiones ferunt et unus quartam[1]; bona uero Latinorum pro ea parte ad successores pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem pertinerent. 62. Item si alter ex [is] patronis suam partem in hereditate[2] ciuis Romani liberti spernat uel ante moriatur, quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet; bona autem Latini pro parte deficientis[3] patroni caduca fiunt et ad populum pertinent.

63. Postea Lupo et Largo consulibus senatus censuit, ut bona Latinorum primum ad eum pertinerent, qui eos liberasset; deinde ad liberos eorum non nominatim exheredatos, uti quisque proximus esset; tunc antiquo iure ad heredes eorum, qui liberassent, pertinerent. 64. Quo senatus consulto[4] quidam *id*[5] actum esse putant, ut in bonis Latinorum eodem iure utamur, quo utimur in hereditate ciuium Romanorum libertinorum. idque[6] maxime Pegaso placuit; quae sententia aperte falsa est. nam ciuis Romani liberti
143 hereditas numquam ad extraneos patroni heredes | pertinet; bona autem Latinorum etiam[7] ex hoc ipso senatus consulto non obstantibus liberis manumissoris etiam[8] ad extraneos heredes pertinent. item in hereditate[2] ciuis Romani liberti liberis manumissoris nulla exheredatio nocet, in bonis Latinorum nocere nominatim factam exheredationem ipso senatus consulto

1) quarta V. 2) hereditatem V. 3) deficientis *Goeschen.* decedentis V. 4) quo senatus consulto *Goeschen.* quod sc. V. 5) *add. Goeschen.* 6) idque *Goeschen.* idemque V. 7) '*h. e. non tantum antiquo iure, sed etiam*'. *Hu.* 8) '*h. e. non tantum ad liberos, sed etiam*'. *Hu.*

§ 62. *cf. C.* 6, 4, 4, 19c (*a.* 531). *Paul.* 3, 2, 2. *supra* 2, 150; 189.

§ 63. *cf. I.* 3, 7, 4. *C.* 7, 6, 1, 1a; 12a (*a.* 531). *Nov.* 78 *praef.* Lupo et Largo] *a.* 42 *p. Chr.*

§ 64. *cf. supra* 3, 48; 58. *D.* 38, 2, 40 (*Ter. Clem.* 27). *I.* 3, 7, 4.

significatur. uerius est ergo hoc solum eo senatus consulto actum esse, ut manumissoris liberi, qui nominatim exheredati non sint, praeferantur extraneis heredibus. 65. Itaque emancipatus filius patroni praeteritus, quamuis contra tabulas testamenti parentis sui bonorum possessionem non petierit, tamen extraneis heredibus in bonis Latinorum potior habetur. 66. Item filia ceterique sui heredes licet iure ciuili inter ceteros exheredati sint et[1] ab omni hereditate patris sui summoueantur, tamen in bonis Latinorum, nisi nominatim a parente fuerint exheredati[2], potiores erunt extraneis heredibus. 67. Item ad liberos, qui ab hereditate parentis se abstinuerunt, *nihilo minus tamen*[3] bona Latinorum pertinent; *scilicet quia* exheredati nullo modo dici possunt, non magis quam qui testamento silentio praeteriti sunt. 68. Ex his omnibus satis illud appareret, si is, qui Latinum fecerit, ——— | ——— *vv. 21 exceptis frustulis legi nequeunt* 144 ——— | 69. Item illud quoque constare uidetur, si solos liberos ex disparibus partibus patronus | ——— *vv. 1½ legi nequeunt* ——— |[4] tant, ad eos pertinere, quia 145 nullo interueniente extraneo herede senatus consulto locus non est. 70. Sed[5] si cum liberis suis etiam extraneum heredem patronus reliquerit, Caelius[6] Sabinus ait tota bona pro uirilibus partibus ad liberos defuncti pertinere, quia cum extraneus heres[7] interuenit, non habet lex Iunia locum, sed senatus consultum; Iauolenus autem ait tantum eam partem ex senatus consulto liberos patroni pro uirilibus partibus habitu-

1) sint et *del. Polenaar.* 2) exhereditati V. 3) nihilo minus *add. Lachmann.* tamen *add. Hu.* 4) *Krueger exempli causa supplet:* heredes instituerit, ex isdem partibus bona Latini, si patri heredes exis tant. 5) ei V. 6) selius V. 7) extraneos heres *correctum ex* extraneos heredes V.

§ 66. *cf. supra* 2, 132.
§ 67. *cf. supra* 2, 158.

ros esse, quam extranei heredes ante senatus consultum lege Iunia habituri essent, reliquas uero partes pro hereditariis partibus ad eos pertinere. 71. Item quaeritur, an hoc senatus consultum ad eos patroni liberos pertineat, qui ex filia nepteue procreantur, id est, ut nepos meus ex filia potior sit in bonis Latini mei quam extraneus heres; item *an* ad maternos Latinos hoc senatus consultum pertineat, quaeritur, id est, ut in bonis Latini materni potior sit patronae filius quam heres extraneus matris. Cassio placuit utroque casu locum esse senatus consulto; sed huius sententiam plerique inprobant, quia senatus de his liberis patronorum[1] nihil sentiat, qui aliam familiam sequerentur; idque ex eo adparere[2], quod nominatim exheredatos summoucat; nam uidetur de his sentire, qui exheredari a parente solent, si heredes non instituantur; neque autem matri filium filiamue neque
146 auo | materno nepotem neptemue, si eum eamue heredem non instituat, exheredare necesse est, siue de iure ciuili quaeramus siue de[3] edicto praetoris, quo praeteritis liberis contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur.

72. Aliquando tamen ciuis Romanus libertus tamquam Latinus moritur, uelut si Latinus saluo iure patroni ab imperatore ius Quiritium consecutus fuerit. nam, ut diuus Traianus constituit, si Latinus inuito uel ignorante patrono ius Quiritium ab imperatore consecutus sit, quibus casibus[4], dum uiuit iste libertus, ceteris ciuibus Romanis libertis similis est et iustos liberos procreat, moritur autem Latini iure, nec ei

---

1) patronorum *Hu. ed. 4.* patronarum V. 2) adparere *Polenaar.* adparet V. 3) de ex V. 4) quibus casibus *del. Mommsen; sed cf. supra* 2, 144.

---

§ 72. *cf. I.* 3, 7, 4. *C.* 7, 6, 1, 1a; 12a (*a.* 531). *Plin. ad Trai.* 5, 2. 11, 2. 104 (105).

liberi eius heredes *esse* possunt; et in hoc tantum habet testamenti factionem, ut[1] patronum heredem instituat eique[2], si heres esse noluerit, alium substituere possit. 73. Et quia hac constitutione uidebatur effectum, ut ne umquam isti homines tamquam ciues Romani morerentur, quamuis eo iure postea usi[3] essent, quo uel ex lege Aelia Sentia[4] uel ex senatus consulto ciues Romani essent, diuus Hadrianus iniquitate rei motus auctor fuit senatus consulti faciundi[5], ut qui ignorante uel recusante patrono ab imperatore ius Quiritium consecuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege Aelia Sentia uel ex senatus consulto, si Latini mansissent[6], ciuitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi haberentur, ac si lege Aelia Sentia uel senatus consulto ad ciuitatem Romanam peruenissent. |

74. Eorum autem, quos lex Aelia Sentia dediti- 147
ciorum numero facit, bona modo quasi ciuium Romanorum libertorum[7] modo quasi Latinorum ad patronos pertinent. 75. Nam eorum bona, qui si *in* aliquo uitio non essent, manumissi ciues Romani futuri essent, quasi ciuium Romanorum patronis eadem lege tribuuntur. non tamen hi[8] habent etiam testamenti factionem. nam id plerisque placuit, nec inmerito. nam incredibile uidebatur pessimae condicionis hominibus uoluisse legis latorem testamenti faciundi ius concedere. 76. Eorum uero bona, qui si non in aliquo uitio essent, manumissi futuri Latini essent, proinde

1) aut V. 2) ei qui V. 3) ut si V. 4) Aelia Sentia *Goeschen.* x̄ s̄ V. 5) paciundi V. 6) mansissent *Goeschen.* manumissi essent V. 7) ciuium Romanorum libertorum *Goeschen.* sc. libustorum V. 8) ui? V.

§ 73. *cf. supra* 1, 29 *sq.*; 66 *sq.*; 69 *sq.*
§ 74. *cf. supra* 1, 13 *sq. Gnom. Id. Log.* § 20.
§ 75. *cf. supra* 1, 25; 26. *Ulp.* 20, 14; 15.
§ 76. *cf. Ulp.* 1, 16.

tribuuntur patronis, ac si Latini[1] decessissent. nec me praeterit non satis in ea re legis latorem[2] uoluntatem suam uerbis expressisse.

77. Videamus autem et de ea successione, quae nobis ex emptione bonorum[3] competit. 78. Bona autem ueneunt aut uiuorum aut mortuorum: uiuorum, uelut eorum, qui fraudationis causa latitant nec absentes[4] defenduntur; item eorum, qui ex lege Iulia bonis cedunt; item iudicatorum post tempus, quod eis partim[5] lege XII tabularum, partim edicto praetoris ad expediendam pecuniam tribuitur. mortuorum bona ueneunt uelut eorum, quibus certum est neque heredes neque
148 bonorum possessores neque ullum alium | iustum successorem existere. 79. *Et* si quidem uiui bona ueneant, iubet ea praetor per dies continuos XXX possideri

1) Latinis V. 2) legatorem V. 3) bonarum V. 4) nec absentes] *desideratur* aut absentes non; *fortasse quaedam exciderunt, ut Gaius sic fere scripserit:* nec defenduntur; item eorum qui absentes non. 5) eis partim *Goeschen.* eius parti V.

§ 77. *cf. supra* 2, 98. *I.* 3, 12 *pr. cum Theoph.* (*p.* 314 *sq. Ferr.*).

§ 78. uiuorum] *cf. infra* 3, 154. qui fraud. c. lat.] *cf. Cic. pro Quinct.* 19, 60. 23, 74. *Prob. Einsidl.* 66 (*Iurispr.* I, 91). *D.* 15, 1, 50 *pr.* (*Pap.* 158). 4, 6, 21, 2 (*Ulp.* 434) 42, 4, 7, 1 (*Ulp.* 1390). 42, 5, 36 (*Ulp.* 2922). 2, 4, 19 (*Paul.* 89). *C.* 7, 72, 9 (*a.* 299). nec abs. defend.] *cf. Cic. pro Quinct.* 19, 60. 23, 74 *D.* 42, 5, 5 (*Ulp.* 1394). 3, 5, 1 (*Ulp.* 346). 4, 6, 21, 2 (*Ulp.* 434). *cf. etiam D.* 3, 4, 1, 2 (*Gai.* 87). ex l. Iulia] *cf. D. tit.* 42, 3. *C. Theod. tit.* 4, 20. *C. Iust. tit.* 7, 71. *C.* 2, 11 (12), 11 (*a.* 223). iudicatorum] *cf. D.* 15, 1, 51 (*Scaev.* 142). *C.* 8, 17 (18), 4 (3) (a. 215). lege XII tab.] 3, 1. edicto praetoris] '*puta in iudiciis imperio continentibus*'. *Hu.* mortuorum *etc.*] *cf. supra* 2, 154; 158. certum est] *cf. D.* 42, 4, 8 (*Ulp.* 1398). neque heredes] *cf. Cic. pro Quinct.* 19, 60. *D.* 29, 2, 91 (*Paul.* 1576). neque ullum alium *etc.*] *cf. supra* 2, 150. *Ulp.* 28, 7. *D.* 38, 9, 1 *pr.* (*Ulp.* 1212). 49, 14, 1, 1 (*Call.* 79). *C.* 7, 72, 5 (*a.* 293). *Cic. de leg.* 2, 19, 48.

§ 79. *cf. infra* 4, 35; 65 *sq.*; 102; 145. *Theoph.* 3, 12 *pr.* (*p.* 314 *sq. Ferr.*). *lex Iul. munic. lin.* 116 *sq.* (*Bruns* I[7], 108).

et[1] proscribi, si uero mortui, per[2] dies XV; postea iubet[3] conuenire creditores et ex eo numero magistrum creari, id est eum, per quem bona ueneant. itaque si uiui bona ueneant, in diebus *x*[4] *legem bonorum uendundorum* fieri[5] iubet, si mortui, in dimidio. *die*bus tandem[6] uiui bona XXX, mortui uero XX emptori addici iubet. quare autem tardius uiuentium bonorum uenditionem compleri[7] iubet[8], illa ratio est, quia de uiuis curandum erat, ne facile bonorum uenditiones paterentur. 80. Neque autem bonorum possessorum neque bonorum emptorum *res*[9] pleno iure fiunt, sed in bonis efficiun*tur*; *ex iure Quiritium* autem ita demum adquiruntur, si usuceperunt.[10] interdum quidem bonorum emptoribus ne *u*sus quidem capio contingit, uelut si pereos ******* | bonorum emptor[11]

——— *vv.* 2½ *legi nequeunt* ——— | ———

1) possideri et *Goeschen.* possederit V. 2) post V. 3) iubent V. 4) *de numero nil constat; hoc tantum requiritur, ne impar sit numerus dierum.* 5) X legem bonorum uendundorum fieri *coni. Hu.* (*'Nexum' p. 153*) *ex Theoph.* (*p. 315 Ferr.*). 6) tandem *Hu.* ita ** V. 7) compleri *Lachmann.* complere V. 8) iubeat *Polenaar.* 9) bonorum possessorum neque bonorum emptorum res *Goeschen.* bonorum possessio neque uerii? V. 10) usuceperunt *Lachmann.* ususceperiunt? V. 11) *Hu. supplementa proposuit haec:* uelut si peregrinus sit bonorum emptor nec senatus consultum concesserit eius ciuitati ius, quo, quae ciuibus eius populi a ciuibus Romanis alienantur, usucapere

Cic. pro Quinct. 6, 25; 27. *Senec. de benef.* 4, 12, 3. dies continuos XXX] *cf. Cic. pro Quinct.* 8, 30. *C.* 7, 72, 9 *i. f.* (*a.* 299). poss. et proscr.] *cf. Prob.* 5, 24 (*Iurispr.* I, 88). *infra* 3, 220. *Charis. Gramm. lat. ed. Keil* I, 235, 19. *l. Rubr. c.* 22 *i. f.* (*Bruns* I⁷, 100). creditores] *cf. D.* 50, 16, 54 (*Ulp.* 1420); 55 (*Paul.* 38). magistrum] *cf. D.* 50, 16, 57 (*Paul.* 719). *Cic. pro Quinct.* 15, 50. *ad Attic.* 1, 1, 3. 6, 1, 15. *Quint. inst. or.* 6, 3, 51.

§§ 80. 81. *cf. infra* 4, 34; 35; 65; 68; 145. *Theoph.* 3, 12 *pr.* (*p.* 314 *sq. Ferr.*). *D.* 41, 4, 2, 19 (*Paul* 664). *Varro r. r.* 2, 10, 4 (*Bruns* II⁷, 63).

81. Item quae debita *sunt ei, cuius fuerunt bona*[1], aut ipse debuit, neque bonorum possessor ne*que* bono*r*um emptor ipso iure debet[2] *aut ipsis debentur, et ideo* de omnibus rebus *utilibus actionibus et agunt et conueniuntur, quas*[3] in sequenti commentario proponemus. |

149 82. Sunt autem etiam alterius generis successiones, quae neque lege XII tabularum neque praetoris edicto, sed eo iure, *quod tacito* consensu[4] receptum est, introductae sunt. 83. Etenim cum pater familias se in adoptionem de*dit* mulierue[5] in manum conuenit, omnes eius res incorporales et corporales, quaeque ei debitae[6] sunt, patri adoptiuo coemptionatoriue adquiruntur exceptis his, quae per capitis deminutionem pereunt, quales sunt usufructus, operarum obligatio *libertorum*, quae per iusiurandum contracta est, et *lites contestatae*[7] legitimo iudicio. 84. Ex diuerso quod is debu*it, qui se in* adoptionem dedit quaeue[8] in manum conue*nit, non* transit ad coemptionatorem aut ad patrem adoptiuum,

---

possunt. *Kruegero videtur Gaius egisse de usucapione, quae non contingit, si per eos bona venierunt, quibus nihil debitum erat, vel de bonorum venditione aliam ob causam irrita facta* (*cf. Dig.* 42, 4, 7, 3 *et* 42, 5, 30).

1) debita—bona *suppl. Lachmann.* 2) debeat(?) V. 3) utilibus—quas *suppl. fere Hu.* 4) concessu V. 5) mulierue *Boecking.* mulierque V. 6) *num* debita? 7) lites contestatae *suppl. Rudorff.* 8) quaeque V.

---

§ 82. = *I.* 3, 10 *pr.*

§ 83. = *I.* 3, 10, 1. *cf. infra* 4, 80. in adoptionem] *cf. D.* 43, 26, 16 (*Pomp.* 771). 37, 11, 11, 2 (*Pap.* 221). 1, 7, 15 *pr.* (*Ulp.* 2689). *Suet. Tib.* 15. *Gell.* 5, 19, 6. in manum] *Cic. top.* 4, 23. per cap. dem. pereunt] *cf. D.* 46, 3, 38 *pr.* (*Afr.* 79). *infra* 3, 114. ususfructus] *cf. D.* 7, 1, 35, 1 (*Iul.* 887). 7, 1, 56 (*Gai.* 297). 7, 4, 1; 3 = *Vat.* 61—64 (*Ulp.* 2550 *sq.*). *Paul.* 3, 6, 28; 29. *I.* 2, 4, 3. *C.* 3, 33, 16 (*a.* 530). operar. obl.] *cf. D.* 33, 2, 2 (*Pap.* 259). 38, 1, 7 (*Ulp.* 2702). *infra ad* 3, 96. legit. iud.] *cf. infra* 3, 181. 4, 104.

§ 84. *cf. I.* 3, 10, 3. *infra* 4, 38; 80. *D.* 4, 5, 2 (*Ulp.* 413 *sq.*). 15, 1, 42 (*Ulp.* 418). hereditarium aes alienum] *cf D.* 42, 5, 7 (*Gai.* 344). 44, 7, 40 (*Paul.* 225).

nisi si hereditarium aes alienum *fuerit; de eo* enim, quia ipse pater adoptiuus aut coemptionator heres fit, directo tenetur iure, *is uero, qui* se adoptandum dedit, quaeue[1] in manum conuenit, desinit esse heres[2]; de eo uero, quod proprio nomine eae[3] personae debuerint, licet neque pater adoptiuus teneatur neque coemptionator *et ne*[4] ipse quidem, qui se in adoptionem[5] ded*it*, *uel ipsa*[6], quae in manum conuenit, maneat obligatus obligata*ue*, quia scilicet[7] per capitis diminutionem liberetur, tamen in eum eamue utilis actio datur rescissa | capitis deminutione, et, si aduersus hanc actionem non 150
defendantur[8], quae bona eorum futura fuissent, si se alieno iuri non subiecissent, uniuersa uendere creditoribus praetor permittit.[9]

85. *Item si* legitimam h*ereditatem heres, antequam cer*nat aut pro herede gerat, alii in iure cedat, pleno iure fit ille heres, cui cessa est hereditas, *proinde ac si ipse per* legem ad hereditatem uocaretur; quod si postea quam heres extiterit, cesserit, adhuc heres manet et ob id creditoribus[10] ipse tenebitur; sed res corporales transferet, proinde ac si singulas in iure cessisset, debita uero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum faciunt. 86. Idem iuris est, si testamento scriptus heres, postea quam heres extiterit, in iure cesserit hereditatem; ante aditam uero hereditatem cedendo nihil agit. 87. Suus autem et necessarius heres an aliquid agant[11] in iure cedendo, quaeritur. nostri praeceptores nihil eos agere existimant; diuersae scho-

1) quaeue *Lachmann.* queque V. 2) heredes V. 3) ea V. 4) et ne *suppl. Krueger.* 5) in adoptionem *Goeschen.* adem in optionem V. 6) uel ipsa *supplevimus.* 7) scilicet *Goeschen.* scetsi? V. 8) defendatur V. 9) permittitur V. *deinde versus unus in* V *vacuus relictus.* 10) a creditoribus V. 11) agat V.

§§ 85—87. *cf. supra* 2, 35—37.

§ 87. cernendo aut pro herede gerendo] *cf. supra* 2, 116. *Consult.* 6, 19 (*Cod. Hermog. a.* 294).

lae auctores idem eos agere putant, quod ceteri post aditam[1] hereditatem; nihil enim interest[2], utrum aliquis cernendo aut pro herede gerendo heres fiat an iuris necessitate hereditati adstringatur.[3] |

151 88. *Nunc transeamus*[4] ad obligationes, quarum summa diuisio in duas species diducitur: omnis enim obligatio uel ex contractu nascitur uel ex delicto.

89. Et prius uideamus de his, quae ex contractu nascuntur. harum autem quattuor genera sunt: aut enim re *con*trahitur obligatio aut uerbis aut litteris aut consensu.

90. Re contrahitur obligatio uelut mutui datione; *mutui autem datio* proprie in his fere[5] rebus contingit, quae[6] res pondere, numero, mensura constant, qualis est pecunia numerata, uinum, oleum, frumentum, aes, argentum, aurum; quas res aut numerando aut metiendo aut pendendo in hoc damus, ut accipientium fiant et quandoque nobis non eaedem[7], sed aliae[8] eiusdem naturae reddantur. unde etiam mutuum appellatum est, quia quod ita *ti*bi a me datum est, ex meo tuum fit.[9] 91. Is quoque, qui non debitum accepit ab

1) aditatam V. 2) interesse *Beseler.* 3) *ultima linea paginae* 150 (*rubricae destinata*) *et initium primae lineae p.* 151 *litteris vacant in* V. 4) nunc transeamus *suppl. ex Inst.* 5) *del. Hu.; om. Inst.* 6) qua V. 7) eaedem *Inst.* eadem V. 8) aliae *Inst.* alia V. 9) fiat V. *'non inprobabiliter hic excidit ex Inst. supplendum: (at)* ex eo contractu nascitur actio, quae uocatur condictio. *etiam Theophilus: ἐκ δὲ τούτου κτλ.' Hu.*

§§ 88. 89. *cf. I.* 3, 13 *pr.*; 2. *Gai epit.* 2, 9 *pr. D.* 44, 7, 1 *pr.*; 1 (*Gai.* 498). *infra* 3, 182. 4, 2. *D.* 44, 7, 52 *pr.* (*Mod.* 192). re] *infra* 3, 90; 91. uerbis] *infra* 3, 92—127. litteris] *infra* 3, 128—134. consensu] *infra* 3, 135—162.

§ 90. *inde a verbis* quas res = *I.* 3, 14 *pr. cf. Gai epit.* 2, 9, 1. *D.* 44, 7, 1, 2 (*Gai.* 498). *supra* 2, 81. *Ulp. Inst. fragm.* 2, 1. *D.* 12, 1, 2 *pr.*—2 (*Paul.* 430). 44, 7, 52, 1 (*Mod.* 192). *Varro de l. l.* 5, 179 (*Bruns* II⁷, 54). *Non. p.* 439, 15 *Merc. Boeth. ad Cic. top. p.* 300 *Bait. Isid. orig.* 5, 25, 18.

§ 91. = *I.* 3, 14, 1. *cf. D.* 44, 7, 5, 3 (*Gai.* 506). *I.* 3,

eo, qui per errorem soluit, re obligatur; nam proinde ei condici potest SI PARET[1] EVM DARE OPORTERE, ac si mutuum accepisset. unde quidam putant pupillum aut mulierem, cui sine tutoris auctoritate[2] non debitum per errorem datum est, non teneri condictione, non magis quam mutui datione. sed haec species obligationis non uidetur ex contractu consistere, quia is, qui soluendi animo dat, magis distrahere uult negotium quam contrahere.

92] Verbis | obligatio fit ex interrogatione et re- 152
sponsione, uelut DARI SPONDES? SPONDEO, DABIS? DABO, PROMITTIS? PROMITTO, FIDEPROMITTIS? FIDE PROMITTO, FIDEIVBES? FIDEIVBEO, FACIES? FACIAM.

93. Sed haec quidem uerborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO propria ciuium Romanorum est; ceterae[3] uero iuris gentium sunt, itaque inter omnes homines, siue ciues Romanos siue peregrinos, ualent. et quamuis ad Graecam[4] uocem expressae fuerint, uelut hoc modo *δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω*[5], etiam hae[6] tamen inter ciues Romanos ualent[7], si modo Graeci

1) parret V. 2) tutoris auctoritate *Inst.* totae V. 3) cetera V. 4) eregam (?) V. 5) *haec Graeca ex Theophilo suppleta sunt.* 6) haec V. 7) ualent tm V.

27, 6. *D.* 26, 8, 5 *pr.* (*Ulp.* 2854). 44, 4, 4, 4 (*Ulp.* 1678). SI PARET] *cf. infra* 4, 4; 5; 41. quidam putant] *cf. D.* 26, 8, 13 (*Iul.* 322). 46, 3, 66 (*Pomp.* 354).

§ 92. *cf. Gai epit.* 2, 9, 2. *Paul.* 2, 3. 5, 7, 1. *J.* 3, 15 *pr. D.* 45, 1, 5, 1 (*Pomp.* 722). 44, 7, 1, 7 (*Gai.* 498). 44, 7, 52, 2 (*Mod.* 192). *C.* 8, 37(38), 10 (*a.* 472). *Plaut. Aul.* 2, 2, 78 = 256. *Pseud.* 1, 1, 112 *sq.* = 114 *sq.*; 1, 5, 121 *sq.* = 535 *sq.*; 4, 6, 6 *sq.* = 1068 *sq. Menaechm.* 5, 4, 6 = 894. *Bacch.* 4, 8, 43 = 883. *Cic. pro Caec.* 3, 7. *Fest. v. spondere p.* 329; 343 (*Bruns* II^7, 40). *Varro de l. l.* 6, 69 *sq.* (*Bruns* II^7, 56). *Seneca ep.* 7, 1. *Isid. orig.* 5, 24, 30 (*Bruns* II^7, 81).

§ 93. *cf. infra* 3, 119; 179 *i. f. I.* 3, 15, 1 *cum Theoph.* (*p.* 322 *sq. Ferr.*). *D.* 45, 1, 1, 6 (*Ulp.* 2949). 46, 4, 8, 4 *i. f.* (*Ulp.* 2957). *C.* 8, 40(41), 12 (*a.* 230). 2, 55(56), 4, 6 (*a.* 529). *Gell.* 4, 4 (*Serv.* 2, *Iurispr.* I, 33).

sermonis intellectum habeant; et e contrario quamuis Latine enuntientur, tamen etiam inter peregrinos ualent, si modo Latini sermonis intellectum habeant.[1] at illa uerborum obligatio DARI SPONDES? SPONDEO adeo propria ciuium Romanorum est, ut ne quidem in Graecum sermonem per interpretationem proprie transferri[2] possit, quamuis dicatur a Graeca uoce figurata esse. 94. Unde dicitur uno casu hoc uerbo peregrinum quoque obligari posse, uelut si imperator noster principem alicuius peregrini populi de pace ita interroget: PACEM FVTVRAM SPONDES? uel ipse eodem modo interrogetur. quod nimium subtiliter dictum est, quia si quid aduersus pactionem fiat, non ex stipulatu[3] agitur, sed iure belli res uindicatur. 95. Illud dubitari potest, si quis[4]

153 | ——— *vv. 13* ———
t. s 95ª. — | si debitor mulieris iussu eius, dum ———[5] | doti dicat quod debet. alius autem obligari *eo* modo | non potest. | et ideo si quis ali*us pro muliere dotem uiro promittat, com*|muni iure obliga ———.[6]

1) habeantur V. 2) transferri *Goeschen.* transfieri V. 3) stipulat V. 4) *cf. apographum; de supplementis vid. epit.* 2, 9, 3; 4. 5) *Hu. supplevit*: modo auctore tutore eidem. 6) *Hu. suppl.*: obligari debebit, scilicet ut ante stipuletur maritus.

§ 94. *cf. Liv.* 9, 5, 2 *sq.* 9, 8, 4 *sq.* 9, 11, 3 *sq.* 9, 41, 20. *Cic. pro Balbo* 12, 29. *cf. etiam D.* 2, 14, 5 (*Ulp.* 241).

§ 95ª. *cf. Gai epit.* 2, 9, 3. *Ulp.* 6, 1; 2. 11, 20. *Fr. Vat* 99 *sq.* (*Paul.* 1506 *sq.*). *D.* 23, 3, 79, 1 (*Lab. ap. Iav.* 221). 23, 3, 80 *et* 83 (*Lab. ap. Iav.* 222). 23, 4, 32, 1 (*Lab. ap. Iav.* 223). 50, 16, 125 (*Proc.* 20) 23, 3, 57 (*Iav.* 147). 23, 3, 44 (*Iul.* 268). 23, 3, 46 (*Iul.* 269). 23, 3, 61 *pr.* (*Ter Clem.* 5). 23, 3, 59 *pr.*; 1 (*Marcell.* 82). 23, 3, 45 (*Tryph.* 29). 23, 3, 77 (*Tryph.* 36). 23, 3, 25 (*Paul.* 1758). *C. I.* 5, 12, 1 (*a.* 201) *C. Th.* 3, 12 3 (= *C. I.* 5, 5, 6; *a.* 396). 3, 13, 4 (= *C. I.* 5, 12, 6; *a.* 428). *Plaut. Aul.* 2, 2, 78 = 256. *Amphitr.* 2, 2, 209 = 839. *Ter. Heaut.* 5, 1, 64 = 937. 5, 5, 4 = 1048. *Cic. pro Caec.* 25, 73. *pro Flacc.* 35, 86. *Ov. Fast.* 6, 594. *Senec. controv.* 1, 6, 5 (*p.* 66, 7 *ed. Mueller*). *Plin. ep.* 2, 4, 2. *Apul. apol.* 102. *Non. Marcell. p.* 280, 22 *sq.* (*dicere etiam promittere*). *Mart. Cap.* 9, 898. *Schol. ad. Pers. sat.* 2, 14.

96. Item uno loquente *et sine interrogatione alii promittente contrahitur obligatio, si libertus patrono aut donum aut munus aut operas se daturum esse iurauit*[1], *et*si haec sola[2] causa est[3], ex qua iureiurando contrahitur obligatio. sane ex alia nulla causa iureiurando homines | obligantur, utique cum quaeritur de iure Romanorum. nam apud peregrinos quid iuris sit, singularum ciuitatium iura requirentes aliud intellegere poterimus ———.[4] 154 t. s.

97. Si id, quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, inutilis est stipulatio, uelut si quis hominem liberum, quem seruum esse credebat, aut mortuum, quem uiuum esse credebat, aut locum sacrum uel religiosum, quem putabat[5] humani iuris esse, dari *stipuletur.* 97ª. *Item si quis rem, quae in rerum natura esse non potest, uelut hippocentaurum*[6], stipuletur, aeque inutilis est stipulatio. 98. Item si quis sub ea condicione stipuletur, quae existere non potest, uelut 'si digito caelum tetigerit', inutilis est stipulatio. sed legatum sub inpossibili condicione[7] relictum nostri praeceptores proinde deberi putant, ac si sine condi-

1) et—iurauit *suppl. ex epitoma.* 2) solo(?) V. 3) s. V. 4) *fortasse sequitur in* V: in aliis ualere. *deinde sequitur linea uacua.* 5) putabatat V. 6) stipuletur—hippocentaurum *suppl. Lachmann ex Inst.* 3, 19, 1. 7) cocondicione V.

§ 96. *cf. Gai epit.* 2, 9, 4. *supra* 3, 83. *Paul.* 2, 32. *D.* 38, 1, 7 (*Ulp.* 2702). 38, 1, 8 (*Pomp.* 528). 40, 12, 44 *pr.* (*Ven.* 3). 46, 4, 13 *pr.* (*Ulp.* 2980). *Cic. ad Att.* 7, 2, 8.

§ 97. *cf. Gai epit.* 2, 9, 5. *I.* 3, 19, 1; 2. *D.* 44, 7, 1, 9 (*Gai.* 498). 45, 1, 103 (*Mod.* 115).

§ 97ª. *cf. I.* 3, 19, 1. *D.* 45, 1, 97 *pr.* (*Cels.* 222). *Lucret.* 5, 878 *sq. Cic. de nat. deor.* 2, 2, 5. *Ovid. Trist.* 4, 7, 15. *Senec. ep.* 58, 15. *Plin. n. h.* 7, 35. *Isid. orig.* 1, 39, 5. 11, 3, 37; 39.

§ 98. *cf. Gai epit.* 2, 9, 6. *Paul.* 3, 4ᵇ, 1. *I.* 3, 19, 11. *D.* 44, 7, 1, 11 (*Gai.* 498). 45, 1, 137, 6 (*Ven.* 53). 44, 7, 31 (*Maecian.* 16). 45, 1, 7 (*Ulp.* 2474). sed legatum *etc.*] *cf. I.* 2, 14, 10. *D.* 28, 5, 46 (45) (*Alf.* 34). 33, 4, 12 (*Scaev.* 264). 35, 1, 3 (*Ulp.* 2474).

cione relictum esset; diuersae[1] scholae auctores nihilo[2] minus legatum inutile existimant quam stipulationem. et sane uix idonea diuersitatis ratio reddi potest. 99. Praeterea inutilis est stipulatio, si quis ignorans rem suam esse dari sibi eam stipuletur; quippe quod alicuius est, id ei dari non potest. 100. Denique inutilis est talis stipulatio, si quis ita dari stipuletur: POST MORTEM MEAM DARI SPONDES? uel ita: *POST MORTEM TVAM DARI SPONDES? ualet autem, si quis ita dari stipuletur: CVM MORIAR, DARI SPONDES? uel ita*[3]: CVM
155 MORIERIS, DARI | SPONDES? id est, ut in nouissimum uitae tempus stipulatoris aut promissoris obligatio conferatur: nam inelegans esse uisum est ab heredis persona incipere obligationem. rursum ita stipulari non possumus: PRIDIE QVAM MORIAR, aut PRIDIE QVAM MORIERIS, DARI SPONDES? quia non potest aliter intellegi 'pridie quam aliquis morietur', quam si mors secuta sit; rursus morte secuta in praeteritum reducitur[4] stipulatio et quodam modo talis est: HEREDI MEO DARI SPONDES? quae sane inutilis est. 101. Quaecumque de morte diximus, eadem et de capitis diminutione dicta intellegemus.[5] 102. Adhuc inutilis est stipu-

1) diuersi V. 2) no V. 3) post—ita *suppl. Hu.* 4) redducitur V. 5) intellegemus *Lachmann.* intellegimus V.

§ 99. *cf. infra* 4, 4. *I.* 3, 19, 2; 22. *D.* 44, 7, 1, 10 (*Gai.* 498). 45, 1, 31 (*Pomp.* 713). 45, 1, 98 *pr.* (*Marcell.* 218). 45, 1, 29, 1 (*Ulp.* 2928). 45, 1, 82 *pr.* (*Ulp.* 1709). 7, 9, 1, 7 (*Ulp.* 1721). 45, 1, 87 (*Paul.* 821). 45, 1, 128 (*Paul.* 1366).

§ 100. *cf. Gai epit.* 2, 9, 7; 8. *supra* 2, 232; 277. *infra* 3, 117; 119; 158; 176. *I.* 3, 19, 13; 15. *Fr. Vat.* 57 (*Paul.* 996). 98 (*Paul.* 1505) *D.* 35, 2, 32 *pr.* (*Maecian.* 42). 31, 67, 6 (*Pap.* 281). 45, 1, 121, 2 (*Pap.* 664). 23, 3, 76 (*Tryph.* 35). 23, 3, 20 (*Paul.* 1756). 45, 1, 46, 1 (*Paul.* 1850). 45, 1, 45, 1; 3 (*Ulp.* 2976). *C.* 8, 37 (38), 4 (*a.* 222); 11 (*a.* 528); 15 (*a.* 532). 4, 11, 1 (*a.* 531).

§ 101. *cf. infra* 3, 153. *D.* 46, 3, 38 *pr.* (*Afr.* 79).

§ 102. = *I.* 3, 19, 5. *cf. Gai epit.* 2, 9, 9; 10. *D.* 45, 1, 1, 3; 4 (*Ulp.* 2949). 45, 1, 83, 2; 3 (*Paul.* 798). 45, 1, 35, 2 (*Paul.* 1844). *Varro de l. l.* 6, 72 (*Bruns* II[7], 57).

latio, si quis ad id, quod interrogatus erit, non responderit, uelut si sestertia x a te dari stipuler, et tu nummum sestertium v milia[1] promittas, aut si ego pure[2] stipuler, tu sub condicione promittas. 103. Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari stipulemur, cuius iuri[3] subiecti non sumus. unde illud quaesitum est, si quis sibi et ei, cuius iuri subiectus non est, dari stipuletur, in quantum ualeat stipulatio. nostri praeceptores putant in uniuersum ualere et proinde ei soli, qui stipulatus sit, solidum deberi, atque si extranei nomen non adiecisset. sed diuersae scholae auctores | dimi- 156
dium ei deberi existimant; pro altera uero parte inutilem esse stipulationem. 103ª. Alia causa est, | ——— DARI SPONDES | ——— solidum deberi et me | sol ——— etiam ——— | ———[4]
104. *Praeterea*[5] inutilis est stipulatio, si ab eo stipuler, qui iuri meo subiectus est, item si is a me stipuletur. seruus quidem et qui in mancipio est et *filia familias*[6] et quae in manu est, non solum ipsi, cuius iuri subiecti subiectaeue sunt, obligari non possunt, sed ne

1) nummum — milia *Hu.* nsestertia ū. milia V. sestertia v *Krueger.* 2) pute V. 3) iuris V. 4) *supplementa Hu.*: Alia causa est, si ueluti SERVO uel FILIO FAMILIAS MEO ET MIHI DARI SPONDES stipulatus sim. tunc enim constat solidum deberi et me solidum a promissore petere posse: quod etiam fit, cum tantum uelut FILIO FAMILIAS stipulor; — *supplementa Kruegeri:* Alia causa est, si ita stipulatus sim MIHI AVT TITIO DARI SPONDES? quo casu constat mihi solidum deberi et me solum ex ea stipulatione agere posse, quamquam etiam Titio soluendo liberaris. 5) item *Inst.* 6) filia familias *suppl. Krueger.*

§ 103. *cf. I.* 3, 19, 4; 19. *supra* 2, 86. *infra* 3, 114; 163. *D.* 50, 17, 73, 4 (*Q. Muc.* 50). 18, 1, 64 (*Iav.* 78). 45, 1, 110 pr. (*Pomp.* 237). 45, 3, 18, 2 (*Pap.* 328). 45, 3, 4 (*Ulp.* 2616). 45, 1, 38, 17 (*Ulp.* 2971). 45, 1, 126, 2 (*Paul.* 1296). *C.* 8, 37 (38), 3 (*a.* 217). 8, 38 (39), 3 (*a.* 290); 6 (*a.* 294). *Nov.* 115, 6 (*a.* 542).

§ 104. *cf. I.* 3, 19, 6. *Fr. Vat.* 99 (*Paul.* 1506). *D.* 45, 1, 141, 2 (*Gai.* 513). 44, 7, 14 (*Ulp.* 128). 13, 6, 3, 4 (*Ulp.* 801). 50, 17, 22 pr. (*Ulp.* 2702). 46, 1, 56, 1 (*Paul.* 1397)

alii quidem ulli. 105. Mutum neque stipulari neque promittere posse palam est. idem etiam in surdo receptum est; quia et is, qui stipulatur, uerba promittentis, et qui promittit, uerba stipulantis exaudire debet. 106. Furiosus nullum negotium gerere potest, quia non intellegit, quid agat. 107. Pupillus omne negotium recte gerit, ita tamen, ut[1] sicubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur[2], uelut si ipse obligetur; nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest. 108. Idem iuris est in feminis, quae in tutela sunt. 109. Sed quod diximus de pupillo, utique de eo uerum est, qui iam aliquem intellectum habet; nam infans et qui infanti proximus est non
157 multum a furioso | differt, quia huius aetatis pupilli nullum intellectum habent. sed in his pupillis[3] propter[4] utilitatem benignior iuris interpretatio facta est.[5]

110. [6]Possumus tamen ad id, quod stipulamur,

---

1) ut tamen V. 2) *nihil mutandum; cf. Dig.* 26, 8, 2. 3) qui infanti proximi sunt *ins. Hu.* 4) per V. 5) *sequitur in* V *linea vacua.* 6) *Hu. librarium ea, quae omisit, pro rubrica habuisse ratus supplevit haec:* Quamquam uero, ut diximus, alius, qui iuri nostro subiectus non est, inutiliter nobis stipulatur.

---

§ 105. = *I.* 3, 19, 7. *cf. D.* 44, 7, 1, 14; 15 (*Gai.* 498). 45, 1, 1 *pr.* (*Ulp.* 2949).

§ 106. = *I.* 3, 19, 8. *cf. D.* 44, 7, 1, 12 (*Gai.* 498). 46, 1, 70, 4 (*Gai.* 510).

107. = *I.* 3, 19, 9. *cf. supra* 2, 83. 3, 91. *infra* 3, 119; 176. *Ulp.* 11, 27. *I.* 1, 21 *pr. D.* 26, 8, 9 *pr.* (*Gai.* 267). 50, 17, 5 (*Paul.* 1614). *C.* 8, 38 (39), 1 (*a.* 215).

108. *cf. supra* 1, 144; 192. 2, 80 *sq.* 3, 91. *infra* 3, 119; 176.

§ 109. = *I.* 3, 19, 10. *cf. infra* 3, 208. *D.* 44, 7, 1, 13 (*Gai.* 498). 46, 6, 6 (*Gai.* 366). 26, 7, 1, 2 (*Ulp.* 992). 29, 2, 9 (*Paul.* 1614).

§ 110. *cf. Fest. v. reus p.* 273 (*Bruns* II^7, 32). *D.* 17, 1, 59 *pr.* (*Paul.* 1480). *Cic. pro Quinct.* 18, 58. *in Pison.* 9, 18. *Epist. ad Octav.* (*inter Cic. epp. ad Brut.* 2, 8) § 9.

alium adhibere, qui idem stipuletur[1], quem uulgo adstipulatorem uocamus. 111. Et[2] huic proinde actio conpetit proindeque ei recte soluitur ac nobis; sed quidquid consecutus erit, mandati iudicio[3] nobis restituere cogetur. 112. Ceterum potest etiam aliis uerbis uti adstipulator, quam quibus nos usi sumus. itaque si uerbi gratia ego ita stipulatus sim: DARI SPONDES? ille sic adstipulari potest: IDEM FIDE TVA PROMITTIS? uel: IDEM FIDE IVBES? uel contra. 113. Item minus[4] adstipulari potest, plus non potest. itaque si ego sestertia X stipulatus sim[5], ille sestertia V stipulari potest; contra uero plus non potest. item si ego pure stipulatus sim, ille sub condicione stipulari potest; contra uero non potest. non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus et plus intellegitur; plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare. 114. In hoc autem iure quaedam singulari iure obseruantur. nam adstipulatoris heres non habet actionem. item | seruus adstipulando nihil agit, qui[6] ex ceteris 158
omnibus causis stipulatione domino adquirit. idem de eo, qui in mancipio est, magis placuit; nam et is serui loco est. is autem, qui in potestate patris est, agit aliquid, sed parenti non adquirit, quamuis ex omnibus ceteris causis stipulando ei adquirat; ac ne ipsi quidem aliter actio conpetit, quam si sine kapitis[7] diminutione exierit de potestate parentis, ueluti morte

1) stipuletur *Goeschen.* stipulatur V. 2) sed V.
3) indicio V. 4) item minus *Goeschen.* idem rginus V.
5) sum V. 6) quia V. 7) R̄ V.

§ 111. *cf. infra* 3, 117; 215.
§ 112. *cf. infra* 3, 116.
§ 113. *cf. I.* 3, 20, 5. *infra* 3, 126. non solum autem] *cf. infra* 4, 53. *D.* 46, 3, 85 (*Call.* 56). 50, 16, 12, 1 (*Ulp.* 286).
§ 114. adstipulatoris heres] *cf. infra* 4, 113. seruus] *cf. supra* 2, 87. *infra* 3, 163. *I.* 3, 17, 1. nam et is] *cf. supra* 1, 123; 138. 2, 160. si sine kapitis diminutione] *cf. supra* 1, 127; 130. *D.* 46, 3, 38 *pr.* (*Afr.* 79).

eius aut quod ipse flamen Dialis inauguratus est. eadem de filia[1] familias et quae in manu est, dicta intellegemus.[2]

115. Pro eo quoque, qui promittit, solent alii obligari, quorum alios sponsores, alios fidepromissores, alios fideiussores appellamus. 116. Sponsor ita interrogatur: IDEM DARI SPONDES? fidepromissor *ita*: IDEM FIDEPROMITTIS? fideiussor ita: IDEM[3] FIDE TVA ESSE IVBES? uidebimus de his autem[4], quo nomine possint proprie adpellari, qui ita interrogantur: IDEM DABIS? IDEM PROMITTIS? IDEM FACIES? 117. Sponsores quidem et fidepromissores et fideiussores saepe solemus accipere, dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit; adstipulatorem uero fere tunc solum adhibemus, cum ita stipulamur, ut aliquid post mortem nostram detur; *quia enim ut ita nobis detur*[5] stipulando nihil agimus, adhibetur adstipulator[6], ut is post mortem
159 t. s. nostram agat; qui si quid fuerit consecutus, | de *restituendo* eo mandati iudicio heredi meo tenetur.

118. Sponsoris *uero* et fidepromissoris similis condicio *est*, fideiussoris ualde dissimilis. 119. Nam illi quidem nullis obligationibus accedere possunt nisi uer-

1) filiae V. 2) intellegemus pro eo V. *deinde sequitur linea vacua.* 3) *id (quod ter scribit V pro* idem, *cf. Apogr. p. 262 i. f.)* V. id *A. Pernice.* 4) an *Hu.; sed hac emendatione locus corruptus non magis sanatur, quam ceterorum conatibus. videtur Gaius egisse de differentia, quae est inter adpromissores et duos reos promittendi.* 5) quia—detur *suppl. Hu. Mommsenum secutus.* 6) autem stipulato- V.

§ 115. *cf. I.* 3, 20 *pr. Paul.* 1, 9, 5. 1, 20. *Fest. v. adpromissor (Bruns* II[7], 2).

§ 116. *cf. supra* 3, 92. *infra* 4, 137. *Gai epit.* 2, 9, 2. *C. Greg. tit. de sponsoribus et fideiussoribus (lib.* XII). *I.* 3, 20, 7. *D.* 45, 1, 5, 2 (*Pomp.* 722). 45, 1, 75, 6 (*Ulp.* 675). 46, 1, 8 *pr.* (*Ulp.* 2938). *C.* 8, 40 (41), 12 (*a.* 230). *Corn. Nep. Att.* 9, 4. *Cic. ad Att.* 1, 8, 3; 10, 6.

§ 117. *cf. I.* 3, 20 *pr. supra* 3, 100; 110. *infra* 3, 216. *D.* 44, 7, 1, 8 (*Gai.* 498). 17, 1, 59 *pr.* (*Paul.* 1480).

§ 119. *cf. I.* 3, 20, 1. si mulier] *cf. supra* 3, 108. aut

borum, quamuis interdum ipse, qui[1] promiserit, non fuerit obligatus, uelut si *mulier* aut pupillus sine tutoris auctoritate aut quilibet post mortem suam dari promiserit. at illud quaeritur, si seruus aut peregrinus spoponderit, an pro eo sponsor aut fidepromissor obligetur. 119ª. Fideiussor uero omnibus obligationibus, id est siue re siue uerbis siue litteris siue consensu contractae fuerint obligationes, adici potest. at ne illud quidem interest, utrum ciuilis an naturalis obligatio sit, cui adiciatur; adeo quidem, ut pro seruo quoque obligetur, siue extraneus sit, qui a seruo fideiussorem accipiat, siue ipse dominus in id, quod sibi debeatur. 120. Praeterea sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur, nisi si de peregrino fidepromissore quaeramus et alio iure ciuitas eius utatur; fideiussoris autem etiam heres tenetur. 121. Item sponsor et fide-

1) quid V.

pupillus] *cf. supra* 3, 107. *D.* 46, 1, 25 (*Ulp.* 404). post mortem] *cf. supra* 3, 100. si seruus] *cf. supra* 3, 93. *Pers. sat.* 5, 78.

§ 119ª. *cf. D.* 46, 1, 70, 3 (*Gai.* 510). 46, 1, 8, 1 (*Ulp.* 2939). 46, 1, 56, 1 (*Paul.* 1397). *C. I. L.* VIII 2553. III 940 (*Bruns* I⁷, 329). *B G U* 887 (*Chrest.* 272). *Pap. Lips.* 4, 6. 5 II 2 (*Chrest.* 171).

§ 120. *cf. I.* 3, 20, 2. *Gai epit.* 2, 9, 2. *infra* 4, 113. *Paul.* 2, 17, 16. *D.* 46, 1, 69 (*Tryph.* 32). 17, 1, 14 *pr.* (*Ulp.* 913). 46, 1, 4, 1 (*Ulp.* 2919). 46, 1, 27, 3 (*Ulp.* 656). *C.* 8, 40 (41), 24 (*a.* 294).

§ 121. per legem Furiam] *cf. infra* 4, 22. biennio liberantur] *cf. Ulp. fr. disp.* 3 (*Iurispr.* I 498). *D.* 46, 3, 71, 1 (*Cels.* 229). 44, 3, 4 (*Iav.* 107). 45, 3, 25 (*Ven.* 69). 46, 1, 69 (*Tryph.* 32). 17, 1, 29, 6 (*Ulp.* 130). *C.* 8, 40 (41), 29 = *Bas* 26, 1, 93. *Cic. ad. Att.* 12, 14, 2. 12, 17. 12, 19, 2. tempore quo] *D.* 46, 1, 57 (*Scaev.* 184). 45, 1, 60 (*Ulp.* 644). 45, 1, 72, 1; 2 (*Ulp.* 645). 46, 6, 4, 4; 7 (*Ulp.* 1734). 45, 1, 73 *pr.* (*Paul.* 400). 46, 6, 1 (*Paul.* 401). 46, 7, 1 (*Paul* 402). tot partes] *cf. D.* 46, 3, 34, 1; 10 (*Iul.* 717). 46, 3, 37 (*Iul.* 906). 46, 3, 5, 1 (*Ulp.* 2908). 45, 1, 72 *pr.* (*Ulp.* 643). fideiussores uero] *cf. I.* 3, 20, 4. *Paul.* 1, 20. *D.* 46, 1, 17 (*Iul.* 839). 46, 1, 26 (*Gai.* 199). 46, 6, 12 (*Pap.* 205). 27, 7, 7 (*Pap.* 440). 46, 1, 51, 1; 2; 4; 5 (*Pap.* 441). 46, 1, 27, 1 (*Ulp.* 656). 46, 1, 28 (*Paul.* 409). *C.* 8, 40 (41), 10, 1 (*Alex.*). 8, 40 (41), 16 (*a.* 241). 4, 18, 3 (*a.* 531).

promissor *per* legem Furiam biennio liberantur, et quotquot erunt numero eo tempore, quo pecunia peti potest, in tot partes diducetur[1] inter eos obligatio, et singuli *in* uiriles partes uocabuntur[2]; fideiussores uero perpetuo tenentur, et quotquot erunt numero, singuli
160 in solidum | obligantur. itaque liberum est creditori,
t. s. a quo ue*lit, so*lidum petere. sed nunc ex epistula diui Hadri*ani compellitur* creditor a singulis, qui modo soluendo sint, par*tes* pete*re*. eo igitur distat haec epistula a lege Furia, quod si quis ex sponsoribus aut fidepromissoribus soluendo non sit, hoc onus *ad ceteros non pertinet, si uero ex fideiussoribus*[3], ad ceteros[4] quoque pertinet. 121ª. Sed cum lex Furia tantum in Italia locum habeat, euenit, ut in cete*ris* prouinciis sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fideiussores in perpetuum[5] teneantur et singuli in solid*um* obligentur, nisi ex epistula diui Hadriani hi quoque[6] adiuuen*tur* in parte.[7] 122. Praeterea inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quandam societatem introduxit. nam si quis horum plus sua portione soluerit, de eo, quod amplius dederit, aduersus ceteros actiones constituit. quae lex ante legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obligabantur. unde quaeritur, an post legem Furiam adhuc legis Apuleiae beneficium supersit; et utique extra Italiam superest. nam lex quidem Furia tantum in Italia ualet, Apuleia uero etiam in ceteris prouinciis. sed

---

1) deducitur V. diducitur *edd.* 2) uocabuntur *Poeschmann.* hocabentur V. 3) ad—fideiussoribus *exempli gratia suppl. Hu.; Mommsen ita:* hoc onus ad ceteros non pertinet; sed ex fideiussoribus etsi unus tantum soluendo sit, ad hunc onus ceterorum quoque pertinet. 4) ceterorum V. 5) perpetuo V. *cf. infra* § 145. 6) qc V. 7) in parte *gloss.*?

---

§ 121ª. *cf. Ulp. disp. fr.* 3 (*Iurispr.* I, 498).

§ 122. *cf. I.* 3, 20, 4. *D.* 50, 16, 32 (*Paul.* 403). 46, 1, 39 (*Mod.* 194).

an etiam in Italia[1] beneficium legis Apuleiae supersit, ualde quaeritur. ad *fideiussores autem lex* Apuleia non pertinet. itaque si creditor ab uno totum *con*secutus fuerit, huius sol*i*us detrimentum *erit*, scilicet si is, pro quo fideiussit, soluendo non sit. sed *ut ex* | supra 161 dictis[2] apparet, is, a quo creditor totum petit, poterit ex epistula diui Hadriani desiderare, ut pro parte in se detur actio. 123. Praeterea lege Cicereia cautum est, ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat[3] palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quot sponsores *aut* fidepromissores in eam obligationem accepturus sit; et nisi praedixerit, permittitur[4] sponsoribus et fidepromissoribus intra diem XXX. praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit praedictum non[5] esse, liberantur. qua lege fideiussorum mentio[6] nulla fit; sed in usu[7] est, etiam si fideiussores accipiamus, praedicere.

124. Sed beneficium legis[8] Corneliae omnibus commune est. qua lege idem[9] pro eodem apud eundem eodem anno uetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae quam in XX milia[10]; et quamuis sponsores uel fidepromissores in amplam pecuniam, uelut in[11] sestertium C milia *se obligauerint, tamen dumtaxat*

---

1) in Italia *Krueger*. alis V. 2) dicti V. 3) praedicatur V. 4) promittit V. 5) nam V. 6) menti V. 7) usum V. 8) legum V. 9) id V. 10) milib. V. 11) si V.

---

§ 123. *cf. D.* 50, 16, 33 (*Ulp.* 647). *Schol. Bobiens. in Cic. orat. in Clod. et Cur.* 5 (*p.* 333 *Orell.*). *Liv.* 42, 7, 1; 21, 7.

§ 124. *cf. D.* 39, 5, 24 (*Iav.* 59). 45, 1, 59 (*Iul.* 838). 12, 1, 22 (*Iul.* 867). 46, 1, 49, 1 (*Pap.* 336). 44, 7, 22 (*Afr.* 17). 46, 1, 63 (*Scaev.* 313). *Plutarch. Caes.* 11. *Anton.* 2. idem pro eodem] *cf. D.* 50, 17, 193 (*Cels.* 270). pecuniam creditam] *cf. D.* 44, 7, 42 (*Ulp.* 649). sine ulla condicione] *cf. D.* 12, 1, 37; 39 (*Pap.* 32). 45, 1, 120 (*Pap.* 383). 45, 1, 73, 1 (*Paul.* 405). appellatione pecuniae] *cf. D.* 50, 16, 178 *pr.* (*Ulp.* 296). 50, 16, 222 (*Herm.* 41). *C.* 4, 18, 2, 1[b] (*a.* 531).

in xx milia tenentur.[1] pecuniam autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi causa damus, sed omnem, quam tum, cum[2] contrahitur[3] obligatio, certum est[4] debitum iri, id est, *quae* sine ulla condicione deducitur in obligationem[5]; itaque et ea pecunia, quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est eam debitum iri[6], licet post tempus petatur. appellatione autem pecuniae omnes res in ea lege significantur; itaque *et*[7] si uinum uel frumentum
162 aut[8] si fundum | uel hominem stipulemur, haec lex obseruanda est. 125. Ex quibusdam tamen causis permittit ea lex in infinitum satis accipere, ueluti si dotis nomine uel eius, quod ex testamento tibi debeatur, aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc lege uicesima hereditatium cauetur, ut ad eas satisdationes, quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non pertineat. 126. In eo[9] quoque iure par condicio est omnium, sponsorum, fidepromissorum, fideiussorum, quod ita obligari non possunt, ut[10] plus debeant, quam debet[11] is, pro quo obligantur.[12] at ex diuerso, ut minus debeant, obligari possunt, sicut in adstipulatoris persona diximus; nam ut adstipulatoris, ita et horum obligatio accessio est principalis obligationis, nec plus in accessione esse potest quam in principali

1) se—tenentur *suppl. Hu.* 2) tum cum *Krueger.* tunc V. 3) contrahit V. 4) esset V. 5) obligatione V. 6) debitum iri] debitiuri V. 7) *add. Hu* 8) et V. 9) iure *ins.* V. *del. Hu.* 10) possunt ut *Inst.* possit ut regula V. 11) deberet V. 12) obligaretur V.

§ 125. dotis nomine] *cf. D.* 24, 3, 41 (*Pap.* 382). lege uicesima hereditatium] *cf. D.* 1, 2, 2, 44 (*Pomp.* 178). 2, 15, 13. 11, 7, 37. 28, 1, 7. 35, 2, 68. 50, 16, 154 (*Macer* 45—49). *Paul.* 4, 6. *Plin. panegyr.* 37—39. *Dio Cass.* 55, 25, 5. *C. I. L.* VI 10229 *l.* 116—119 (*Bruns* I⁷, 308). *B. G. U.* 326 *col.* II 10 (*Bruns* I⁷, 314). *Pap. Amh.* II, 72 (*Bruns* I⁷, 320). *Pap. Oxy.* 8, 1114, 15.

§ 126. *cf. I.* 3, 20, 5. *supra* 3, 113. *D.* 46, 1, 9 (*Pomp.* 727). 46, 1, 8, 7—11 (*Ulp.* 2940. 2941).

reo.[1] 127. In eo quoque par omnium causa est[2], quod si qui*d* pro reo[3] soluer*int*, eius reciperandi causa habe*nt* cum eo mandati iudicium; et hoc amplius sponsores ex lege Publilia propriam habent actionem in duplum, quae appellatur depensi.

128. Litteris obligatio fit ueluti in[4] nominibus[5] transscripticiis. fit autem[6] nomen transscripticium duplici modo, uel a re in personam uel a persona in personam. 129. *A re in personam trans*scriptio fit, ueluti si id, quod *tu* ex emptionis causa aut conductionis aut societatis mihi debeas, id expensum tibi tulero. 130. A persona in personam transscriptio fit, ueluti si id, quod mihi Titius debet, tibi id ex pen- 163
sum tulero, id est si Titius te *pro*[7] se delegauerit mihi. 131. Alia causa est eorum nominum, quae arcaria uocantur. in his enim rei[8], non litterarum obligatio consistit, quippe non aliter ualent[9], quam si numerata

1) re *Inst.* 2) esse V. 3) eo V. 4) *del. Hu. sine ratione probabili. cf. infra* 3, 135. 5) nominibus *Hu.* nobis V. 6) an V. 7) *add. Hu.* 8) rebus V. 9) ualet V.

§ 127. *cf. I.* 3, 20, 6. *D.* 46, 1, 15 *pr.* (*Iul.* 693). 46, 1, 18 (*Iul.* 841). 46, 1, 21, 5 (*Afr.* 82). 17, 1, 6, 2 (*Ulp.* 907). 17, 1, 10, 11 (*Ulp.* 910). 46, 1, 4 *pr.* (*Ulp.* 2919). 16, 1, 31 (*Paul.* 1024). 46, 1, 66 (*Paul.* 1025). 46, 1, 67 (*Paul.* 1047). 17, 1, 20, 1 (*Paul.* 1836). 17, 1, 40 (*Paul.* 192). *C.* 4, 35, 6 (*a.* 238). 8, 40 (41), 14 *pr.* (*a.* 239). lege Publilia] *cf. infra* 4, 22. depensi] *cf. infra* 3, 216. 4, 9; 25; 102; 171; 186. *Paul.* 1, 19, 1. *D.* 17, 1, 52 (*Iav.* 71). 17, 1, 50 (*Cels.* 266). 46, 3, 71, 1 (*Cels.* 229). *lex Rom. Burg.* 14, 8. *lex Iul. munic.* 114 (*Bruns* I[7], 108). *Cic. ad fam.* 1, 9, 9. *ad Att.* 1, 8, 3.

§§ 128. 129. *cf. Gai epit.* 2, 9, 12. *Theoph.* 3, 21 *pr.* (*p.* 348 *Ferr.*). *infra* 3, 137 *sq. I.* 3, 21. *Plaut. Truc.* 1, 1, 51 = 70 *sq. Cic. de offic.* 3, 14, 59. *ad Att.* 4, 18, 2. *pro Rosc. Com.* 1, 4. 2, 5 *sq. in Verr.* 2, 1, 23, 60; 36, 92; 39, 100. *orat.* 46, 158. *Velius Longus* (*Grammat. Latin. ed. Keil, vol. VII*) 60, 10. *Gell.* 14, 2, 7.

§ 130. *cf. D.* 16, 1, 13 *pr.* (*Gai.* 229). *Liv,* 35, 7, 2. *C. I. L.* XIV 3471 (*Bruns* I[7], 353).

§ 131. *cf. Cic. top.* 3, 16.

sit pecunia; numeratio autem pecuniae rei[1] facit obligationem. qua de causa recte dicemus arcaria nomina nullam facere obligationem, sed obligationis factae testimonium praebere. 132. Unde *non*[2] proprie dicitur[3] arcariis nominibus etiam peregrinos obligari, quia non ipso nomine, sed numeratione pecuniae[4] obligantur; quod genus obligationis iuris gentium est. 133. Transscripticiis uero nominibus an obligentur peregrini, merito quaeritur[5], quia quodam modo iuris ciuilis est talis obligatio; quod Neruae placuit. Sabino autem et Cassio uisum est, si a re in personam fiat nomen transscripticium, etiam peregrinos obligari; si uero a persona in personam, non obligari. 134. Praeterea litterarum obligatio fieri uidetur chirografis et syngrafis, id est, si quis debere se aut daturum se scribat, ita scilicet[6], si eo nomine stipulatio non fiat. quod genus obligationis proprium peregrinorum est.

135. Consensu fiunt obligationes in emptionibus et uenditionibus, locationibus conductionibus, societatibus, mandatis. 136. Ideo autem *istis* modis consensu dicimus obligationes contrahi, quod[7] neque uerborum |

1) rein V. 2) *add. Hu.* 3) dicit V. 4) ipso nomine sed numeratione pecuniae *Goeschen.* ipse nome s nomen ratione pēcae V. 5) quaerit V. 6) scilic. ut V. 7) quod] quo V. quia *Dig. Inst.*

§ 132. *cf. Ascon. in Cornelian. p.* 57 *ed. Orelli.*

§ 133. *cf. Liv.* 35, 7, 2. *Cic pro Fonteio* 5, 11.

§ 134. *cf. Ps.-Ascon. in Verr.* 2, 1, 60; 91 *p.* 175; 184 *ed. Baiter* (*Bruns* II[7], 72). *Cic. in Verr.* 2, 1, 36, 91. *de dom.* 50, 129. *de haruspic. resp.* 13, 29. 16, 34. *pro Rabir. Postum.* 3, 6. *Philippic.* 2, 37, 95. *ad Attic.* 5, 21, 10. 6, 2, 7. 6, 1, 15. *Ammian.* 18, 5, 2.

§§ 135—137. = *I.* 3, 22. *D.* 44, 7, 2. *cf. Gai epit.* 2, 9, 13.

§ 135. *cf. D.* 19, 4, 1, 2 (*Paul.* 502). 44, 7, 48 (*Paul.* 1224). 45, 1, 35, 2 (*Paul.* 1845).

§ 136. *cf. D.* 19, 2, 14 (*Ulp.* 1607). 17, 1, 1 *pr.*; 1 (*Paul.* 484). 18, 1, 1, 2 (*Paul.* 503). 45, 1, 35, 2 (*Paul.* 1845). 17, 2, 4 *pr.* (*Mod.* 199).

neque scripturae ulla proprietas desideratur[1], sed suffi- 164
cit eos, qui negotium gerunt, consensisse. unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, ueluti per epistulam aut per internuntium, cum alioquin uerborum obligatio inter absentes fieri non possit. 137. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono et aequo praestare oportet, cum alioquin in uerborum obligationibus alius stipuletur alius promittat et in nominibus alius expensum ferendo obliget alius obligetur. 138. [sed absenti expensum ferri potest, etsi uerbis obligatio cum absente contrahi non possit.][2]

[De em*ptione et uenditione.*]

139. *Emptio et uenditio contrahitur*, cum de pretio conuenerit, quamuis nondum pretium numeratum sit ac ne arra quidem data fuerit. nam quod arrae nomine datur, argumentum est emptionis et uenditionis

1) desiderat V. 2) *paragraphum 138 ut glossema damnavit Krueger.*

§ 137. *cf. infra* 4, 61. ex bono et aequo] *cf. D.* 17, 1, 12, 9 *i. f.* (*Ulp.* 911). praestare] *cf. Non. s. h. verb. p.* 371 *ed. Mercier. infra* 4, 2. in uerborum obligationibus] *cf. supra* 3, 92. in nominibus] *cf. supra* 3, 128 *sq.*

§ 139. = *I.* 3, 23 *pr. cf. Gai epit.* 2, 9, 14. de pretio conuenerit] *cf. D.* 18, 1, 72 *pr.* (*Pap.* 173). 18, 1, 2, 1 (*Ulp.* 2427). 18, 1, 36 (*Ulp.* 1156). 18, 1, 38 (*Ulp.* 127). *C.* 4, 48, 4 (*a.* 239). 4, 38, 9 (*a.* 294). arra] *cf. D.* 18, 1, 35 *pr.* (*Gai.* 238). 18, 3, 6 *pr.* (*Scaev.* 237). 18, 3, 8 (*Scaev.* 28). 14, 3, 5, 15 (*Ulp.* 825). 19, 1, 11, 6 (*Ulp.* 931). *C.* 4, 45, 2, 1 (*a.* 293). 4, 49, 3 (*a.* 290). 4, 21, 17 (*a.* 528). *Liber iuris Syro-Roman. ed. Bruns-Sachau L.* 38 (*p.* 13). 51 (*p.* 17). *P.* 21 (*p.* 52). *Ar.* 20 (*p.* 84). 32 (*p.* 87). 98 (*p.* 108). *Arm.* 14 (*p.* 120). 27 (*p.* 123). 97 (*p.* 139). *Plaut. Most.* 3, 1, 115 = 649. 3, 3, 15 = 918. 4, 3, 21 = 1013. *Poenul.* 5, 6, 22 = 1359. *Rud. prol.* 46. 2, 6, 71 = 555. 3, 6, 23 = 861. *Mil. Glor.* 4, 1, 11 = 957. *Trucul.* 3, 2, 20 = 688. *Varro de l. l.* 5, 175 (*Bruns* II⁷, 53). *Gell.* 17, 2, 21. *Isid. orig.* 5, 25, 20; 21 (*Bruns* II⁷, 82). 9, 7, 6. *Hieron. epistol. ad Ephes.* 1, 13. *Suidas v.* Ἀρραβών.

contractae. 140. Pretium autem certum esse debet. nam alioquin si ita inter nos conuenerit, ut quanti Titius rem aestimauerit, tanti sit empta, Labeo negauit ullam uim hoc negotium habere; cuius opinionem Cassius probat. Ofilius et eam emptionem et uenditionem *esse putauit*[1]; cuius opinionem Proculus secutus est. 141. Item pretium in numerata pecunia con-
165 sistere debet. *nam* in ceteris rebus an pretium esse possit, ueluti homo[2] aut toga aut fundus alterius rei *pretium esse possit*, ualde quaeritur.[3] nostri praeceptores putant etiam in alia re posse consistere pretium; unde illud est, quod uulgo putant per permutationem rerum emptionem et uenditionem contrahi, eamque speciem emptionis[4] uenditionisque uetustissimam esse; argumentoque utuntur Graeco poeta Homero, qui aliqua parte sic ait:

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι,[5]

et reliqua. diuersae scholae auctores dissentiunt aliudque esse existimant permutationem rerum, aliud emptionem et uenditionem; alioqu*in non posse* rem expediri permutatis rebus, quae uideatur res uenisse et quae pretii nomine data esse, sed rursus utramque

1) esse putavit *suppl. Hu.* 2) hoc modo V. 3) quaerit V. 4) emptionisque V. 5) *Graeca om.* V.

§ 140. *cf. I.* 3, 23, 1. *D.* 18, 1, 35, 1 (*Gai.* 238). 18, 1, 7, 1; 2 (*Ulp.* 2713). 18, 1, 37 (*Ulp.* 54). *C.* 4, 38, 15 (*a.* 530). *infra* 3, 142; 143.

§ 141. = *I.* 3, 23, 2. *cf. Serv. ad Verg. Georg.* 3, 306. *Maecian. assis distrib.* 45. *D.* 18, 1, 1, 1 *et* 19, 4, 1 *pr.* (*Paul.* 502). 19, 5, 5, 1 (*Paul.* 1322). *C.* 4, 64, 1 (*a.* 238). 4, 64, 8 (*a.* 294). *Plin. nat. hist.* 33, 6; 7; 46. *Isid. orig.* 5, 24, 23. *C. I. L.* IX 3513 (*Bruns* I⁷, 284). *l.* 12 (*quod emptum erit aere aut argento etc.*). Homero] *Il.* 7, 472—475.

rem uideri et uenisse et utramque pretii nomine datam esse absurdum uideri. sed ait Caelius Sabinus, si rem tibi uenalem habenti, ueluti fundum, [acceperim et][1] pretii nomine hominem forte dederim, fundum quidem uideri uenisse, hominem autem pretii nomine datum esse, ut fundus[2] acciperetur.[3]

142. Locatio autem et conductio similibus regulis constituitur[4]; nisi enim merces certa statuta sit, non uidetur locatio et conductio contrahi. 143. Unde si alieno arbitrio merces permissa sit, uelut quanti[5] Titius aestimauerit, | quaeritur, an locatio et conductio con- 166
trahatur. qua de causa si fulloni polienda curandaue, sarcinatori sarcienda uestimenta dederim[6] nulla statim mercede constituta, postea tantum daturus, quanti inter nos conuenerit, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur. 144. Item[7] si rem tibi utendam dederim et inuicem aliam rem utendam acceperim, quaeritur, an locatio et conductio contrahatur. 145. Adeo autem emptio et uenditio et locatio et conductio familiaritatem aliquam inter se habere uidentur, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum emptio et uenditio contrahatur, an locatio et conductio, ueluti si qua res

1) acceperim et *del. Mommsen.* accesserim et *Hu.* 2) fundum V. 3) *sequitur linea vacua in* V. 4) constituuntur V. 5) qua V. 6) dederimus V. 7) item *Polenaar.* uel V.

§ 142. *cf. I.* 3, 24 *pr. D.* 19, 2, 2 *pr.* (*Gai.* 501). *Gai epit.* 2, 9, 15. *infra* 3, 162. *D.* 24, 1, 52 *pr.* (*Pap.* 184). 41, 2, 10, 2 = 19, 2, 46 (*Ulp.* 1525). *Isid. orig.* 5, 25, 12.

§ 143. *cf. I.* 3, 24, 1. 3, 23, 1 *i. f. D.* 19, 2, 25 *pr.* (*Gai.* 245). 19, 5, 22 (*Gai.* 244). *C.* 4, 38, 15, 3 (*a.* 530). *infra* 3, 205.

§ 144. *cf. I.* 3, 24, 2. *D.* 19, 5, 17, 3 (*Ulp.* 806).

§ 145. *cf. I.* 3, 24, 3. *D.* 19, 2, 2, 1 (*Gai.* 501). in praediis municipum] *cf. D.* 30, 71, 5 (*Ulp.* 1246). 39, 2, 15, 27 (*Ulp.* 1278). 6, 3, 1; 3 (*Paul.* 345). 39, 4, 11, 1 (*Paul.* 2027). *Gromatici Latin. ed. Lachm. p.* 116. *Cic. ad fam.* 13, 7; 11. 8, 9, 4. *Plin. epist.* 7, 18 (*Bruns* I⁷, 349). *Tabul. Veleias* (*C. I. L.*. XI 1147. *Bruns* I⁷, 348) *n.* 43. *C. I. L.* IX 136 (*Bruns* I⁷, 378 *n.* 10). *C. I. L.* X 5853 (*Bruns* I⁷, 351). *C. I. L.* IV *Suppl.* 1, 3340 *nr.* 125 [138] (*Bruns* I⁷, 360)

in perpetuum locata sit. quod euenit in praediis municipum, quae ea lege locantur, ut, quamdiu [id][1] uectigal praestetur, neque ipsi conductori neque heredi eius praedium auferatur; sed magis placuit locationem conductionemque esse. 146. Item[2] si gladiatores ea lege tibi tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint, pro sudore denarii XX mihi darentur, in eos uero singulos, qui occisi aut debilitati fuerint, denarii[3] mille, quaeritur, utrum emptio et uenditio an locatio et conductio contrahatur. et magis placuit eorum, qui integri exierint, locationem et conductionem contractam uideri, at eorum, qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et uenditionem esse; idque ex accidentibus
167 apparet[4], tamquam sub condicione | facta cuiusque uenditione aut locatione.[5] iam enim non dubitatur, quin sub condicione res uenire[6] aut locari possint. 147. Item quaeritur, si cum aurifice mihi conuenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certaeque formae anulos mihi faceret[7] et acciperet uerbi gratia denarios CC, utrum emptio et uenditio an locatio et conductio contrahatur. Cassius ait materiae quidem emptionem uenditionemque contrahi, operarum autem locationem et conductionem; sed plerisque placuit emptionem et uenditionem contrahi. atqui si meum aurum ei dedero mercede pro opera constituta, conuenit locationem conductionem contrahi.[8]

---

1) id *del. Puchta.* inde *Hu.* 2) item quaeritur V. 3) denarios V. 4) apparere *Hu.* 5) uenditione aut locatione] uenditionem an locationem V. 6) ueniri V. 7) facere V 8) *sequitur linea vacua in* V.

---

§ 146. *cf. C. I. L.* II *suppl.* 6278 (*Bruns* I⁷, 209) *l.* 36 *sq.* 56 *sq.* 63. non dubitatur] *cf. D.* 19, 2, 20 *pr.* (*Paul.* 518).

§ 147. = *I.* 3, 24, 4. *cf. D.* 19, 2, 2, 1 (*Gai.* 501). 19, 2, 31 (*Alf.* 71). 18, 1, 80, 3 (*Lab. ap. Iav.* 208). 18, 1, 65 (*Iav.* 123). 18, 1, 20 (*Pomp.* 548). 34, 2, 34 *pr.* (*Pomp.* 261). 19, 2, 22, 2 (*Paul.* 519).

148. Societatem coire solemus aut totorum[1] bonorum aut unius alicuius negotii, ueluti mancipiorum emendorum aut uendendorum. 149. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit societas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem damni praestet. quod Quintus Mucius *contra naturam societatis esse censuit. sed Seruius Sulpicius, cuius*[2] etiam praeualuit sententia, adeo ita coiri posse societatem existimauit, ut dixerit illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino damni praestet, sed lucri partem capiat, si modo opera eius tam pretiosa uideatur, ut aequum sit eum cum hac pactione in societatem admitti. nam et ita posse coiri[3] societatem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat | et tamen lucrum inter 168
eos commune sit; saepe enim opera alicuius pro pecunia ualet. 150. Et illud certum est, si de partibus lucri et damni nihil inter eos conuenerit, tamen aequis ex partibus commodum ut incommodum inter eos commune esse; sed si in altero partes expressae fuerint, uelut in lucro, in altero uero omissae, in eo[4] quoque, quod omissum est, similes partes erunt. 151. Manet autem societas eo usque, donec in eodem sensu[5] per-

1) tutorum V. 2) contra—cuius *suppl. ex Inst.; sed cf. Rotondi Bull.* 24, 13. 3) coire V. 4) eodem V. 5) consensu *Inst.*

§ 148. = *I.* 3, 25 *pr. cf. Gai epit.* 2, 9, 16. *D.* 17, 2, 5 *pr.* (*Ulp.* 917). 17, 2, 63 *pr.* (*Ulp.* 923).

§ 149. *cf. I.* 3, 25, 2. *Gai epit.* 2, 9, 16. *D.* 17, 2, 6 (*Pomp.* 532). 17, 2, 5, 1 (*Ulp.* 917). 17, 2, 29, 1; 2 (*Ulp.* 2742). 17, 2, 52, 2 (*Ulp.* 922). 17, 2, 30 (*Paul.* 1732). *C.* 4, 37, 1 (*a.* 293). *Cic. pro Rosc. Com.* 10, 29. *Quintil. Declam.* 320.

§ 150. *cf. I.* 3, 25, 1; 3. *Paul.* 2, 16. *D.* 17, 2, 29 *pr.* (*Ulp.* 2742). *C. I. L.* III 950 (*Bruns* I[7], 376 *n.* 171).

§ 151. = *I.* 3, 25, 4. *cf. Gai epit.* 2, 9, 17. *D.* 17, 2, 63, 10 *i. f.* (*Ulp.* 925). 17, 2, 73 (*Ulp.* 2388). 17, 2, 65 *pr.*; 3—8 (*Paul.* 495). 17, 2, 3, 1 (*Paul.* 493). 17, 2, 4, 1 (*Mod.* 199). *C.* 4, 37, 5 (*a.* 294). 3, 37, 5 (*a.* 294); 7 (*a.* 531). *Petron. Satir.* 10. *Apul. Metam.* 10, 14.

seuerant; at cum aliquis renuntiauerit societati, societas soluitur. sed plane si quis in hoc renuntiauerit societati, ut obueniens aliquod lucrum solus habeat, ueluti si mihi totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, ut hereditatem solus lucri faciat, cogetur[1] hoc lucrum communicare; si quid uero aliud lucri fecerit, quod non captauerit, ad ipsum solum pertinet. mihi uero, quidquid omnino post renuntiatam societatem adquiritur, soli conceditur. 152. Soluitur adhuc societas etiam morte socii, quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit. 153. Dicitur etiam kapitis diminutione solui societatem, quia ciuili ratione kapitis diminutio morti coaequatur; sed utique si adhuc consentiant in societatem[2], noua uidetur incipere societas. 154. Item si cuius ex sociis bona publice aut priuatim
169 uenierint, soluitur societas.[3] sed haec quoque | societas, de qua loquimur, id est, quae consensu contrahitur nudo, iuris gentium[4] est; itaque inter omnes homines naturali ratione consistit.

155. Mandatum consistit, siue nostra gratia man-

1) coget V. 2) societate V. 3) *videntur nonnulla excidisse.* 4) gentium *Fitting.* cogentium V.

§ 152. = *I.* 3, 25, 5 *init. cf. Gai epit.* 2, 9, 17. *D.* 17, 2, 59 *pr.* (*Pomp.* 577). 17, 2, 35 (*Ulp.* 2744). 17, 2, 52, 9 (*Ulp.* 922). 17, 2, 63, 10 (*Ulp.* 925). 17, 2, 65, 9; 10 (*Paul.* 495). 17, 2, 4, 1 (*Mod.* 199). 3, 5, 20 (21), 2 (*Paul.* 191).

§ 153. *cf. Gai epit.* 2, 9, 17. *supra* 3, 101. 1, 159 *sq. D.* 17, 2, 58, 2 (*Ulp.* 927). 17, 2, 63, 10 (*Ulp.* 925). 17, 2, 65, 11 (*Paul.* 495). 17, 2, 4, 1 (*Mod.* 199).

§ 154. *cf. I.* 3, 25, 7; 8. *supra* 3, 78 *sq. cf. D.* 17, 2, 63, 10 (*Ulp.* 925). 17, 2, 65, 1; 12 (*Paul.* 495). 17, 2, 4, 1 (*Mod.* 199). priuatim] *cf. D.* 42, 7, 5 (*Iul.* 647). 12, 6, 67, 2 (*Scaev.* 14). 21, 2, 57 *pr.* (*Gai.* 388). iuris gentium] *cf. D.* 2, 14, 7 *pr.*; 1 (*Ulp.* 242).

§ 155. *cf. Gai epit.* 2, 9, 18. *I.* 3, 26 *pr.* = *D.* 17, 1, 2 *pr.* (*Gai.* 503). *D.* 44, 7, 5 *pr.* (*Gai.* 506), 3, 3, 46, 4—6 (*Gai.* 85). 17, 1, 10 *pr.* (*Ulp.* 909).

demus siue aliena; itaque siue ut mea negotia geras siue ut alterius, mandauerim, contrahitur mandati obligatio, et inuicem alter alteri tenebimur in id[1], quod uel me tibi uel te mihi bona fide praestare oportet.[2] 156. Nam si tua gratia tibi mandem, superuacuum est mandatum; quod enim tu tua gratia facturus sis, id de tua sententia, non ex meo mandatu facere debes; itaque si otiosam pecuniam domi tuae *te* habentem hortatus fuerim, ut eam faenerares, quamuis iam ei mutuam dederis, a quo seruare non potueris, non tamen habebis mecum man*dati* actionem. item si hortatus sim, ut rem aliquam emer*es*, qua*muis* non expedierit tibi eam emisse, non tamen tibi mandati tenebor.[3] et adeo haec ita sunt, ut quaeratur, an mandati teneatur[4], qui mandauit tibi, ut Titio pecuniam faenerares. Seruius[5] negauit: non magis hoc casu obligationem[6] consistere putauit, quam si generaliter alicui mandetur, uti pecuniam suam faeneraret. *sed* sequimur Sabini opinionem contra sentientis[7], q*uia* non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. 157. Illud constat, si quis de ea re mandet, quae contra bonos mores ¦ est, non contrahi obligationem, ueluti si tibi[8] 170
mandem[9], ut Titio furtum aut[10] iniuriam facias.

---

1) in id *Hu.* id in V. 2) oportere V. 3) teneri V. 4) teneantur V. 5) sed seruius V. 6) obligatum V. 7) contra sentientis *Mommsen.* consentientis V. 8) si tibi *Goeschen.* ti sibi V. 9) mandem *Goeschen.* mandemus V. 10) autem V.

---

§ 156. *cf. I.* 3, 26 *pr.*; 6 = *D.* 17, 1, 2 *pr.*; 6 (*Gai.* 503). *D.* 17, 1, 32 (*Iul.* 919). 17, 1, 6, 5 (*Ulp.* 907). 17, 1, 16 (*Ulp.* 914). 50, 17, 47 *pr.* (*Ulp.* 909). et adeo haec ita sunt *etc.*] *cf. D.* 46, 1, 13 (*Iul.* 232). 46, 3, 95, 10 (*Pap.* 340). 17, 1, 6, 4 (*Ulp.* 907). 17, 1, 10, 11 (*Ulp.* 910). 4, 4, 13 *pr.* (*Ulp.* 404).

§ 157. *cf. Gai epit.* 2, 9, 18. *I.* 3, 26, 7. *D.* 18, 1, 35, 2 (*Gai.* 238). 17, 1, 6, 3 (*Ulp.* 907). 17, 1, 12, 11 (*Ulp.* 911). 17, 1, 22, 6 (*Paul.* 487). *C.* 1, 14, 5, 2 (*a.* 439).

158. Item si quis *quid* post mortem meam faciendum *mihi*[1] mandet, inutile mandatum est, quia generaliter placuit ab heredis persona obligationem incipere non posse. 159. Sed recte quoque *contractum*[2] mandatum, si dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit. 160. Item si adhuc integro mandato[3] mors alterutrius alicuius[4] interueniat, id est uel eius, qui mandarit, uel eius, qui[5] mandatum susceperit, soluitur mandatum; sed utilitatis causa receptum est, ut si mortuo eo, qui mihi mandauerit, ignorans eum decessisse exsecutus fuero mandatum, posse me[6] agere mandati actione; alioquin iusta et probabilis ignorantia damnum mihi [non] adferet. et huic simile est, quod plerisque placuit, si debitor meus manumisso dispensatori meo per ignorantiam soluerit, liberari eum, cum alioquin stricta iuris ratione non posset[7] liberari eo, quod alii soluisset, quam cui soluere deberet. 161. Cum autem is, cui recte mandauerim, egressus fuerit mandatum, ego quidem[8] eatenus cum eo habeo mandati actionem,

1) *suppl. Hu.* 2) contractum *Inst.* consummatur V. consummatur *del. Hu.* 3) mandatum V. 4) alicuius *om. Inst.; del. Goeschen.* 5) cui V. 6) posse me V. *Inst.* possem *Gradenwitz.* 7) possent V. 8) quid V.

§ 158. *cf. supra* 3, 100. *D.* 17, 1, 13 (*Gai.* 232). 17, 1, 12, 17 (*Ulp.* 912).

§ 159. = *I.* 3, 26, 9. *cf. Gai epit.* 2, 9, 19. *Vat.* 333. *D.* 17, 1, 12, 16 (*Ulp.* 912). 46, 3, 12, 2 (*Ulp.* 2736). 17, 1, 15 (*Paul* 1609).

§ 160. = *I.* 3, 26, 10. *cf. Gai epit.* 2, 9, 19. *Vat.* 333. *D.* 17, 1, 34, 1 (*Afr.* 92). 17, 1, 27, 3 (*Gai.* 232). 17, 1, 57 (*Pap.* 639). 39, 5, 19, 3 (*Ulp.* 1689). 17, 1, 26 *pr.*; 1 (*Paul.* 488). 17, 1, 58 *pr.* (*Paul.* 1316). 2, 1, 6 (*Paul.* 96). 17, 2, 65, 10 (*Paul.* 495). 46, 3, 108 (*Paul.* 1016). *C.* 4, 35, 15 (*a.* 294). et huic simile est *etc.*] *cf. D.* 12, 1, 41 (*Afr.* 85). 46, 3, 18 *et* 16, 3, 11 (*Ulp.* 2869). 46, 3, 51 (*Paul.* 178). *C.* 8, 42 (43), 3 (*a.* 238). dispensatori] *cf. supra* 1, 122 *i. f.*

§ 161. *cf. I.* 3, 26, 8. *Gai epit.* 2, 9, 20. *Paul.* 2, 15, 3. *D.* 17, 1, 33 (*Iul.* 868). 17, 1, 4 (*Gai.* 504). 17, 1, 41 (*Gai.* 89). 17, 1, 3, 2 (*Paul.* 485). 17, 1, 5 *pr.* — 3; 5 (*Paul.* 485). 17, 1, 22 *pr.*; 1 (*Paul.* 487). *Gell.* 1, 13.

quatenus mea interest inplesse eum mandatum, si modo implere potuerit; at ille mecum agere non potest. itaque si mandauerim tibi, ut uerbi gratia fundum mihi sestertiis C emeres, tu sestertiis CL emeris, non habebis mecum | mandati actionem, etiamsi tanti uelis 171
mihi dare[1] fundum, quanti emendum tibi mandassem; idque maxime Sabino et Cassio placuit. quod si minoris emeris, habebis mecum scilicet actionem, quia qui mandat, ut C milibus emeretur, is utique mandare[2] intellegitur, uti minoris, si posset, emeretur.[3] 162. In summa sciendum *est, quotiens faciendum* aliquid gratis dederim, quo nomine si mercedem statuissem, locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem, ueluti si fulloni polienda curandaue uestimenta *dederim* aut sarcinatori sarcienda.

163. Expositis generibus obligationum, quae ex contractu nascuntur, admonendi sumus adquiri nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eas personas, quae in nostra potestate, manu mancipioue sunt. 164. Per liberos quoque homines et alienos seruos, quos bona fide possidemus, adquiritur nobis; sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis uel ex re nostra adquirant. 165. Per eum quoque seruum, in quo usumfructum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur. 166. Sed qui nudum ius Quiritium in seruo habet, licet dominus sit, minus

1) dari V. 2) mandari V. 3) emeret V.

§ 162. *cf. I.* 3, 26, 13. *D.* 17, 1, 36, 1 (*Iav.* 28). 19, 5, 22 (*Gai.* 244). 19, 5, 13 *pr.* (*Ulp.* 2747). 14, 1, 1, 18 (*Ulp.* 817) 17, 1, 1, 4 (*Paul.* 484). *C.* 4, 35, 1 (*Sever. et Anton.*). 4, 35, 20 (*Diocl. et Maxim.*).

§ 163. = *I.* 3, 28 *pr. cf. supra* 2, 86. *Paul.* 5, 8. *Plaut. Rud.* 5, 3, 28 *sq.* = 1384.

§ 164. = *I.* 3, 28, 1. *cf. supra* 2, 86; 92. *cf. D.* 17, 1, 8, 5 (*Ulp.* 908).

§ 165. = *I.* 3, 28, 2. *cf. supra.* 2, 86; 91.

§ 166. *cf. supra* 2, 88. *D.* 45, 3, 36 (*Iav* 141).

tamen iuris in ea[1] re habere intellegitur quam usufructuarius et bonae fidei possessor. nam placet ex nulla causa[2] ei adquiri posse, adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus fuerit seruus mancipioue nomine[3]
172 eius acceperit, | quidam existiment[4] nihil ei adquiri. 167. Communem seruum pro dominica parte dominis adquirere certum est, excepto eo, quod uni nominatim stipulando[5] aut mancipio accipiendo illi soli adquirit[6], uelut cum ita stipuletur: TITIO DOMINO MEO DARI SPONDES? aut cum ita mancipio accipiat: HANC REM EX IVRE QVIRITIVM LVCII TITII DOMINI MEI ESSE AIO, EAQVE EI EMPTA ESTO HOC AERE AENEAQVE LIBRA. 167ª. Illud quaeritur, an quod[7] domini nomen adiectum efficit[8], idem faciat unius ex dominis iussum intercedens. nostri praeceptores proinde[9] ei, qui iusserit, soli adquiri existimant, atque si nominatim ei soli stipulatus esset seruus mancipioue accepisset; diuersae scholae auctores proinde utrisque adquiri putant, ac si nullius[10] iussum interuenisset.

168. Tollitur autem obligatio praecipue solutione eius, quod debetur.[11] unde quaeritur, si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit, utrum ipso

---

1) ea V. adquisita ab eo *Hu.* 2) causa alia V. 3) nomen V. 4) existimant V. 5) stipulando uel mancipiando V. 6) adquiritur V. 7) an quod *Goeschen.* tamquam V. 8) efficit *Goeschen.* domini et fecit V. 9) perinde(?) V. 10) nullis V. 11) debetur *Inst.* debeatur V.

---

§ 167. = *I.* 3, 28, 3 *cum Theoph.* (*p.* 376 *Ferr.*). *cf. I.* 3, 17, 3. *D.* 41, 1, 37, 3 (*Iul.* 608). mancipio accipiendo] *cf. supra* 1, 119. 2, 87.

§ 167ª. *cf. D.* 45, 3, 6 (*Pomp.* 726). 41, 1, 63, 2 (*Tryph.* 19). 45, 3, 5; 7 (*Ulp.* 2952). 7, 1, 25, 6 (*Ulp.* 2587). 45, 3, 33, 1 (*Paul.* 1199). *C.* 4, 27, 2 (3) (*a.* 530).

§ 168. *cf. I.* 3, 29 *pr. Gai epit.* 2, 10 *pr. D.* 50, 16, 176 (*Ulp.* 2924). aliud pro alio] *cf. D.* 23, 3, 25 (*Paul.* 1758). 12, 1, 2, 1 (*Paul.* 430). 46, 3, 46 *pr.* (*Marcian.* 255). *C.* 8, 42 (43), 17 (*a.* 293); 24 (*a.* 294). *Senec. de ben.* 6, 5, 2.

iure liberetur, quod nostris praeceptoribus placet[1], an ipso iure maneat obligatus, sed aduersus petentem exceptione doli mali defendi debeat, quod diuersae scholae auctoribus uisum est.

169. Item[2] per acceptilationem tollitur obligatio. acceptilatio autem est ueluti imaginaria solutio. quod enim ex uerborum obligatione tibi debeam, id si uelis mihi remittere, poterit sic fieri, ut patiaris haec uerba
m|e dicere: QVOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE AC- 173
CEPTVM? et tu respondeas: HABEO. 170. Quo[3] genere, ut diximus, *tantum eae obligationes soluuntur, quae ex uerbis consistunt*, non etiam ceterae; consentaneum enim uisum est uerbis factam obligationem posse aliis uerbis dissolui. sed id, quod ex alia causa debeatur, potest in stipulationem deduci et per acceptilationem *dissolui*. 171. *Quamuis uero dixerimus perfici acceptilationem*[4] imaginaria solutione, tamen mulier sine tutoris auctoritate acceptum facere non potest, cum alioquin solui ei sine tutoris auctoritate possit. 172. Item quod debetur[5], pro parte recte soluitur[6]; an autem in partem acceptum fieri possit, quaesitum est.

---

1) placuit *Lachmann*. 2) fit V. 3) quod V. 4) dissolui—acceptilationem *suppl. Hu.* 5) debet V. 6) recte soluitur *Inst.* debet recte solui recte soluit V.

---

§§ 169. 170. = *I.* 3, 29, 1.

§ 169. *cf. D.* 46, 4, 15 (*Pomp.* 737). 46, 4, 18, 1 (*Flor.* 21). 46, 4, 6 (*Ulp.* 2946). 46, 4, 8, 4 (*Ulp.* 2957). 46, 4, 9 (*Paul.* 1851). 34, 3, 7, 1 (*Ulp.* 2656). 46, 4, 1 (*Mod.* 195). *cf. etiam apochas Pompeianas C. I. L.* IV (*Bruns* I[7], 355 *sq*).

§ 170. *cf. I.* 3, 29, 2. *D.* 46, 4, 18, 1 (*Flor.* 21). 46, 3, 80 (*Pomp.* 239). 46, 4, 8, 3 *et* 50, 17, 35 (*Ulp.* 2955).

§ 171. *cf. supra* 2, 85.

§ 172. *cf. I.* 3, 29, 1. pro parte] *cf. D.* 12, 1, 21 (*Iul.* 652). 46, 3, 9, 1 (*Ulp.* 2669). 12, 6, 26, 13 (*Ulp.* 774). 45, 1, 2, 1 (*Paul.* 1841). 45, 1, 85 (*Paul.* 810). 22, 1, 41, 1 (*Mod.* 293). an autem *etc.*] *cf. D.* 46, 4, 10 (*Pomp.* 728). 46, 4, 17 (*Inl.* 721). 46, 4, 13, 1—3; 5 (*Ulp.* 298). 46, 4, 9 (*Paul.* 1851).

173. *Est* etiam alia species imaginariae solutionis, per aes et[1] libram; quod et ipsum genus certis in causis receptum[2] est, ueluti si quid eo nomine debeatur[3], quod per aes et libram gestum sit[4], siue quid[5] ex iudicati causa debeatur.[6] 174. Adhibentur[7] non minus quam quinque testes et libripens; deinde is, qui liberatur[8], ita oportet loquatur: QVOD EGO TIBI TOT MILIBVS[9] CONDEMNATVS SVM[10], ME EO NOMINE A TE[11] SOLVO LIBEROQVE HOC AERE AENEAQVE LIBRA. HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMAMQVE EXPENDO[12] *SECVNDVM* LEGEM PVBLICAM. deinde asse percutit libram eumque dat ei[13], a quo[14] liberatur[15], ueluti soluendi causa. 175. Similiter legatarius heredem eodem modo liberat de legato, quod per damnationem relictum est, ut tamen scilicet, sicut iudicatus condemnatum[16] se esse significat, ita heres *testamento* se dare damnatum esse dicat. de eo tamen tantum potest heres eo modo liberari, quod pondere numero constet, et ita, si cer-
174 tum sit. quidam et de eo, | quod mensura constat, idem[17] existimant.

176. Praeterea nouatione tollitur obligatio, ueluti si

---

1) etiam V. 2) receptisum V. 3) debeat V. 4) et̄ V. 5) quod t V. 6) debit V. *Krueger ita:* debeatur. Eaque res ita agitur. 7) athibemur(?) V. 8) liberat V. 9) milibus V. *num* milia? 10) CONDEMNATVS SVM] condemnat∗∗∗∗ V. 11) EO NOMINE A TE] conmen∗cte(?) V. eo nomine recte *Goudsmit.* 12) expende V. 13) dat ei *Bluhme.* det el V. 14) quod V. 15) liberatum V. 16) condemnati V. 17) ind V.

---

§ 173. *cf. Fest. v. nexum p.* 165 (*Bruns* II⁷, 17). *Liv.* 6, 14, 5. *Cic. de leg.* 2, 21, 53 (*Iuri pr.* I, 8). *cf.* 2, 19, 49. *de or.* 3, 40, 159. *Varro de l. l.* 7, 105 (*Bruns* II⁷, 60). *Symm. ep.* 9, 114, 2.

§ 174. *cf. supra* 1, 119. 2, 104. *D.* 34, 3, 20 *pr.* (*Mod.* 322). soluo liberoque] *cf. Liv.* 22, 10, 6. primam postremamque] *cf. Liv.* 1, 24, 7.

§ 175. *cf. supra* 2, 201 *sq. Cic. de leg.* 2, 19, 49; 21, 53.

§ 176. = *I.* 3, 29, 3. *cf. Theophil. ad h. l.* (*p.* 379 *Ferr.*). *Gai epit.* 2, 9, 11. *supra* 2, 38. 3, 100; 107; 108; 119. *D.* 2, 14, 30, 1 (*Gai.* 62). 46, 2, 1 (*Ulp.* 2925).

quod tu mihi debeas, a Titio dari stipulatus sim; nam interuentu nouae personae noua nascitur obligatio et prima tollitur translata in posteriorem, adeo ut *interdum*, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur, ueluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius uel a muliere pupilloue sine tutoris auctoritate stipulatus fuero; quo[1] casu rem amitto; nam et prior debitor liberatur, et posterior obligatio nulla est. non idem[2] iuris est, si a seruo stipulatus fuero; nam tunc *prior* proinde adhuc obligatus tenetur, ac si postea a nullo stipulatus fuissem. 177. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuler, ita demum nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit, forte si condicio uel dies aut sponsor[3] adiciatur aut detrahatur.[4] 178. Sed quod[5] de sponsore dixi*mus*, non constat. nam diuersae scholae auctoribus placuit nihil ad nouationem proficere sponsoris adiectionem aut detractionem.[6] 179. Quod autem diximus, si condicio adiciatur, nouationem fieri, sic intellegi oportet[7], ut ita dicamus factam nouationem, si condicio extiterit; alioquin si defecerit, durat prior obligatio. sed uideamus, num is, qui eo nomine agat, doli mali aut pacti conuenti exceptione possit summoueri, quia uidetur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris | stipulationis exstiterit con- 175
dicio. Seruius tamen Sulpicius existimauit statim et pendente condicione nouationem fieri, et si defecerit condicio, ex neutra causa agi posse *et* eo modo rem

1) quod V. 2) id V. 3) dies aut sponsor] sponsor aut dies V. 4) trahatur V. 5) quae V. 6) detractationem V. 7) oportet *Inst.* c̄ V.

§ 177. = *I.* 3, 29, 3. *cf. C.* 8, 41 (42), 8 (*a.* 530).
§ 179. = *I.* 3, 29, 3. *cf. D.* 46, 2, 24 (*Pomp.* 348). 46, 2, 31 *pr.* (*Ven.* 59). 2, 14, 30, 1; 2 (*Gai.* 62). 46, 3, 72, 1 (*Marcell.* 227). 46, 2, 8, 1 (*Ulp.* 2929). 46, 2, 14 (*Ulp.* 133). diximus] *supra* § 177. a peregrino] *cf. supra* 3, 93; 119; 176.

perire; qui consequenter et illud respondit, si quis id, quod sibi L. Titius deberet, a seruo fuerit stipulatus, nouationem fieri et rem perire, quia cum seruo agi non posset. *sed* in utroque casu alio iure utimur. nec magis his casibus nouatio fit, quam si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, cum quo sponsus[1] communio non est, SPONDES uerbo stipulatus sim.

180. Tollitur adhuc obligatio litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit actum. nam tunc obligatio quidem principalis dissoluitur[2], incipit[3] autem teneri reus litis contestatione. sed si[4] condemnatus sit, sublata litis contestatione incipit ex causa iudicati teneri. et hoc *est*, quod apud ueteres scriptum est ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari oportere, post condemnationem iudicatum facere oportere. 181. Unde fit, ut si legitimo iudicio debitum petiero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter intendo[5] DARI MIHI OPORTERE, quia litis contestatione dari oportere desiit, aliter atque si imperio continenti iudicio egerim; tunc enim nihilo minus obligatio durat, et ideo ipso iure postea agere possum[6], sed debeo per[7] exceptionem rei iudicatae uel in iudicium deductae sum-
176 moueri. quae autem legitima *sint* | iudicia et quae imperio continentia[8], sequenti commentario referemus.

182. Transeamus nunc ad obligationes, quae ex

1) sponsus *Savigny.* sponsio V. 2) dissoluit V. 3) incipiat V. 4) s' V. 5) indo V. 6) possumus V. 7) prae V. 8) *lectio incerta.* continentia *Mommsen.* contineantur *Hu.*

§§ 180. 181. *cf. infra* 4, 103 *sq.*; 114; 121; 123. *supra* 3, 83. *Fr. Vat.* 263 (*Pap.* 697). *I.* 4, 13, 10. *D.* 16, 2, 8 (*Gai.* 214). 15, 1, 50, 2 (*Pap.* 158). 46, 2, 11, 1 (*Ulp.* 797). 15, 1, 3, 11 (*Ulp.* 851). 12, 6, 60 *pr.* (*Paul.* 1301). 46, 2, 29 (*Paul.* 1420). *C.* 7, 54, 3 *pr.* (*a.* 531). sequenti commentario] 4, 103 *sq.*

§ 182. *cf. Gai epit.* 2, 10, 1. *I.* 4, 1 *pr.* *D.* 44, 7, 4 (*Gai.* 505). 44, 7, 25, 1 (*Ulp.* 2583). 44, 7, 52, 8 (*Mod.* 192). supra] § 89.

delicto nascuntur, ueluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum dederit, iniuriam commiserit. quarum omnium rerum uno genere consistit[1] obligatio, cum ex contractu obligationes in IIII genera diducantur[2], sicut supra exposuimus.

183. Furtorum autem genera Ser. Sulpicius et Masurius Sabinus IIII esse dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et oblatum[3]; Labeo duo, manifestum *et* nec manifestum; nam conceptum et oblatum species potius actionis esse furto cohaerentes quam genera furtorum; quod sane uerius uidetur, sicut inferius apparebit. 184. Manifestum furtum[4] quidam id esse dixerunt, quod[5] dum fit, deprehenditur. alii uero ulterius, quod eo loco deprehenditur[6], ubi fit, uelut si in oliueto[7] oliuarum, in uineto uuarum furtum factum est[8], quamdiu in eo oliueto aut uineto fur[9] sit; aut si in domo furtum factum sit, quamdiu in ea domo fur sit. alii adhuc ulterius eo usque **** manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret eo, quo perferre fur destinasset. alii adhuc ulterius, quandoque eam rem fur tenens uisus fuerit; quae sententia non optinuit. sed et illorum sententia, qui existimauerunt, donec perferret eo, quo fur destinasset, deprehensum furtum manifestum esse, ideo non uidetur probari, quia magnam recipit dubitationem, utrum | unius diei an etiam plurium dierum spatio id termi- 177
nandum sit; quod eo pertinet, quia[10] saepe in aliis

1) constitit V. 2) diducantur *Krueger.* deducantur V. 3) obligatum V. 4) fructum V. 5) quo V. 6) deprehendit V. 7) solibeto V. 8) sit *Polenaar* 9) fuerita V. 10) quod *Polenaar.*

§ 183. *cf. Gai epit.* 2, 10, 2. *Paul.* 2, 31, 2 = *Coll.* 7, 5, 3. *I.* 4, 1, 3. *D.* 47, 2, 2 (*Gai.* 269). *Gell.* 11, 18, 10 *sq.* inferius] § 186 *sq*

§§ 184. 185. *cf Gai epit. Paul. Inst. Gell. loc. cit. D.* 47, 2, 3—8 (*Gai.* 270. *Ulp.* 2875. *Paul.* 1790).

ciuitatibus surreptas[1] res in alias ciuitates uel in alias prouincias destinant fures perferre.[2] ex duabus itaque superioribus opinionibus alterutra adprobatur[3]; magis tamen plerique posteriorem probant. 185. Nec[4] manifestum furtum quid[5] sit, ex iis, quae diximus, intellegitur. nam quod[6] manifestum non est, id nec manifestum est. 186. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem testibus praesentibus furtiua[7] res quaesita et inuenta est. nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quae appellatur concepti. 187. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua tibi ab aliquo oblata sit eaque apud te concepta sit, utique[8] si ea mente data tibi fuerit, ut apud te potius quam apud eum, qui dederit, conciperetur. nam tibi, apud quem concepta est, propria aduersus eum, qui optulit, quamuis fur non sit, constituta est actio, *quae* appellatur obl*ati*.[9] 188. Est et*iam* prohibiti furti *actio* aduersus eum, qui furtum quaerere uolentem prohibuerit.

189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat. nam liber uerberatus addicebatur ei, cui furtum fecerat; utrum autem seruus efficeretur ex addictione an adiudicati[10] loco constitueretur, ueteres

---

1) surrepte V. 2) proferre V. 3) adprobat V. 4) ni V. 5) quod V. 6) q̄· (*i. e.* quae) V. 7) furtibusa V. 8) uel utique V. 9) obliti V. 10) *num* iudicati?

---

§§ 186—188. = *I.* 4, 1, 4. *cf. Gai epit.* 2, 10, 2.

§ 186. *cf. Paul.* 2, 31, 3; 5 = *Coll.* 7, 5, 4; 6. *D.* 22, 5, 12 (*Ulp.* 1053). testibus praesentibus] *cf. Plaut. Poenul.* 3, 5, 16 —50 = 761—795.

§ 187. *cf. Paul.* 2, 31, 3; 5 = *Coll.* 7, 5, 4; 6.

§ 189. *cf. leg. XII tab.* 8, 14 (*Bruns* I[7], 32). *infra* 4, 111. *Gell.* 11, 18, 9. 20, 1, 7. 6 (7), 15. *Plaut. Poen.* 4, 2, 11 = 833. *Serv. ad Aen.* 8, 205 *unde Isidor. orig.* 5, 26, 18. *Ovid. Fast.* 3, 845. quadrupli actio] *cf. infra* 4, 111; 173. *Paul.* 2, 31, 13. *I.* 4, 1, 5. 4, 2 *pr.* 4, 12 *pr. cum Theoph.* (*p.* 463 *Ferr.*). *D.* 39, 4, 1, 3 (*Ulp.* 1304). 47, 2, 46, 2 (*Ulp.* 2878). 47, 2, 50 *pr.* (*Ulp.* 1040). *Plaut. Asin.* 3, 2, 23 = 569 *Curc.* 5, 2, 21 = 619. *Quintil. Inst. or.* 7, 4, 44. 7, 6, 2.

quaerebant. in seruum aeque[1] uerberatum animaduertebatur. sed[2] postea inprobata est asperitas poenae, et tam ex serui persona quam ex liberi quadrupli actio praetoris edicto constituta est. | 190. Nec mani- 178
festi furti poena per legem XII tabularum dupli inrogatur, eamque etiam praetor conseruat. 191. Concepti et oblati poena ex lege XII tabularum tripli est, eaque[3] similiter a praetore seruatur. 192. Prohibiti actio quadrupli est ex edicto praetoris introducta. lex autem eo nomine nullam poenam constituit; hoc solum praecipit[4], ut qui quaerere uelit, nudus quaerat, licio[5] cinctus, lancem habens; qui si quid inuenerit, iubet id lex furtum manifestum esse.[6] 193. Quid sit autem licium[7], quaesitum est; sed uerius est[8] consuti genus esse, quo necessariae partes tegerentur.[9] 193ª. Quae [res][10] lex tota ridicula est; nam qui uestitum quaerere prohibet[11], is et nudum quaerere prohibiturus[12] est, eo magis quod ita quaesita re et[13] inuenta maiori poenae subiciatur. deinde quod lancem siue ideo

---

1) seruum aeque *Hu.* eum atque V (?). 2) uerberatum animaduertebatur sed *Hu.* uerbera(ta?) *deinde lacuna* V. 3) est eaque *Lachmann.* esse qua V. 4) praecepit V. 5) licio *v. d. Hoeven.* linteo V. 6) esset V. 7) linteum V. 8) est] seam V, s *littera lineola inducta.* 9) tegerent V. 10) res *delevimus.* 11) perhibet V. 12) prohibiturus *Sander.* prohibitus V. 13) re et *Hu.* res V. *cf. supra* § 186.

---

§ 190. *cf. I.* 4, 1, 5. *lex XII tab.* 8, 16 (*Bruns* I⁷, 33). *infra* 4, 173. *D.* 47, 2, 75 (*Iav.* 93). 47, 2, 68, 2 (*Cels.* 106). 47, 2, 50 *pr.* (*Ulp.* 1040). *Plaut. Poen.* 3, 1, 61 = 564. 5, 6, 14 = 1351. *Cato de agricult. praef.* § 1. *Gell.* 11, 18, 15.

§ 191. *cf. I.* 4, 1, 4. *lex XII tab.* 8, 15ª (*Bruns* I⁷, 32). *infra* 4, 173. *Paul.* 2, 31, 14. *Gell.* 11, 18, 11. *Plaut. Poen.* 3, 4, 27 = 737.

§ 192. *cf. supra* 3, 188. *lex XII tab.* 8, 15ᵇ (*Bruns* I⁷, 32). *Lex Rom. Burgund.* 12. *Fest. p.* 117 *v. lance et licio* (*Bruns* II⁷, 11). *Gell.* 11, 18, 9. 16, 10, 8. *Inst. gl. Taur.* (*Ztschr. f. Rechtsgesch.* VII, 78) § 466. *Petron. Satir.* 97. *Aristoph. Nub.* 497 *sq. cum scholiis. Plato de legib.* 12 *p.* 594a.

haberi iubeat, ut manibus occupatis[1] nihil subiciat, siue ideo, ut quod inueneri*t*, ibi imponat, neutrum eorum procedit, si id, quod *quae*ratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut neque subici neque ibi *in*poni possit. certe non dubitatur, cuiuscumque materiae sit ea lanx, satis legi fieri. 194. Propter hoc tamen, quod lex ex ea causa manifestum furtum esse iubet, sunt, qui scribunt furtum manifestum aut lege *intellegi* aut natura: lege id ipsum, de quo loquimur, natura illud, de quo superius exposuimus. sed uerius est natura tantum manifestum furtum intellegi; neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fur non si*t*, manifestus sit, non magis quam qui omnino fur non sit, fur sit, et qui adulter aut homicida non sit, adulter
179 uel | homicida sit; at illud sane lex facere potest, ut proinde aliquis poena teneatur[2], atque si[3] furtum uel adulterium uel homicidium admisisset, quamuis nihil eorum admiserit.

195. Furtum autem fit non solum, cum quis intercipiendi causa[4] rem alienam amouet[5], sed[6] generaliter, cum quis[7] rem alienam inuito domino contrectat. 196. Itaque si quis re[8], quae apud eum deposita sit, utatur, furtum committit; et si quis utendam rem acceperit eamque in alium usum transtulerit, furti obligatur, ueluti si quis argentum utendum acceperit, quasi amicos ad cenam inuitaturus[9], et id peregre

1) occupatis *Vangerow.* occupantis V. 2) teneat V. 3) atque si *Goeschen.* at quasi V. 4) causam V. 5) admouet V. 6) et V. 7) qui V. 8) rem V. 9) inutaturus rogauerit V.

§ 194. *cf. D.* 7, 5, 2, 1 (*Gai.* 168). superius] § 184.

§ 195. = *I.* 4, 1, 6. *cf. Gai epit.* 2, 10, 3. *Paul.* 2, 31, 1 = *Coll.* 7, 5, 2. *Gell.* 11, 18, 20 (*Sabin.* 2, *Iurispr.* I, 73).

§ 196. *cf. I.* 4, 1, 6. *Gai epit.* 2, 10, 4; 5. *Paul.* 2, 12, 5 = *Coll.* 10, 7, 5 = *D.* 16, 3, 29 *pr.* (*Paul.* 1962). 2, 31, 29 = *D.* 42, 2, 83 *pr.* (*Paul.* 1980). 13, 1, 16 *et* 47, 2, 77 *pr.* (*Pomp.* 321). 13, 6, 5, 8 (*Ulp.* 802). 47, 2, 40 (*Paul.* 1798). *Gell.* 6 (7), 15, 2 (*Q. Muc.* 2, *Iurispr.* I, 17). *Val. Max.* 8, 2, 4. *Symmach. epist.* 7, 69, 1.

secum tulerit, aut si quis equum[1] gestandi gratia commodatum longius aliquo[2] duxerit, quod ueteres scripserunt de eo, qui in aciem[3] perduxisset. 197. Placuit tamen eos, qui *re*bus commodatis aliter uterentur quam utendas accepissent, ita furtum committere, si intellegant id se inuito domino facere eumque, si intellexisset[4], non permissurum; at[5] si permissurum credant[6], extra furti crimen uideri, optima sane distinctione, quod furtum sine dolo malo non committitur. 198. Sed et si credat aliquis inuito domino se rem *con*trectare, domino autem uolente id fiat, dicitur furtum non fieri. unde illud quaesitum [et probatum] est: cum Titius seruum meum sollicitauerit[7], ut quasdam res mihi subriperet et ad eum perferret[8], *et seruus* | id ad me pertulerit[9], ego, dum uolo Titium in 180
ipso delicto deprehendere, permiserim seruo[10] quasdam res ad eum perferre, utrum[11] furti an serui corrupti iudicio teneatur[12] Titius mihi, an neutro? responsum neutro eum teneri, furti ideo, quod non inuito me res contrectarit[13], serui corrupti ideo, quod deterior seruus factus non sit.[14] 199. Interdum autem etiam[15] liberorum hominum furtum fit, uelut si quis liberorum

---

1) aecum V. 2) cum aliquo V. quam quo rogauerit (*cf. p.* 180 *not.* 9) aliquo *Hu.* 3) in aciem V. uls Ariciam *Polenaar; cf. Val. Max.* 8, 2, 4. 4) intellexissent V. 5) ut V. 6) credent V. 7) sollicitauerit *Inst.* colligitaret V. 8) perferet V. 9) pertulerit *Inst.* pertulit V. 10) permiserim seruo *Goeschen.* permiserumuo V. 11) q̄eumtrum V. 12) corrupti iudicio teneatur *Inst.* corruptio iudicium teneat V. 13) contrectaret V. 14) sit *Hu.* est V. 15) etiam *Inst.* et V.

---

§ 197. = *I.* 4, 1, 7. *cf. supra* 2, 50. *infra* 3, 208. 4, 178. *Paul.* 2, 31, 1 = *Coll.* 7, 5, 1. *D.* 9, 2, 41, 1 (*Ulp.* 2863). 17, 2, 51 *pr.* (*Ulp.* 2745).

§ 198. *cf. I.* 4, 1, 8. *D.* 47, 2, 46, 8 (*Ulp.* 2879). 11, 3, 1, 5 (*Ulp.* 698). *C.* 6, 2, 20 (*a.* 530).

§ 199. = *I.* 4, 1, 9. *D.* 47, 2, 14, 13 (*Ulp.* 2734). 47, 2, 38 (*Paul.* 1797). in potestate — et manu] *cf. supra* 2, 87; 90.

nostrorum, qui in potestate nostra sint[1], siue etiam uxor, quae in manu nostra sit, siue etiam iudicatus uel auctoratus meus subreptus fuerit.[2] 200. Aliquando etiam *sua*e rei quisque furtum committit, ueluti si debitor rem, quam creditori[3] pignori dedit, subtraxerit, uel si[4] bonae fidei possessori rem meam possidenti subripuerim. unde placuit eum, qui seruum suum, quem alius bona fide possidebat, ad se reuersum celauerit, furtum committere. 201. Rursus ex diuerso interdum[5] alienas res occupare et usucapere concessum est nec creditur furtum fieri, uelut res hereditarias, quarum heres non est nactus possessionem, nisi necessarius heres extet; nam necessario herede extante placuit nihil pro herede usucapi posse. item[6] debitor rem, quam fiduciae causa creditori mancipauerit aut in iure cesserit, *secun*dum ea, quae in superiore commentario rettulimus, sine furto possidere et usucapere

---

1) s (*id est* sunt) V. sit *Inst.* 2) queri(?) V. 3) quam creditori *Inst.* quae creditor V. 4) si *Goeschen. incerta vestigia in* V. 5) inestdum V. 6) posse. item] possit V.

---

iudicatus] *cf. supra* 3, 78. 175. 189. *infra* 4, 21. *Gell.* 20, 1, 42 (*Iurisp. r.* I, 105). auctoratus] *cf. Coll.* 4, 3, 2 (*Paul.* 19). 9, 2, 2 (*Ulp.* 22 3). *Asin. Pollio ap. Cic. ad fam.* 10, 32, 3. *Sen. ep.* 37, 1. *Petr. Sat.* 117. *Quint. Decl.* 302. *Hor. Sat.* 2, 7, 59. *Manil. Astron.* 4, 225. *Tert. ad martyr.* 5. *ad nation.* 1, 18. *lex Iul. munic.* 113 (*Bruns* I⁷, 108). *C. I. L.* I 1418 (*Bruns* I⁷, 381 *n.* 35). II *suppl.* 6278 *l.* 60 (*Bruns* I⁷, 210).

§ 200. = *I.* 4, 1, 10. *cf. infra* 3, 204. *Paul.* 2, 31, 21; 36. *I.* 4, 2, 1; 2. *D.* 41, 3, 49 (*Lab.* 217). 47, 2, 60 (59) (*Iul.* 860). 47, 2, 80 (79) (*Pap.* 168). 13, 7, 22 *pr.* (*Ulp.* 902). 47, 2, 12, 2 (*Ulp.* 2733). 47, 2, 19, 5; 6 (*Ulp.* 2857). 47, 2, 15, 2 (*Paul.* 1726). 47, 2, 20 (*Paul.* 1787. 1788). 47, 2, 54 (53), 4 (*Paul.* 564). 47, 2, 67 (66) *pr.* (*Paul.* 1141). 47, 2, 88 (87) (*Paul.* 61). 41, 3, 4, 21 (*Paul.* 673). *C.* 7, 26, 6 (*Philipp.*).

§ 201. *cf. supra* 2, 9; 52; 56—60. *Paul.* 2, 31, 11. *D.* 9, 4, 40 (*Iul.* 353). 47, 2, 69; 71 (*Marcell.* 115). 47, 4, 1, 15 (*Ulp.* 1066). 47, 19, 2 (*Ulp.* 2228). 47, 19, 6 (*Ner.* 98. *Paul.* 1030). *C.* 7, 29, 2 (*a.* 293).

potest. 202. Interdum furti tenetur, qui[1] ipse furtum non fecerit, qualis | est, cuius ope consilio furtum 181
factum est. in quo numero est, qui nummos tibi excussit, ut eos alius surriperet, uel opstitit tibi, ut alius surriperet, aut oues aut boues tuas fugauit, ut alius eas exciperet. et hoc ueteres scripserunt de eo, qui panno[2] rubro fugauit armentum; sed si quid[3] per lasciuiam et non data opera, ut furtum committeretur, factum sit, uidebimus, an[4] utilis actio dari[5] debeat, cum per legem Aquiliam[6], quae de damno lata *est*, etiam culpa puniatur.

203. Furti autem actio[7] ei conpetit, cuius interest rem saluam esse, licet dominus non sit. itaque nec domino aliter conpetit, quam si eius intersit[8] rem non perire. 204. Unde constat creditorem de pignore sub-

---

1) cum V. 2) eo panno V. 3) quis V. 4) ā· V. 5) actio dari *Inst.* atque deari V. 6) aliquiliam V. 7) aoue V. 8) eius intersit *Inst.* eum insit V.

---

§ 202. = *I.* 4, 1, 11. *cf. Gai epit.* 2, 10, 6. *infra* 4, 37. 3, 219; 211. *Paul.* 2, 31, 10. *D.* 47, 2, 91 (90), 1 (*Iav.* 230). 47, 2, 55 (54), 4 (*Gai.* 272). 47, 2, 36 *pr.* (*Ulp.* 2865). 47, 2, 50, 1—3 *et* 47, 2, 52 *pr.* (*Ulp.* 1041). 47, 2, 52, 19; 21 (*Ulp.* 1042). 11, 3, 11, 2 (*Ulp.* 703). 13, 1, 6 (*Ulp.* 1057). 47, 5, 1 *pr.* (*Ulp.* 1068). 47, 2, 34 (*Paul.* 1796). 50, 16, 53, 2 (*Paul.* 721). *C.* 3, 41, 5 (*a.* 294). *Cic. de nat. deor.* 3, 30, 74. *Gell.* 11, 18, 23. nummos tibi excussit] *cf. D.* 47, 2, 52, 13 (*Ulp.* 1042). 9, 2, 27, 21 (*Ulp.* 624). panno rubro] *cf. D.* 47, 2, 50, 4 (*Ulp.* 1041). *Lex Rom. Burg.* 29.

§ 203. = *I.* 4, 1, 13. *cf. Paul.* 2, 31, 4 = *Coll.* 7, 5, 5. *Coll.* 10, 2, 6 (*Mod.* 9). *D.* 47, 2, 77 (76), 1 (*Pomp.* 322). 47, 2, 49 *pr.* (*Gai.* 238). 47, 2, 81 (80) *pr.*; 1 (*Pap.* 210). 47, 2, 10 (*Ulp.* 2733). 47, 2, 14 *pr.*—4; 10 *sq.* (*Ulp.* 2734). 47, 2, 83 (82), 1 (*Paul.* 1980). 47, 2, 86 (85) (*Paul.* 1005). 47, 2, 11 (*Paul.* 1791). *C.* 6, 2, 22 *pr.* (*a.* 530).

§ 204. = *I.* 4, 1, 14. *cf. Paul.* 2, 31, 19. *D.* 47, 2, 49 *pr.* (*Gai.* 238). 47, 2, 80 (79) (*Pap.* 168). 13, 7, 22 *pr.* (*Ulp.* 902). 47, 2, 12, 2 (*Ulp.* 2733). 47, 2, 46, 4 (*Ulp.* 2878). 47, 2, 15 *pr.* (*Paul.* 1726). 47, 2, 88 (87) (*Paul.* 61).

repto furti agere posse; adeo quidem, ut quamuis[1] ipse dominus [id est ipse debitor][2] eam rem subripuerit, nihilo minus creditori conpetat actio furti. 205. Item si fullo polienda[3] curandaue aut sarcinator sarcienda uestimenta mercede certa acceperit eaque furto amiserit, ipse furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil interest[4] ea non periisse, cum iudicio locati a fullone aut sarcinatore suum *con*sequi possit[5], si modo is fullo aut sarcinator[6] rei[7] praestandae[8] sufficiat; nam si soluendo non est, tunc quia ab eo dominus suum[9] consequi non potest, ipsi furti actio conpetit, quia hoc casu ipsius interest rem sal-
182 uam esse. 206. Quae de[10] fullone | aut sarcinatore[11] diximus, eadem transferemus et ad eum, cui rem commodauimus. nam ut illi mercedem capiendo custodiam praestant, ita hic[12] quoque utendi[13] commodum percipiendo similiter necesse habet[14] custodiam praestare. 207. Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non praestat[15] tantumque in eo obnoxius est, si quid ipse dolo *malo*[16] fecerit; qua de *causa si*[17] res ei subrepta fuerit, quia[18] restituendae[19] eius nomine[20] depositi

1) que ū V. 2) *eiecimus glossema, quamvis iam Institutionibus subsit.* 3) pullienda V. 4) idē V. 5) posset V. 6) sarcitor V. 7) rem V. 8) *in* V *sequuntur tres litterae evanidae* (pic?) plene *coni. Hu.* 9) sim V. 10) quae de *Inst.* de que V. 11) sarcitore V. 12) hi V. 13) utendo V. 14) sehabent V. 15) praestatum V. 16) dolo V. dolo malo *Inst.* 17) qua de causa si *Inst.* qua de ḡ V. 18) quia *Inst.* quae V. 19) restituendae *Inst.* restituenda est V. 20) nomine *Inst.* non omninoe V.

§ 205. = *I.* 4, 1, 15. *cf. Paul.* 2, 31, 29. *D.* 19, 2, 60, 2 (*Iav.* 212). 47, 2, 12 *pr.* (*Ulp.* 2733). 47, 2, 48, 4 (*Ulp.* 2884).

§ 206. = *I.* 4, 1, 16. *cf. Paul.* 2, 4, 3. *Coll.* 10, 2, 1; 6 (*Mod.* 9). *D.* 47, 2, 60 (59) (*Iul.* 860). 13, 6, 18 *pr.* (*Gai.* 208). 44, 7, 1, 4 (*Gai.* 498). 13, 6, 5, 3; 5 (*Ulp.* 802). 47, 2, 14, 16 (*Ulp.* 2734). 47, 2, 48, 4 (*Ulp.* 2884). 47, 2, 15, 2 (*Paul.* 1726). *C.* 6, 2, 22 (*a.* 530).

§ 207. = *I.* 4, 1, 17. *cf. Coll.* 10, 2, 6 (*Mod.* 9). *D.* 44, 7, 1, 5 (*Gai.* 498). 13, 6, 5, 2 (*Ulp.* 802). 19, 5, 17, 2 (*Ulp.* 806). 16, 3, 1, 10 (*Ulp.* 890). 16, 3, 1, 43 (*Ulp.* 896). 50, 17, 23 (*Ulp.* 2731). 47, 2, 14, 3; 4 (*Ulp.* 2734). 47, 8, 2, 23 (*Ulp.* 1321).

non tenetur nec ob id eius interest rem saluam esse, furti [itaque] agere non potest, sed[1] ea actio domino conpetit.

208. In summa sciendum est quaesitum esse, an impubes rem alienam amouendo[2] furtum faciat. plerisque placet, quia furtum ex adfectu[3] consistit, ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus[4] pubertati sit et ob id intellegat se delinquere.

209. Qui res alienas rapit, tenetur etiam[5] furti. quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat[6] quam qui *ui*[7] rapit? itaque recte *dictum* est eum improbum furem esse; sed propriam actionem[8] eius delicti nomine[9] praetor introduxit, quae appellatur ui bonorum raptorum, et est intra annum quadrupli [actio], post annum simpli. quae actio utilis est, etsi[10] quis unam rem licet minimam rapuerit.

210. Damni iniuriae actio constituitur[11] per legem Aquiliam, cuius primo capite cautum est, *ut* si quis hominem alienum | alienamue[12] quadrupedem, quae 183

1) et V. 2) alienam amouendo *Inst.* alienouendo V. 3) adiectum V. 4) proximus m V. 5) et V. 6) tretat V. 7) ui *Inst.*; *om.* V. 8) actione V. 9) delicti nomine *Inst.* lecti nomen V. 10) set si V. 11) constituit V. 12) alienamue *Inst. Dig.* eamue V.

§ 208. = *I.* 4, 1, 18. *cf. D.* 50, 17, 111 *pr.* (*Gai.* 73). 9, 2, 5, 2 (*Ulp.* 613). 47, 2, 23 (*Ulp.* 2861). *lex XII tab.* 8, 14 (*Bruns* I[7], 32). *Gell.* 11, 18, 8. *Serv. ad Verg. Buc.* 8, 39. *cf. etiam D.* 29, 5, 14 (*Maecian.* 56). 4, 3, 13, 1 (*Ulp.* 390). 44, 4, 4, 26 (*Ulp.* 1681). 47, 12, 3, 1 (*Ulp.* 739). ex adfectu] *cf. supra* 3, 197 *et ibi citat.*

§ 209. = *I.* 4, 2 *pr. cf. infra* 4, 8. *I.* 4, 6, 19. *D.* 47, 8, 2, 10; 12; 17 (*Ulp.* 1313. 1315. 1318). 47, 2, 53 (*Ulp.* 1055). *C.* 3, 41, 4 (*a.* 294). *Lex. Rom. Burg.* 8, 5. *Ed. Theoder.* 109. 124.

§ 210. = *I.* 4, 3 *pr. cf. Bruns* I[7], 45. *D.* 9, 2, 2 *pr.* (*Gai.* 183). 9, 2, 21 *pr.* (*Ulp.* 616). *Cic. pro Tull.* 4, 9. 5, 11. 17, 41. *Brut.* 34, 131. *Anon. ad Bas.* 60, 3, 1. *Theoph.* 4, 3, 15 (*p.* 404 *Ferr.*). eamue quadrupedem] *cf. D.* 9, 2, 2, 2 (*Gai.* 183). domino] *cf. D.* 9, 2, 11, 6 (*Ulp.* 615).

pecudum[1] numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit[2], tantum[3] domino dare damnetur. 211. Iniuria[4] autem occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id acciderit, nec ulla alia lege damnum, quod sine iniuria datur, reprehenditur[5]; itaque inpunitus est, qui sine culpa et dolo malo casu quodam damnum committit. 212. Nec solum corpus in actione huius legis aestimatur; sed sane si[6] seruo occiso plus dominus capiat damni, quam pretium serui sit[7], id quoque aestimatur, uelut si seruus meus ab aliquo heres institutus, antequam iussu meo hereditatem cerneret, occisus fuerit; non enim tantum ipsius pretium aestimatur, sed et hereditatis amissae quantitas. item si ex gemellis uel ex comoedis uel ex symphoniacis unus occisus fuerit, non solum occisi fit aestimatio, sed eo amplius id quoque[8] conputatur[9], quod ceteri, qui supersunt, depretiati sunt. idem iuris est etiam, si ex pari mularum unam uel etiam ex quadrigis equorum unum occiderit. 213. Cuius autem seruus occisus est, is liberum arbitrium habet uel capitali crimine reum facere eum, qui occiderit, uel hac lege damnum persequi. 214. Quod autem adiectum[10] est in hac lege ‘quanti in eo anno plurimi ea

---

1) quae pecudum *Inst.* quarecudum V. 2) fuit V. *Inst.* 3) tantum aes *Hu. ex Dig.* 4) is iniuria V. 5) datur reprehenditur] dat repraehendic V. 6) si *Goeschen.* i V. 7) s V. 8) id quoque *Inst.* qui V. 9) conputat V. 10) adistum V.

---

§ 211. *cf. I.* 4, 3, 2; 3; 14. *Coll.* 7, 3, 1; 4 = *D.* 9, 2, 3 *et* 9, 2, 5, 1 (*Ulp.* 613). 40, 12, 13 *pr.* (*Gai.* 43). 50, 17, 23 (*Ulp.* 2731). *Cic. pro Tull.* 5, 11.

§ 212. *cf. I.* 4, 3, 10. *D.* 9, 2, 22, 1 (*Paul.* 362). 9, 2, 21, 2 *et* 23 *pr.*—2 (*Ulp.* 616).

§ 213. *cf. I.* 4, 3, 11. *D.* 9, 2, 23, 9 (*Ulp.* 617). *C.* 3, 35, 3 (*a.* 241).

§ 214. *cf. I.* 4, 3, 9. 4, 6, 19. *supra* 3, 210. *infra* 3, 218. *D.* 47, 1, 2, 3 (*Ulp.* 2905). 9, 2, 23, 3; 5—7 (*Ulp.* 616).

res fuerit', illud efficit, si clodum puta aut luscum seruum occiderit, qui in eo anno integer fuerit[1], *ut non quanti clodus aut luscus, sed quanti integer fuerit*[2], aestimatio fiat; quo fit, ut quis plus inter*dum* con*se*quatur, quam ei damnum | datum est. 184

215. Capite secundo *aduersus*[3] adstipulatorem, qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res est[4], tanti actio constituitur. 216. Qua[5] et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est; sed id caueri non fuit necessarium, cum actio mandati ad eam rem sufficeret; nisi quod ea lege aduersus infitiantem in duplum agitur.

217. Capite tertio de omni cetero damno cauetur.[6] itaque si quis seruum uel eam quadrupedem, quae *pecudum numero est, uulnerauerit siue eam quadrupedem, quae* pecudum numero non est[7], uelut canem, aut feram bestiam, uelut[8] ursum, leonem, uulnerauerit uel occiderit, hoc[9] capite actio constituitur.[10] in ceteris quoque animalibus, item in omnibus rebus, quae anima carent, damnum iniuria datum hac parte uindicatur. si quid enim ustum aut ruptum aut fractum *fuerit*, actio hoc capite constituitur[10], quamquam[11] potuerit sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; ruptum *enim intellegitur, quod quoquo modo corruptum* est; unde non solum usta aut rupta aut

1) fuit V. 2) ut non—fuerit] ut non quanti mortis tempore, sed quanti in eo anno plurimi fuerit *Boecking; similiter Studemund.* 3) *add. Poeschmann.* 4) ēe V. 5) quam V 6) cauet V. 7) non est *Inst.* de V. 8) ū V. 9) eahoc *vel* cahoc V. 10) constituit V. 11) quoque V.

§ 215. *cf. supra* 3, 110 *sq. I.* 4, 3, 12. *D.* 9, 2, 27, 4 (*Ulp.* 622).

§ 216. *cf. supra* 3, 111. *infra* 4, 9; 171. *Lex Rom. Burg.* 14, 8.

§ 217. = *I.* 4, 3, 13. *cf. Coll.* 2, 4 = *D.* 9, 2, 27, 17 (*Ulp.* 624). *Coll.* 12, 7 = *D.* 9, 2, 27, 7—12 (*Ulp.* 623). *D.* 9, 2, 27, 5—35 (*Ulp.* 623—625). 9, 2, 29, 6 (*Ulp.* 626).

fracta, sed etiam[1] scissa et collisa et effusa et quoquo modo uitiata aut perempta atque deteriora facta hoc uerbo continentur. 218. Hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus XXX proxumis[2] ea res fuerit, damnatur[3] is, qui damnum dederit. ac ne 'plurimi' quidem uerbum adicitur; et ideo quidam putauerunt liberum esse iudici[4] ad id tempus ex die-
185 bus XXX aestimationem redigere, quo plurimi | res fuit, uel ad id, quo[5] minoris fuit. sed Sabino placuit proinde habendum ac si etiam[6] hac parte 'plurimi' uerbum adiectum esset; nam legis[7] latorem contentum fuisse, *quod prima parte eo uerbo usus esset.* 219. *Ceterum* etiam[8] placuit ita demum ex ista lege actionem esse, si quis corpore suo damnum dederit, *ideoque*[9] alio modo damno dato utiles actiones dantur[10], uelut si quis alienum hominem aut[11] pecudem incluserit et fame necauerit, aut iumentum tam uehementer egerit, ut rumperetur[12]; item si quis alieno seruo persuaserit, ut in arborem ascenderet uel in puteum descenderet, et is[13] ascendendo aut descendendo ceciderit et[14] aut mortuus fuerit aut aliqua parte corporis laesus sit. item contra[15] si quis alienum seruum de ponte aut[16] ripa in flumen proiecerit et is suffocatus fuerit, hic quoque[17] corpore suo damnum

---

1) et V. 2) proxumus V. 3) damnat V. 4) iudicium V. 5) quod V. 6) si etiam *Inst.* set V. 7) legibus V. 8) et V. 9) ideoque *Inst.* quo V. 10) dant V. 11) an V. 12) rumpet V. 13) si V. 14) ceciderit et] cecideri V. 15) p V. *cf. supra* 1, 81. 16) an V. 17) hic quoque] quoque hic V.

---

§ 218. *cf. I.* 4, 3, 14; 15. *D.* 9, 2, 29, 8 (*Ulp.* 628).

§ 219. *cf. I.* 4, 3, 16. *Coll.* 12, 7, 4—8 = *Dig.* 9, 2, 27, 8—10 (*Ulp.* 623). *D.* 9, 2, 7; 9; 11 *pr.*—5 (*Ulp.* 614). 9, 2, 53 (*Ner.* 3). 19, 5, 11 (*Pomp.* 325). 47, 2, 51 (*Gai.* 271). 9, 1, 1, 7 (*Ulp.* 607). 47, 8, 2, 20 (*Ulp.* 1319). 11, 3, 3, 1 (*Ulp.* 699). *cf.* 11, 3, 4 (*Paul.* 302). 9, 2, 33, 1 (*Paul.* 1084). *C.* 3, 35, 5 (*a.* 293). *Lex Rom. Burg.* 29.

dedisse[1] eo, quod proiecerit, non difficiliter intellegi potest.

220. [2]Iniuria autem committitur[3] non solum, cum quis pugno puta aut fuste percussus uel etiam uerberatus erit, sed etiam[4] si cui conuicium factum fuerit, siue quis bona alicuius quasi debitoris sciens eum nihil sibi debere[5] proscripserit siue quis ad infamiam alicuius libellum aut carmen scripserit siue quis matrem familias aut praetextatum adsectatus fuerit et denique aliis pluribus modis. 221. Pati autem[6] iniuriam uidemur non solum per nosmet ipsos, sed etiam[7] per liberos nostros, quos in potestate habemus, | item per uxores nostras, quamuis[8] in manu 186
nostra *non*[9] sint; itaque si ueluti[10] filiae meae, quae Titio nupta est, iniuriam feceris, non solum filiae nomine tecum agi iniuriarum potest, uerum etiam meo quoque et Titii nomine.[11] 222. Seruo autem ipsi

1) dedisset V. 2) '*excidisse aliquid videtur, cui respondet pr. I. h. t.* = *Coll.* 2, 5, 1'. *Hu.* 3) committit V. 4) etiam *Inst.* et V. 5) debere] debere sibi V. 6) pati autem *Goeschen.* spatia V. 7) etiam *Inst.* et V. 8) quamuis *Lachmann.* c. (*id est* cum) V. 9) *add. Boecking.* 10) ueluti *Hu.* ueltiae V. 11) nomen V. '*an quae in Instit.* 4, 4, 2 *sequuntur, Gaiana sint, ut videntur, et a librario omissa,*

§ 220. = *I.* 4, 4, 1. *cf. Paul.* 5, 4, 1; 4; 14 *sq. Coll.* 2, 5, 4 (*Paul.* 881). *D.* 47, 10, 1, 2 (*Ulp.* 1335). 47, 10, 9, 4 (*Ulp.* 1340). 47, 10, 15, 2—33 (*Ulp.* 1350—1353). *C.* 9, 35, 5 (*a.* 290). *Plaut. Asin.* 2, 2, 104 = 371. *Auct. ad Her.* 2, 13, 19. 2, 26, 41. 4, 25, 35. *Cic. in Verr.* 2, 2, 27, 66. *Senec. de benef.* 2, 35, 2. bona alicuius] *cf. supra* 3, 78. *infra* 4, 102. *D.* 47, 10, 15, 31—33 (*Ulp.* 1353). 47, 10, 20 (*Mod.* 335). *Cic. pro Quinct.* 15, 48 *sq.* ad infamiam alicuius libellum] *cf. C. Th. tit.* 9, 34. *C. Iust. tit.* 9, 36.

§ 221. = *I.* 4, 4, 2. *cf. Paul.* 5, 4, 3. *D.* 47, 10, 41 (*Ner.* 40). 47, 10, 1, 3 (*Ulp.* 1335). 47, 10, 5, 6 (*Ulp.* 1337). 47, 10, 11, 7 (*Ulp.* 1345). 47, 10, 15, 24 (*Ulp.* 1352). 47, 10, 2 (*Paul.* 679). 47, 10, 18, 2; 5 (*Paul.* 689). *C.* 9, 35, 2 (*a.* 230).

§ 222. = *I.* 4, 4, 3. *D.* 47, 10, 15, 34—49; 17 *pr.*—2 (*Ulp.* 1354—1359). 47, 10, 16 (*Paul.* 685). 48, 7, 4, 1 (*Paul.* 687). 47,

quidem[1] nulla iniuria intellegitur[2] fieri, sed domino per eum fieri uidetur; non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos nostros uel uxores iniuriam pati uidemur, sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, quod aperte[3] in *con*tumeliam domini fieri uidetur, ueluti si quis alienum seruum uerberauerit, et in hunc casum formula proponitur; at si quis seruo conuicium fecerit uel pugno eum percusserit, non proponitur[4] ulla formula, nec temere petenti[5] datur.

223. Poena autem iniuriarum ex lege[6] XII tabularum[7] propter membrum quidem ruptum talio erat; propter os uero fractum aut conlisum trecentorum assium poena erat[8], si libero os fractum erat; at si seruo, CL; propter ceteras uero iniurias XXV assium poena erat[9] constituta. et uidebantur illis temporibus in magna paupertate satis idoneae istae pecuniae[10] poenae esse.[11] 224. Sed nunc alio iure utimur. permittitur[12] enim nobis a praetore ipsis[13] iniuriam aestimare, et iudex uel tanti condemnat, quanti nos aesti-

---

statui iam non potest'. Hu. Paulo adscribit Ferrini coll. D. 47, 10, 2. 1) quidem *Inst.* quod V. 2) intellegit V. 3) aperte *Inst.* aptem V. 4) proponit V. 5) potenti V. 6) legum V. 7) tabulas V. 8) erat ūu V. 9) erit V. 10) pecuniariae *Boecking. ed. 5.* nummariae *Inst.* 11) ne V. 12) promittit V. 13) siis V.

10, 1, 3; 7 (*Ulp.* 1335). 47, 10, 9, 4 (*Ulp.* 1340). 47, 10, 18, 1 (*Paul.* 688). 47, 10, 26 (*Paul.* 308). 47, 10, 29 (*Paul.* 1814). 21, 1, 43, 5 (*Paul.* 835). 44, 7, 34 *pr.* (*Paul.* 54). *C.* 9, 35, 1 (*a.* 222). 9, 35, 8 (*a.* 294). *Salvian. de gub. dei* 8, 3, 15.

§ 223. = *I.* 4, 4, 7. *cf. lex XII tab.* 8, 2—4 (*Bruns* I⁷, 29). *Paul.* 5, 4, 6. *Coll.* 2, 5, 5 (*Paul.* 881). *Gell.* 20, 1, 12; 14; 32. 16, 10, 8. *Fest. v. talionis p.* 363 (*Bruns* II⁷, 42). *v. viginti quinque p.* 371 (*Bruns* II⁷, 46). *Cato ap. Priscian.* 6, 13, 69 *p.* 254 *ed. Hertz. Isid. orig.* 5, 27, 24 (*Bruns* II⁷, 83).

§ 224. *cf. I.* 4, 4, 7. *Paul.* 5, 4, 7. *Coll.* 2, 6 (*Paul.* 882). 2, 2, 1 (*Ulp.* 2384). *D.* 2, 12, 2 *fin.* (*Ulp.* 255). 2, 12, 3 (*Ulp.* 206). 47, 10, 7, 6 (*Ulp.* 1340). *Gell.* 20, 1, 37 *sq.* (*Iurispr.* I, 104). *Sueton. Vitell.* 7. uadimonium] *cf. infra* 4, 186.

mauerimus, uel minoris, pro*ut* illi uisum fuerit; sed cum atrocem iniuriam praetor | aestimare soleat, si 187
simul constituerit, quantae pecuniae eo nomine fieri debeat uadimonium, hac ipsa quantitate taxamus[1] formulam, et iudex, qui possit uel minoris damnare, plerumque tamen propter ipsius praetoris auctoritatem non audet minuere condemnationem. 225. Atrox autem iniuria aestimatur uel ex facto, uelut si quis ab aliquo uulneratus aut uerberatus fustibusue caesus fuerit; uel ex loco, uelut si cui in theatro aut in foro iniuria facta sit; uel ex persona, uelut si magistratus iniuriam passus fuerit, uel senatori[2] ab humili persona facta sit iniuria.

LIB. III. EXPLIC.

3 188

1) taxamur V. 2) senatori *Inst.* senatoribus V.
3) *pagina vacua in* V.

§ 225. = *I.* 4, 4, 9. *cf. Paul.* 5, 4, 10. *Coll.* 2, 2, 1 (*Ulp.* 2384). *D.* 47, 10, 7, 7; 8 (*Ulp.* 1340). 47, 10, 9 *pr.*—3 (*Ulp.* 1340). 47, 10, 17, 3 (*Ulp.* 1360). 47, 10, 35 (*Ulp.* 2269). 48, 5, 39, 9 (*Pap.* 378). 47, 10, 8 (*Paul.* 681). 47, 10, 40 (*Macer* 31). *C.* 9, 35, 4 (*a.* 259). *Lex. Rom. Burg.* 5, 1. *Cic. de invent.* 2, 20, 60. *Quintil. Inst. or.* 6, 1, 15. *Salvian. de gubern. dei* 6, 10, 53.

189 **1.** *Superest, ut de actionibus loquamur. et si quaeramus*[1], quot genera actionum sint, uerius uidetur duo esse, in rem et in personam. nam qui IIII esse dixerunt ex sponsionum generibus, non animaduerterunt quasdam species actionum inter genera se rettulisse. **2.** In personam actio est, qua agimus, quotiens *litigamus* cum aliquo, qui nobis uel ex contractu uel ex delicto obligatus est, id est, cum intendimus DARE FACERE PRAESTARE[2] OPORTERE. **3.** In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse aut ius aliquod nobis conpetere, uelut utendi aut utendi fruendi, eundi, agendi aquamue ducendi uel altius tollendi prospiciendiue, *aut cum*[3] actio ex diuerso aduersario est negatiua. **4.** Sic itaque discretis actionibus certum est non posse nos rem nostram ab alio ita petere: SI PARET EVM DARE OPORTERE; nec enim

1) *fere ex Goesch. coni. restituit Hu.; in* V *primus versus et initium secundi litteris vacant.* 2) praestarie V. 3) aut cum *add. Hu.*

§ 1. *cf. I.* 4, 6 *pr.*; 1. *D.* 44, 7, 25 *pr.*; 1 (*Ulp.* 2383). 50, 16, 178, 2 (*Ulp.* 2961). 44, 2, 14, 2 (*Paul.* 783). *infra* 4, 41. *Iuven.* 16, 36—41. quattuor] '1) *personalis actio*; 2) *petitoria formula*; 3) *in rem actio per sponsionem, cuius summa per formulam, et* 4) *per sponsionem, cuius summa sacramenti actione petitur. cf. infra* 4, 91; 94; 95'. *Hu.*

§ 2. *cf. I.* 4, 6, 1. *supra* 3, 88. *infra* 4, 5; 41.

§ 3. *cf. I.* 4, 6, 1; 2. *D.* 8, 5, 2 *pr.* (*Ulp.* 593).

§ 4. = *I.* 4, 6, 14. *cf. supra* 2, 79. 3, 91; 99; 189; 190. *I.* 4, 1, 19 (21). *D.* 13, 1, 7, 1 (*Ulp.* 2876). 7, 9, 12 *i. f. et* 12, 3. 2 (*Ulp.* 2591). 13, 3, 1, 1 (*Ulp.* 779).

quod nostrum est, nobis dari potest, cum scilicet id dari nobis intellegatur, quod *ita datur, ut* nostrum fiat; nec res, quae *nostra iam est*, nostra amplius fieri potest. plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur[1], receptum est, ut extra poenam dupli aut quadrupli rei recipiendae nomine fures etiam[2] hac actione teneantur: SI PARET EOS DARE OPORTERE, quamuis sit etiam aduersus eos haec actio, qua rem nostram esse petimus. 5. Appellantur autem in rem quidem actiones uindicationes, in personam uero actiones, quibus dari[3] fieriue oportere intendimus, condictiones.

6. Agimus autem interdum, ut rem tantum consequamur, interdum ut poenam tantum, alias ut rem 190
et poenam. 7. Rem tantum persequimur uelut actionibus, *quibus*[4] ex contractu agimus. 8. Poenam tantum persequimur[5] uelut actione furti et iniuriarum et secundum quorundam opinionem actione ui bonorum raptorum; nam ipsius rei et uindicatio et condictio nobis conpetit. 9. Rem uero et poenam persequimur uelut ex his causis, ex quibus aduersus infitiantem in

1) teneant V. 2) etiam *Inst.* ex V. 3) dare V. 4) *add. Lachmann.* 5) consequimur V.

§ 5. = *I.* 4, 6, 15. *cf. supra* 3, 91. *D.* 44, 7, 25 *pr.* (*Ulp.* 2383). *C.* 8, 54 (55), 1 (*a.* 258).

§ 6. *cf. I.* 4, 6, 16.

§ 7. *cf. I.* 4, 6, 17. *D.* 44, 7, 35 *pr.* (*Paul.* 84).

§ 8. *cf. I.* 4, 6, 18; 19. 4, 2 *pr. supra* 3, 209. *D.* 4, 2, 14, 10 (*Ulp.* 378). 47, 8, 2, 26 (*Ulp.* 1322). 39, 4, 9, 5 (*Paul.* 2026). *C.* 9, 33, 1 (*a.* 242).

§ 9. *cf. infra* 4, 171. *Paul.* 1, 19, 1. *I.* 4, 6, 19. *Cic. de off.* 3, 16, 65. actionem iudicati] *cf. D.* 42, 1, 6, 3 (*Ulp.* 1456). *Cic. p. Flacc.* 21, 49. dependi] *cf. supra* 3, 127. damni iniuriae] *cf. supra* 3, 210. *D.* 9, 2, 2, 1 (*Gai.* 183). 9, 2, 23, 10 (*Ulp.* 617). 9, 3, 1, 4 (*Ulp.* 685). *C.* 3, 35, 4. 5 (*a.* 293). *I.* 4, 6, 23; 26. *Nov.* 18, 8. *Lex Rom. Burg.* 14, 8. 29. legatorum nomine] *cf. supra* 2, 282.

duplum agimus; quod accidit per actionem iudicati, depensi, damni in*iuri*ae *legis* Aqu*ili*ae, aut legatorum nomine, quae per damnationem certa relicta[1] sunt.

10. Quaedam praeterea sunt actiones, quae ad legis actionem[2] exprimuntur, quaedam sua ui ac potestate constant. quod ut manifestum fiat, opus est, ut prius de legis actionibus loquamur.

11. Actiones, quas in usu ueteres habuerunt, legis actiones appellabantur[3] uel ideo, quod legibus proditae erant, quippe tunc edicta praetoris, quibus conplures[4] actiones introductae sunt, nondum in usu habebantur, uel ideo, quia ipsarum legum uerbis accommodatae erant et ideo immutabiles proinde atque leges obseruab*a*ntur. unde eum, qui de uitibus succisis ita egisset, ut in actione uites nominaret, responsum est[5] rem perdidisse, quia[6] debuisset arbores nominare, eo quod lex XII tabularum, ex qua de uitibus succisis actio conpeteret, generaliter de arboribus succissis loquere-
191 tur. 12. Lege autem agebatur modis | quinque: sacramento, per iudicis[7] postulationem, per condictionem[8], per manus iniectionem, per pignoris capionem.[9]

13. Sacramenti actio generalis erat. de[10] quibus enim rebus ut aliter ageretur, lege cautum non erat,

---

1) certa relicta *Goeschen.* certe relictae V. 2) actio(nis fictio)nem *Ablaing.* 3) appellabatur V. 4) conpluris V. 5) eum V. 6) cum quia V. 7) iudices V. 8) conductionem V. 9) captionem V. 10) de *Savigny.* ad V.

---

§ 10. *cf. infra* 4, 32; 33.

§ 11. *cf. D.* 1, 2, 2, 6 (*Pomp.* 178). *Cic. partit. orat.* 28, 99. de uitibus succisis] *cf. leg. xii tab.* 8, 11 (*Bruns* I[7], 31). *Plin. nat. hist.* 17, 1, 7. *D.* 12, 2, 28, 6 (*Paul.* 281). 47, 7, 1 (*Paul.* 1803). 47, 7, 5 (*Paul.* 1804).

§ 12. sacramento] §§ 13—17. per iudicis postulationem] *eius expositio periit.* per condictionem] §§ 17[a]—20. per manus iniectionem] §§ 21—25. per pignoris capionem] §§ 26—29.

§ 13. *cf. infra* 4, 171; 180. *Varro de l. l.* 5, 36, 180 (*Bruns* II[7], 54). 6, 7, 74 (*Bruns* II[7], 57). *Fest. v. sacramentum,*

de his sacramento agebatur: eaque actio proinde periculosa erat falsi********[1] atque hoc tempore periculosa est actio certae creditae pecuniae propter sponsionem, qua periclitatur[2] reus, si temere neget, *et* restipulationem, qua periclitatur actor, si non debitum petat. nam qui uictus erat, summam sacramenti praestabat poenae nomine; eaque in publicum cedebat praedesque eo nomine praetor*i* dabantur[3], non ut nunc sponsionis et restipulationis poena lucro cedit aduersarii[4], qui uicerit.[5] 14. Poena autem sacramenti aut quingenaria erat aut quinquagenaria. nam de rebus mille aeris plurisue quingentis assibus, de minoris uero quinquaginta assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum erat. *at* si de libertate hominis controuersia erat, etiamsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur[6], eadem lege cautum est fauore[7] scilicet libertatis, ne one*r*arentur adsertor*es*. | [8] ——— 192 t. s.
——— *vv. 11* ——— |

1) *verba inde a* falsi *usque ad* uictus erat *in* V *per errorem bis scripta sunt, nisi quod verba* periclitaretur reus si temere neget restipulationem qua *priore loco omissa sunt.* falsi *priore loco evanuit; quae secuntur fere 8 litterae, utroque loco certo legi nequeunt.* falsiloquo propter iusiurandum *suppl. Hu.* 2) periclitaretur V. 3) dabatur V. 4) aduersario *Goeschen.* adueteari V. *cf. V. I. R. s. v.* cedo *p. 706, 1.* 5) uiceritut V. 6) contenderet V. 7) fabori V. 8) *pag. 192, cuius pauca tantum verba legi possunt, Gaius tractavit de actione sacramenti, qua in personam agebatur.*

sacramento p. 344 *sq. Bruns* II⁷, 34). *Cic. in Verr.* 2, 1, 45, 115. *pro Caec.* 33, 97. *pro dom.* 29, 78. *pro Mil.* 27, 74. *de orat.* 1, 10, 42. *de rep.* 2, 35, 60. *ad. fam.* 7, 32, 2. *Val. Max.* 7, 8, 2. *Arnob. adv. gent.* 4, 16 (*p.* 155 *ed. Reiffersch.*). *Isid. orig.* 5, 24, 31 (*Bruns* II⁷, 81). *lex Acil. repet. v.* 23 (*Bruns* I⁷, 63).

§ 14. *cf. Varr. Fest. ll. cc. Val. Prob.* 4, 2 (Q. N. T. S. Q. P. quando negas, te sacramento quingenario prouoco). lege XII tab.] 2, 1 (*Bruns* I⁷, 20). si de libertate] *cf. Liv.* 3, 44 *sq.*

15. ——— *i*|stae omnes actiones ——— —
| ——— | ——— *vv. 5* ———
| ——— captus ———
| ——— *vv. 5* ———
193 | ——— ad iudicem accipiundum | uenirent. postea uero[1] reuersis dabatur. ut autem *die* XXX. iudex detur[2], per legem Pinariam factum est; ante eam autem legem *statim*[3] dabatur iudex. illud ex superioribus intellegimus, si de re minoris quam[4] *M* aeris agebatur, quinquagenario sacramento, non quingenario eos contendere solitos fuisse. postea tamen quam iudex datus[5] esset, comperendinum diem, ut ad iudicem uenirent, denuntiabant; deinde cum ad iudicem uenerant, antequam apud eum causam perorarent, solebant breuiter ei et quasi per indicem rem exponere; quae dicebatur causae coniectio[6] quasi causae suae[7] in breue coactio.

16. Si in rem agebatur, mobilia quidem et mouen-

1) ū. (*id est* uel?) V. 2) daretur *Wieding.* 3) statim *Hollweg.* nondum *Heffter. lectio codicis* V *incertissima est.* 4) q̄. (*id. est* quae) V. 5) datum V 6) coniectio *Ps.-Ascon.* collectio V. 7) suae *del. Beseler.*

§ 15. *cf. Val. Prob.* 4, 8 (T. PR. I. A. V. P. V. D. te praetor iudicem arbitrumue postulo uti des). ad iudicem] *cf. infra* 4, 18. die XXX.] *cf. Ps.-Ascon. ad Cic. Verr.* 2, 1, 9, 26 *p.* 164 *ed. Bait.* (*Bruns* II⁷, 71). per legem Pinariam] *cf. Macrob. Sat.* 1, 13, 21 (hoc arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna aerea a L. Pinario et Furio consulibus (*a.* 472 *a. Chr.*), cui mensis intercalaris adscribitur). ex superioribus] § 14. comperendinum] *cf. Val. Prob.* 4, 9 (*I. D. T. S. P.* in diem tertium siue perendinum). *Cic. pro Mur.* 12, 27. *Plin. ep.* 5, 9 (21), 1. *Gell.* 6 (7), 1, 10. 10, 24, 9. *Fest. v. res comperendinata p.* 282 *M.* (*Bruns* II⁷, 32). *Macrob. Sat.* 1, 16, 13; 14. *Pseudo-Ascon. l. c.* causae coniectio] *cf. D.* 50, 17, 1 (*Paul.* 1230). *Auct. ad Her.* 2, 21, 33. *Gell.* 5, 10, 9. *Non. Marc.* 4, 89 *v. conicere p.* 183 *Merc.* (*Bruns* II⁷, 64). *Ps.-Ascon. l. c. cf. etiam Auct. ad Her.* 2, 13, 20. *Gell.* 17, 2, 10.

§ 16. *cf. Plaut. Rud.* 4, 3, 86 = 1025. *Mil. glor.* 4, 1, 15 = 961. *Cic. pro Mur.* 12, 26. *pro Mil.* 27, 74. *de orat.*

tia, quae modo in ius adferri adduciue possent, in iure uindicabantur ad hunc modum: qui uindicabat, festucam tenebat; deinde ipsam rem adprehendebat, uelut hominem, et ita dicebat: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO SECVNDVM SVAM CAVSAM; SICVT DIXI, ECCE TIBI, VINDICTAM INPOSVI, et simul homini festucam inponebat. aduersarius eadem similiter dicebat et faciebat. cum uterque uindicasset, praetor dicebat: MITTITE AMBO HOMINEM, illi mittebant. qui prior uindicauerat, *ita alterum interroga*bat[1]: POSTVLO, ANNE DICAS, QVA EX CAVSA VINDICAVERIS? ille respondebat: IVS FECI[2], SICVT VINDICTAM INPOSVI. deinde qui prior uindicauerat, dicebat: QVANDO TV INIVRIA VINDICAVISTI, | D AERIS SACRAMENTO TE 194
PROVOCO; aduersarius quoque dicebat similiter: ET EGO TE; scilicet *si de re* M *aeris plurisue agebatur*, D, *si de minoris*[3], L asses sacramenti nominabant. deinde eadem[4] sequebantur, quae cum[5] in personam ageretur. postea praetor secundum alterum eorum uindicias dice-

1) vindicaverat—interrogabat *suppl. Goeschen.* 2) fecii V. 3) si de re—minoris *suppl. Krueger et Gradenwitz. Eisele locum ita restituendum proponit:* aduersarius quoque dicebat similiter et e contrario respondebatur. in re minoris mille aeris scilicet L asses sacramenti nominabant. 4) ad V. 5) quae cum] quaecumque V.

1, 10, 41. *Gell.* 20, 10. *Boeth. in Cic. top.* 2, 10 *p.* 288 *Bait.* (*Bruns* II[7], 73). SEC. SVAM CAVSAM] *cf. Val. Prob.* 4, 6 (S. S. C. S. D. E. T. V. secundum suam causam sicut dixi ecce tibi uindicta). eadem sequebantur] *cf. supra* 4, 15. uindicias] *cf. D.* 1, 2, 2, 24 (*Pomp.* 178). *Liv.* 3, 44; 47; 56 *sq. Cic. pro Mil.* 27, 74. *Arnob.* 4, 16 (*p.* 155 *ed. Reiffersch.*). *Fest. v. vindiciae p.* 376 (*Bruns* II[7], 46). *Gloss. Philox. v. vindiciae.* praedes aduersario] *cf. infra* 4, 94. *Plaut. Menaechm.* 4, 2, 25. 26 = 592. 593. festuca] *cf. Plaut. Mil.* 4, 1, 75 = 961. *Pers. Sat.* 5, 175. quod maxime] *cf. supra* 2, 69. *Dionys.* 6, 32; 36. 8, 10. in centumuiralibus iudiciis] *cf. Suet. Aug.* 36. *Laus Pison.* 41 (*Poet. lat. min. ed. Baehr.* I, 227). *Quint. Inst. orat.* 5, 2, 1. *Martial.* 7, 63, 7. *Stat. Silv.* 4, 4, 43. *Val. Max.* 7, 8, 1.

bat, id est interim aliquem possessorem constituebat, eumque iubebat praedes[1] aduersario dare litis et uindiciarum, id est rei et fructuum; alios autem praedes ipse praetor ab utroque accipiebat sacramenti, quod id in publicum cedebat. festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii, quod maxime[2] sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent; unde in centumuiralibus iudiciis hasta praeponitur. 17. Si qua res talis erat, ut sine incommodo non posset in ius adferri uel adduci, uelut si columna aut grex alicuius pecoris esset, pars aliqua inde sumebatur, deinde in eam partem quasi in totam rem praesentem fiebat uindicatio; itaque uel*ut* ex grege[3] uel una ouis[4] aut capra in ius adducebatur, uel et*iam* pilus inde sumebatur et in ius adferebatur; ex naue uero et columna aliqua pars defringebatur; similiter si de fundo uel de aedibus siue de hereditate controuersia erat, pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur, et in eam partem proinde[5] atque in totam rem praesentem fiebat uindicatio, uelut ex fundo gleba sumebatur et ex aedibus tegula, et si de hereditate controuersia erat, aeque | *res uel rei pars aliqua inde sumebatur.*[6]

[*Fol. deperditum.*][7]

195 17ª. ——————— qualem ——— capiend iudicio |
|——————— ad iudicem capiendum praesto esse de- |

1) praesides V. 2) quod maxime *Hu.* OXXJ. me V. 3) grecae V. 4) quis V. 5) pinde V. 6) res—sumebatur *suppl. Hu.* 7) *in his duabus paginis Gaius primum videtur solemnes ritus ac verba, quae ad rerum absentium vindicationem pertinebant (Gell.* 20, 10. *Cic. pro Mur.* 12) *addidisse (cf. infra* 4, 48), *deinde ad legis actionem, quae per iudicis postulationem fiebat, transiisse. denique in extrema altera pagina ad condictionem transitum fecit.*

§ 17. *cf. Fest. v. vindiciae p.* 326 (*Bruns* II⁷, 46). *v. membrum abscidi p.* 148. *Cic. pro Mur.* 12, 26. *Gell.* 20, 10.

§ 17ª. condicere autem *etc.* = *I.* 4, 6, 15. *cf. Corp. gloss. Lat.* II, 394.

be*rent.* *con*dicere autem denuntiare est prisca lingua. 18. Itaque haec quidem actio proprie condictio uocabatur. nam actor[1] aduersario denuntiabat, ut ad iudicem capiendum die XXX. adesset; nunc uero non proprie condictionem dicimus actionem in personam *esse, qua*[2] intendimus dari[3] nobis oportere. nulla[4] enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. 19. Haec autem legis actio constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae, lege uero Calpurnia de omni certa re. 20. Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo, quod nobis dari oportet, potuerit aut sacramento aut per iudicis postulationem agi[5], ualde quaeritur.

21. Per manus iniectionem aeque *de* his rebus agebatur, de quibus ut ita ageretur, lege aliqua[6] cautum est, uelut iudicati lege XII tabularum. quae actio talis erat: qui agebat, sic dicebat: QVOD TV MIHI IVDI-

1) auctor V. 2) esse qua *add. Lachmann ex Inst.* 3) id V. 4) nullam V. 5) agere V. 6) aquilia V

§ 18. *cf. supra* 4, 5. *infra* 4, 33. *I.* 4, 6, 15. *Fest. ep. v. condictio, condicere p.* 64. 66 (*Bruns* II⁷, 5). *Donat. ad Terent. Phorm.* 1, 2, 77. *Serv. ad Aen.* 3, 117 (*Bruns* II⁷, 76). *Gell.* 10, 24, 9. 16, 4, 4 (status condictusque dies cum hoste). *Tac. Germ.* 11. *Corp. gloss. Lat* II, 394.

§ 19. Lex Calpurnia] *cf. C. I. L.* I 198 (*Bruns* I⁷, 71) *l.* 74. *Cic. Brut.* 27, 106 *de offic.* 2, 21, 75. *in Verr.* 3, 84, 195. 4, 25, 56. *Schol. Bob. ad Cic. p. Flacc. p.* 233 *Bait.* (*p.* 37 *ed. Hildebrandt*). *Tacit. ann.* 15, 20.

§ 21. *cf. Serv. ad Aen.* 10, 419 (*Bruns* II⁷, 78). *lex* XII *tab.* 1, 2 (*Bruns* I⁷, 18). *Fest. v. struere p.* 310. *Non. p.* 4 (*Bruns* II⁷, 64). *lex col. Iul. Genet. c.* 61 (*Bruns* I⁷, 123). *cf. Fr. Vat.* 6 (*Pap.* 471). *D.* 2, 4, 10, 1 (*Ulp.* 261). 18, 7, 9 (*Paul.* 1325). 40, 8, 7 (*Paul.* 979). *C.* 4, 55, 1; 2 (*a.* 200). 7, 6, 1, 4 (*a.* 531). *Senec. Controv.* 1 *praef.* § 14 (*p.* 8 *ed. Mueller*). *Macr. Sat.* 3, 7, 4. iudicati] *cf. Gell.* 20, 1, 45 *sq.* (*Iurispr.* I, 105). lege XII tab.] 3, 3 (*Bruns* I⁷, 21). uindicem] *cf. infra* 4, 25; 46 *fin. Fest. v. vindex p.* 376 (*Bruns* II⁷, 46). *Boeth. ad Cic. top.* 2, 10 *p.* 291 *Bait. Gell.* 16, 10, 5. *Liv.* 3, 44 *sq. Dionys.* 11, 28 *sq. lex. col. Iul. Genet. c.* 61 (*Bruns* I⁷, 123).

CATVS siue DAMNATVS ES SESTERTIVM X MILIA, QVANDOC[1] NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIVM X MILIVM IVDICATI MANVM[2] INICIO, et simul aliquam[3] partem corporis eius prendebat; nec licebat iudicato manum sibi depellere et pro se lege agere, sed uindicem dabat, qui pro se causam agere solebat.[4] qui uindicem non dabat, domum[5] ducebatur ab actore et uinciebatur.[6] 22. Postea quaedam leges ex
196 aliis quibusdam causis | pro iudicato manus iniectionem in quosdam dederunt, sicut lex Publilia in eum, pro[7] quo sponsor dependisset, si[8] in sex mensibus proximis, quam pro eo depensum esset, non soluisset sponsori pecuniam; item lex Furia de sponsu aduersus eum, qui a sponsore plus quam uirilem partem exegisset, et denique conplures aliae leges in multis causis talem actionem dederunt. 23. Sed aliae leges ex quibusdam causis[9] constituerunt quasdam actiones per[10] manus iniectionem, sed puram, id est non pro iudicato, uelut lex[11] *Furia* testamentaria aduersus eum, qui legatorum nomine mortisue causa plus M[12] assibus cepisset, cum ea lege non esset exceptus, ut ei plus capere liceret; item lex Marcia aduersus faeneratores, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. 24. Ex quibus legibus

---

1) quando te *Eisele.* 2) manum *Heffter.* manus V. 3) aliquae V. 4) agere solebat] ageret *postulat Krueger.* 5) dominum V. 6) uindiciebatur V. 7) per V. 8) i V *per notam.* 9) ex quibusdam causis *Savigny.* in multis causis ex quibusdam si V. 10) pro V. 11) lege V. 12) C V.

---

§ 22. *cf. lex luci Lucerini C. I. L.* IX 782 (*Bruns* I[7], 283). pro iudicato] *cf. D.* 2, 14, 7, 13 (*Ulp.* 247). lex Publilia] *cf. supra* 3, 127. lex Furia] *cf. supra* 3, 121 *sq.*

§ 23. *cf. Plaut. Pers.* 1, 2, 19—21 = 70—72. lex Furia] *cf. supra* 2, 225. lex Marcia] *a.* 352 *a. Chr.*? *cf. Liv.* 7, 21. *cf. etiam Liv.* 7, 42, 1. *Appian. Bell. civ.* 1, 54. *Tac. ann.* 6, 16.

et si quae aliae similes essent cum agebatur, manum sibi depellere et pro se lege agere *reo licebat.*[1] nam et actor in ipsa legis actione non adiciebat hoc uerbum PRO IVDICATO, sed nominata causa, ex qua agebat, ita dicebat: OB EAM REM EGO TIBI MANVM INICIO; cum hi, quibus pro iudicato actio data erat, nominata causa, ex qua agebant[2], ita inferebant[3]: OB EAM REM EGO TIBI PRO IVDICATO MANVM INICIO. nec me praeterit in forma legis Furiae testamentariae PRO IVDICATO uerbum inseri, cum[4] in ipsa lege non sit; quod uidetur | nulla ratione factum. 25. Sed postea lege 197
Vallia[5], excepto iudicato et eo, pro quo depensum est, ceteris omnibus, cum quibus per manus iniectionem agebatur, permissum est sibi manum depellere et pro se agere. itaque iudicatus et is, pro quo depensum est, etiam post hanc legem uindicem dare debebant[6] et, nisi darent, domum ducebantur. istaque[7], quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita obseruabantur; unde nostris temporibus is, cum quo iudicati depensiue agitur, iudicatum[8] solui satisdare cogitur.

26. Per pignoris capionem lege agebatur de quibusdam rebus moribus, *de quibusdam rebus*[9] lege. 27. Introducta est moribus rei militaris. nam [et]

---

1) reo licebat *suppl. Hu.* 2) agebat V. 3) inferebat V. 4) cumr V. 5) *nomen num recte traditum sit, dubitat Hu.; olim* Valeria *scripserat, Recht des Nexum p.* 141. 6) debebat V. 7) istaque *Hu.* itaque V 8) iudicati V. 9) de quibusdam rebus *suppl. Boecking.*

---

§ 25. uindicem *cf. supra* 4, 21. *lex col. Genet. Iul. c.* 61 (*Bruns* I[7], 123). iudicatum solui] *cf. infra* 4, 102.

§ 26. *cf. Gell.* 6 (7), 10. *Dionys.* 6, 29.

§ 27. *cf. Plaut. Aulul.* 3, 5, 53 = 526 *sq. Poen.* 5, 5, 6; 7 = 1285. *Varr. de l. l.* 5, 36, 181 (*Bruns* II[7], 54). *Cic. de rep.* 2, 20, 36. *Liv.* 1, 43, 9. *Gell.* 6 (7), 10. *Fest. v. aerarii tribuni p.* 2 (*Bruns* II[7], 3); *equestre aes p.* 81 (*Bruns* II[7], 8); *hordiarium aes p.* 102 (*Bruns* II[7], 10); *pararium aes p.* 221 (*Bruns* II[7], 21); *vectigal p.* 371 (*Bruns* II[7], 44) *Non. Marc. v.*

propter stipendium licebat militi ab eo, qui aes tribuebat[1], nisi daret, pignus capere; dicebatur autem ea pecunia, quae stipendii nomine dabatur, aes militare. item propter eam pecuniam licebat pignus capere, ex qua equus[2] emendus erat; quae pecunia dicebatur aes equestre. item propter eam pecuniam, ex qua[3] hordeum equis erat conparandum; quae pecunia dicebatur aes hordiarium. 28. Lege autem introducta est pignoris capio uelut lege XII tabularum aduersus eum, qui hostiam emisset nec pretium redderet; item[4] aduersus eum, qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam[5] in
198 dapem[6], id est in sacrificium, inpenderet; | item lege censoria data est pignoris capio[7] publicanis uectigalium publicorum populi Romani aduersus eos, qui aliqua lege[8] uectigalia deberent. 29. Ex omnibus autem istis causis certis uerbis pignus capiebatur, et ob id plerisque placebat hanc quoque actionem legis actionem esse; quibusdam autem placebat *legis actionem non esse*, primum quod pignoris capio[7] extra ius peragebatur, id est non apud praetorem[9], plerumque etiam absente[10] aduersario, cum alioquin ceteris actionibus

---

1) aes tribuebat *Niebuhr.* distruebat V. *cf. Fest. v.* aerarii tribuni *p.* 2. 2) qua equus *Savigny.* quae ciuis V. 3) q̄ (*i. e.* quae) V. 4) it V. 5) accepta V. 6) darem V. 7) captio V. 8) leges V. 9) p. r. (*id est* populum Romanum) V. 10) absentem V.

---

aere diruti p. 532 *Merc. Ps-Ascon. ad Cic. Verr.* 2, 1, 13, 34 *p.* 167 *Bait. Cato ap. Priscian.* 7, 38 *p.* 318 *Hertz. Dionys.* 9, 25. *Plut. Camill.* 2.

§ 28. lege XII tabularum] 12, 1 (*Bruns* I⁷, 39). in dapem] *cf. Cato de agricult.* 131. 132. *Fest. v. daps p.* 68. *Tibull.* 1, 5, 28. *Serv. ad Aen.* 3, 224. publicanis] *cf. D.* 47, 8, 2, 20 (*Ulp.* 1319). *Cic. in Verr.* 2, 3, 11, 27. *lex agr.* 19, 20 (*Bruns* I⁷, 77).

§ 29. *cf. Varro de l. l.* 6, 29 *sq.*; 53. *Ovid. Fast.* 1, 47. *Macrob. Sat.* 1, 16, 14.

non aliter uti *quis* posset quam apud praetorem praesente aduersario; praeterea quod nefasto[1] quoque die[2], id est, quo non licebat lege agere, pignus capi poterat.

30. Sed istae omnes legis actiones paulatim in odium uenerunt. namque[3] ex nimia subtilitate ueterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut uel qui minimum errasset, litem[4] perderet; itaque per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est, ut per concepta uerba, id est per formulas, litigaremus. 31. Tantum ex duabus causis permissum est [id legis actionem facere] lege agere, damni infecti et si centumuirale iudicium futurum[5] *est*; sane[6] cum ad centumuiros itur[7], ante lege agitur sacramento apud praetorem urbanum uel peregrinum[8]; damni uero infecti nemo uult lege agere, sed potius stipulatione, quae in edicto proposita est, obligat aduersarium suum, idque[9] et commodius ius et plenius est. per pignoris | *capionem*[10]——— 199 t. s.

apparet. 32. Contra[11] in ea forma, quae publicano proponitur[12], talis fictio est, ut quanta pecunia olim, si pignus captum esset, id pignus is, a quo captum erat, luere deberet, tantam pecuniam condemnetur. 200 t. s.

1) nefacto V. 2) de V. 3) namqui V. 4) litem *Goeschen.* it V. 5) furum (?) V. 6) saneq V. 7) it V. 8) peregrinum pr. V. 9) itaque V. 10) *in pagina* 199 *Gaius, postquam de pignoris capione peregit, revertitur ad actiones* quae ad legis actionem exprimuntur. *cf. supra* § 10. 11) cont V. 12) proponit V.

§ 30. *cf. supra* 1, 184. 4, 11. *Gell.* 16, 10, 8. duas Iulias] *cf. D.* 4, 8, 41 (*Call.* 60). *Fr. Vat.* 197; 198 (*Ulp.* 2111. 2112). *Gell.* 14, 2, 1. *Macrob. Sat.* 1, 10, 4.

§ 31. centumuirale iudicium] *cf. supra* 4, 16. *infra* 4, 95. *D.* 34, 3, 30 (*Paul.* 1365). 50, 17, 124 (*Paul.* 262). *C.* 3, 31, 12 *pr.* (*a.* 531). *Gell.* 16, 10, 8. *Cic. p. Caec.* 33, 97. stipulatione] *cf. D.* 39, 2, 7 *pr.* (*Ulp.* 1271).

§ 32. *cf. supra* 4, 18; 28.

33. Nulla autem formula ad condictionis fictionem exprimitur. siue enim pecuniam[1] siue rem aliquam certam debitam nobis petamus, eam ipsam dari nobis oportere intendimus nec ullam adiungimus condictionis fictionem; itaque simul intellegimus eas formulas, quibus pecuniam aut rem aliquam nobis dari[2] oportere intendimus, sua ui ac potestate ualere. eiusdem naturae sunt actiones commodati, fiduciae, negotiorum gestorum et aliae innumerabiles.

34. Habemus adhuc alterius[3] generis fictiones in quibusdam formulis, uelut cum is, qui ex edicto bonorum possessionem petiit[4], ficto se herede agit. cum enim praetorio iure is[5], non legitimo, succedat in locum defuncti, non habet[6] directas actiones et neque id, quod defuncti fuit, potest intendere suum *esse neque id, quod ei* debebatur, potest intendere *dari* sibi oportere; itaque ficto se herede intendit, uelut hoc modo: IVDEX ESTO. SI AVLVS AGERIVS, id es*t* si ipse actor, *LVCIO TITIO* HERES *ESSET, TVM SI* FVND*VM*, DE QVO AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM *EIVS* ESSE[7] *OPORTERE*T; et si ———[8] praeposita simili *fictione* heredis[9] ita subicitur: TVM SI[10] NVMERIVM NEGIDIVM AVLO *AGERIO* SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERET[11]. 35. Similiter et bonorum emptor ficto se herede agit. sed
201 interdum et alio modo agere solet. | nam ex persona

1) pecunia V. 2) dare V. 3) alterius a V. 4) petit V. 5) is *Polenaar.* es V. 6) havent V. 7) eius esse *Bluhme.* fuisse(?) V. 8) ***deueat'*** V? de debito agatur *Hu.; an* HS X debeantur, tum? 9) heredis *Krueger.* intentio *Hu.* V *legi nequit.* 10) si paret V. 11) oportere V.

§ 33. *cf. supra* 4, 18; 19.

§ 34. *cf. supra* 3, 32; 81. *infra* 4, 111. IVDEX ESTO] *cf. infra* 4, 36; 37; 47; 136. (recuperatores sunto 4, 46). *Cic. in Verr.* 2, 2, 12, 31. *lex Rubr. c.* 20 (*Bruns* I[7], 97).

§ 35. *cf. supra* 3, 80. *D.* 40, 5, 4, 21 (*Ulp.* 1395). praetor Rutilius] *cf. D.* 38, 2, 1, 1 (*Ulp.* 1149). Seruiana] *cf. D.* 31, 69, 1 (*Pap.* 282).

eius, cuius bona emerit, sumpta intentione conuertit condemnationem in suam personam, id est, ut quod illius esset uel illi dari[1] oporteret, eo nomine aduersarius huic condemnetur. quae species actionis appellatur Rutiliana, quia a praetore Publio Rutilio, qui et bonorum uenditionem introduxisse dicitur, conparata est.[2] superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor agit[3], Seruiana uocatur. 36. *Item usucapio fingitur in ea actione, quae Publiciana uocatur.*[4] datur autem haec actio ei, qui ex iusta causa traditam sibi rem nondum usu cepit eamque amissa[5] possessione petit; nam quia non potest eam ex iure Quiritium suam esse intendere, fingitur rem usu cepisse, et ita, quas*i* ex iure Quiritium dominus factus esset, intendit *uel*ut hoc modo: IVDEX ESTO. SI QVEM HOMINEM AVLVS AGERIVS EMIT *ET* IS EI TRADITVS EST, ANNO POSSEDISSET, TVM SI EVM HOMINEM, DE QVO AGITVR[6], EIVS EX IVRE QVIRITIVM[7] ESSE OPORTERET et reliqua. 37. Item ciuitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, si modo iustum sit eam actionem etiam ad peregrinum extendi. uelut si furti[8] agat peregrinus aut cum eo agatur[9], formula ita concipitur: IVDEX ESTO. SI PARET *LVCIO TITIO OPE* CONSILIO[10] DIONIS HERMAEI[11] FILII[12] FVRTVM FACTVM ESSE PATERAE AVREAE, QVAM OB REM EVM, SI CIVIS ROMANVS ESSET, PRO[13] FVRE DAMNVM DECIDERE OPORTERET et reliqua; item si peregrinus furti agat,

1) dare V. 2) esse V. 3) *gis V. 4) item—uocatur *suppl. Krueger.* 5) admissat V. 6) agit V. 7) eius ex iure Quiritium] ex iure Quiritium eius *Hu.* 8) furtum V. 9) agat in V. 10) ope consilio] consilioue V. 11) Dionis Hermaei] dihoniser. mei V. 12) filio V. 13) p (*id est* per) V.

§ 36. *cf. I.* 4, 6, 3; 4. *D.* 6, 2, 1 *pr.* (*Ulp.* 561).

§ 37. *cf. Cic. in Verr.* 2, 2, 12, 31 *fin. de nat. deor.* 3, 30, 74. — *Ascon. p.* 75 *Kiessl.* (*p.* 84 *Bait.*). *Plut. Caes.* 4.

ciuitas ei Romana fingitur. similiter si ex lege Aquilia
202 peregrinus damni | iniuriae agat aut cum eo agatur[1], ficta ciuitate Romana iudicium datur. 38. Praeterea aliquando fingimus aduersarium[2] nostrum kapite deminutum non esse. nam si ex contractu nobis obligatus obligataue sit et kapite deminutus deminutaue fuerit[3], uelut mulier per coemptionem, masculus per adrogationem, desinit iure ciuili debere nobis, nec directo intendi potest sibi dare eum eamue oportere; sed ne in potestate eius sit ius nostrum corrumpere, introducta est[4] contra eum eamue actio utilis rescissa kapitis deminutione, id est, in qua fingitur kapite deminutus deminutaue non esse.

39. Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, intentio, adiudicatio, condemnatio. 40. Demonstratio est ea pars formulae, quae principio[5] ideo inseritur, ut demonstretur[6] res, de qua agitur, uelut haec pars formulae: QVOD AVLVS AGERIVS NVMERIO NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT, item haec: QVOD AVLVS AGERIVS APVD NVMERIVM NEGIDIVM HOMINEM DEPOSVIT. 41. Intentio est ea pars formulae, qua actor desiderium suum concludit, uelut haec pars formulae: SI PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE; item haec: QVIDQVID PARET NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FA-

1) agat V. 2) adcontrarium V. 3) fuerint V. 4) estao V. 5) principio *Krueger.* praecipue V. 6) demostraretur V.

§ 38. *cf. supra* 1, 162. 3, 84. *D* 4, 5, 2, 1 (*Ulp.* 413).

§ 39. *de demonstratione et intentione cf. Schol. Bas.* 11, 1, 7 (*p.* 560. 566 *ed. Heimb.*).

§ 40. *cf. Coll.* 2, 6, 2 (*Paul.* 882).

§ 41. *cf. Cic. pro Rosc. Com.* 4, 11. *Divin.* 17, 56. *in Verr.* 2, 2, 12, 31. 3, 22, 55. 3, 28, 69. *Fest. v. parret p.* 233. *paret p.* 221 (*Bruns* II[7], 21). *Petron. Satir.* 137. *Theoph.* 4, 6, 6 (*p.* 420 *Ferr.*). *lex Rubr. c.* 20 (*Bruns* I[7], 97). QVIDQVID PARET] *cf. infra* 4, 131.

CERE *OPORTERE*; item haec: SI PARET HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM AVLI AGERII ESSE. 42. Adiudicatio est ea pars formulae, qua permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudicare, uelut si inter coheredes familiae erciscundae agatur aut inter socios communi diuidundo aut inter uicinos finium regundorum. nam illic ita est: QVANTVM[1] ADIVDICARI OPORTET, IVDEX, Titio[2] ADIVDICATO. 43. Condemnatio est ea pars formulae, qua iudici condemnandi | absoluendiue potestas 203
permittitur[3], uelut haec pars formulae: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE; item haec: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DVMTAXAT *X MILIA*[4] CONDEMNA. SI NON PARET[5], ABSOLVITO; item haec: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO[6] CONDEMNATO et reliqua, ut non adiciatur DVMTAXAT *X MILIA*.[4] 44. Non tamen istae omnes partes simul[7] inueniuntur; sed[8] quaedam inueniuntur, quaedam non inueniuntur.[9] certe intentio aliquando sola inuenitur[10], sicut in praeiudicialibus formulis, qualis est, qua quaeritur, aliquis[11] libertus sit, uel quanta dos sit, et aliae complures; demonstratio autem et adiudicatio et condemnatio numquam[12] solae inueniuntur; nihil enim omnino *demonstratio*[13] sine intentione uel condemna-

1) quantam(?) V. 2) *vix sanum.* tantum *olim proposuit, postea reiecit Krueger.* cui oportet *Hu.; an* TITIO SEIOVE? 3) promittitur V. 4) x milia *suppl. Hu.* 5) parret V. 6) x milia *ins.* V. 7) in omnibus formulis *add. Hu. propter iudicia divisoria.* 8) *add. Mommsen:* abesse potest una aliaue; item solae. 9) inueniunt V. 10) inuenit V. 11) *num* an quis? 12) nuncquam V 13) *add. Boecking.*

§ 42. *cf. Ulp.* 19, 16. *I.* 4, 6, 20. 4, 17, 4—6. *Apul. Metam.* 9, 27.

§ 43. *cf. infra* 4, 47—52; 57; 68; 73. *lex Rubr. c.* 20 (*Bruns* I[7], 97).

§ 44. *cf. supra* 3, 123. *Paul* 5, 9, 1. *Schol. Basil* 8. 2, 35 (*p.* 372 *ed. Heimb.*). aliquis libertus] *cf. I.* 4, 6, 13 *cum Theoph.* (*p.* 424 *Ferr.*).

tione ualet; item condemnatio sine intentione uel adiudicatio sine demonstratione nullas[1] uires habet *et* ob id numquam solae inueniuntur.

45. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, in ius conceptas uocamus, quales sunt, quibus intendimus nostrum esse aliquid ex iure Quiritium aut nobis dari oportere aut pro fure damnum *decidi oportere; sunt et* aliae, in[2] quibus iuris ciuilis intentio est. 46. Ceteras uero in factum conceptas uocamus, id est, in quibus nulla talis intentio[3] concepta est, *sed* initio formulae nominato eo, quod factum est, adiciuntur[4] ea uerba, per quae iudici damnandi absoluendiue potestas datur; qualis est formula, qua utitur patronus[5] contra libertum, qui eum contra edictum praetoris in
204 ius uocauit.[6] | nam in ea ita est: RECVPERATORES SVNTO. SI PARET ILLVM PATRONVM AB ILLO [PATRONO] LIBERTO CONTRA EDICTVM ILLIVS PRAETORIS IN IVS VOCATVM ESSE, RECVPERATORES, ILLVM LIBERTVM ILLI

---

1) item condemnatio sine intentione uel adiudicatio sine demonstratione nullas *nos*; item condemnatio sine demonstratione uel intentione uel adiudicatione nullas V. *in vindicationibus et condictionibus, utique certi, condemnatio sine demonstratione valet. de adiudicatione confer, quae Lenel dicit in Edicto*[2] *p.* 201 *sq. de iudiciis divisoriis.* 2) aliae in *cod. Augustod.; om.* V. sunt et *suppl. Krueger.* 3) intentionis V. 4) adiqutur V. 5) patronos V. 6) euocauit V.

---

§ 45. *cf. supra* 4, 41. pro fure damnum decidere] *cf. D.* 4, 4, 9, 2 (*Ulp.* 401). 13, 1, 7 *pr.* (*Ulp.* 2876). 47, 2, 46, 5 (*Ulp.* 2878).

§ 46. *cf. infra* 4, 60. *I.* 4, 6, 12. patronus contra libertum] *cf. infra* 4, 183; 187. *I.* 4, 16, 3. *D.* 2, 4, 4, 1 (*Ulp.* 259). 44, 7, 25, 1 (*Ulp.* 2383). x milia] *cf. D.* 2, 6, 2 (*Call.* 55). 2, 4, 12 (*Ulp.* 1366). 2, 4, 24 (*Ulp.* 264). de in ius uocando] *cf. D. tit.* 2, 5 (*si quis in ius vocatus non ierit*): 2, 6 (*in ius vocati ut eant*). 2, 7 (*ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat*). *C.* 2, 2 (*de in ius voc.*). uindicem] *cf. supra* 4, 21. *lex Rubr. c.* 21 (*Bruns* I[7], 99). innumerabiles] *cf. Cic. divin.* 17, 56. *in Verr.* 2, 3, 22, 55; 28, 69.

PATRONO SESTERTIVM X MILIA[1] CONDEMNATE. SI NON PARET, ABSOLVITE. ceterae quoque formulae, quae sub titulo DE IN IVS VOCANDO propositae sunt, in factum conceptae sunt, uelut aduersus eum, qui in ius uocatus neque uenerit[2] neque uindicem dederit; item contra eum, qui ui exemerit eum, qui in ius uocaretur; et denique innumerabiles eius modi aliae formulae in albo proponuntur. 47. Sed ex quibusdam causis praetor et in ius et in factum conceptas formulas proponit, ueluti depositi et commodati. illa enim formula, quae ita concepta est: IVDEX ESTO. QVOD AVLVS AGERIVS APVD NVMERIVM NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVIT[3], QVA DE RE AGITVR[4], QVIDQVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA, EIVS, IVDEX[5], NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO.[6] SI NON PARET, ABSOLVITO, in ius concepta est. at illa formula, quae ita concepta est: IVDEX ESTO. SI PARET AVLVM AGERIVM APVD NVMERIVM NEGIDIVM MENSAM ARGENTEAM DEPOSVISSE EAMQVE DOLO MALO NVMERII NEGIDII AVLO AGERIO REDDITAM[7] NON ESSE, QVANTI EA RES ERIT, TANTAM PECVNIAM, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO CONDEMNATO. SI NON PARET, ABSOLVITO, in factum concepta est. similes etiam commodati formulae sunt.

48. Omnium autem formularum, quae condem-

1) X milia V. V milia *Savigny. de* L milia *cogitat Lenel Edict.*[2] *p.* 69. 2) ierit *Eisele*; *sed cf. infra* § 183. 3) deposuisset V. 4) itagit V. 5) iudex *Hu.* id. iud. V. 6) condemnato n. r. V. condemnato, nisi restituat *Hu., cui assentitur Arangio-Ruiz.* 7) reddita V.

§ 47. *cf. infra* 4, 60. QVA DE RE AGITVR] *cf. Cic. pro Mur* 13, 28. EX FIDE BONA] *cf. Cic. de off.* 3, 17, 70 (*Iurispr.* I, 22). EAMQVE DOLO MALO] *cf. D.* 44, 2, 22 (*Paul.* 480).

§ 48. *cf. I.* 4, 6, 32. *D.* 42, 1, 13, 1 (*Cels.* 58). 4, 8, 21 3 (*Ulp.* 457). 42, 1, 6, 1 (*Ulp.* 1456). 38, 1, 37, 6 (*Paul.* 933). SICUT OLIM] *qua de re Gaius in folio deperdito post p.* 194 *egisse videtur. cf. supra p.* 198 *not.* 7.

nationem habent, ad pecuniariam aestimationem condemnatio[1] concepta est. itaque et si corpus aliquod
205 petamus, | uelut fundum, hominem, uestem, *aurum*,
t. s. argentum[2], iudex non ipsam rem condemnat eum, cum quo actum est, sicut olim fieri solebat, *sed* aestimata re pecuniam eum condemnat. 49. Condemnatio autem uel certae pecuniae in formula proponitur uel incertae. 50. Certae pecuniae uelut in ea formula, qua certam pecuniam petimus; nam illic ima parte formulae ita est: IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE. 51. Incertae uero condemnatio pecuniae duplicem significationem habet. est enim una cum[3] aliqua praefinitione, quae uulgo dicitur cum taxatione, uelut si incertum aliquid petamus; nam illic ima parte formulae ita est: *EIVS*, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DVMTAXAT SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA[4], SI NON PARET, ABSOLVE. uel incerta est et[5] infinita, *uelut* si rem aliquam a possidente nostram esse petamus, id est, si in rem agamus uel ad exhibendum. nam illic ita est: QVANTI *EA* RES *E*RIT, TANTAM PECVNIAM, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO[6] CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVITO. quid er*go* est? iudex, si condemnet, certam pecuniam condemnare debet, etsi certa pecunia in condemnatione posita non sit.

---

1) condemnation V. 2) aurum argentum *Hu.* argumentum V 3) quae V. 4) condemnet V. 5) est et] esset V. 6) Aulo Agerio *Goeschen.* eidem (?) V.

---

§ 49. *cf. supra* 4, 43. *Cic. in Verr.* 2, 3, 21, 53; 54.

§ 50. *cf. Cic. pro Rosc. Com.* 5, 14. *Quintil. Inst. orat.* 4, 2, 6.

§ 51. *cf. supra* 3, 224. *Coll.* 2, 6, 1 (*Paul.* 882). *D.* 12, 3, 9 (*Iav.* 60). 38, 1, 39, 1 (*Paul.* 1144). *C.* 8, 38 (39), 3 (*a.* 290). 4, 49, 4 (*a.* 290). *I.* 4, 6, 32. *Cic. p. Tull.* 3, 7. *Fest. v. taxat p.* 356 (*Bruns* II[7], 42). *Quintil. Decl.* 13. *lex Rubr. c.* 20 (*Bruns* I[7], 97).

52. Debet autem iudex attendere, *ut* cum certae pecuniae condemnatio posita sit, neque maioris neque minoris summa posita condemnet, alioquin litem suam facit; item si taxatio posita sit, ne pluris[1] condemnet quam taxatum sit; ali*as* enim similiter litem suam facit. minoris autem damnare | ei permissum est. at si etiam 206
| ——— *vv.* 1½ ——— | qui formulam acci*pit*, intendere debet, nec am*pli*us ——— certa condemnatione constringi ———— |
———— *vv.* 2 ———— | usque uelit.

53. Si quis intentione plus conplexus fuerit[2], *causa cadit*, id est rem perdit, nec a praetore in integrum[3] restituitur[4], except*is* quibusdam casibus, in qui*bus* praetor non patitur | ———— *vv.* 2 ———— |
53ᵃ. *Plus autem quattuor* | modis petitur: re[5], tempore, loco, causa. re, uel*ut si quis pro x* | milibus, quae ei debentur, XX milia petierit, *aut* si *is, cuius* | ex parte res esset, totam eam aut maiore ex parte *suam* | esse intender*it*. 53ᵇ. *Tempore, ueluti si quis ante diem uel* | ante *condicionem petierit.*[6] 53.ᶜ *Loco, ueluti si, quod certo loco* | dari promissum est, id *alio loco sine commemoratio* ne eius loci petatur, uelit si *is, qui ita stipulatus fuerit:* EPHESI | DARE SPONDES? *deinde* Romae p*ure* I*ntendat*

1) plures V. 2) fuit V. 3) integro V. 4) restituit V. 5) res V. 6) *cf. Enneccerus, Rechtsgeschäft* 354.

§ 52. *cf. Seneca de benef.* 3, 7, 5. *de clem.* 2, 7, 3. litem suam facit] *cf. I.* 4, 5 *pr. D.* 44, 7, 5, 4 = 50, 13, 6 (*Gai.* 506). 5, 1, 15, 1 (*Ulp.* 650).

§ 53. *cf. infra* 4, 56; 68; 131. *Paul.* 1, 10 = *Cons.* 5, 4. *Paul.* 2, 5, 3. *Fr. Vat.* 52; 53 (*Paul.* 991. 992). *Cons.* 5. *I.* 4, 6, 33. *D.* 11, 1, 1 *pr* (*Call* 66). 7, 3, 1, 4 (*Ulp.* 2548). 16, 2, 4 (*Paul.* 1645). *Plaut Mostell.* 3, 1, 123 = 632. *Auct. ad Her.* 1, 12, 22. *Cic. de inv.* 2, 19, 57. *de orat.* 1, 36, 166 *sq. part. orat.* 28, 99. *pro Rosc. Com.* 4. 11. *Senec. ep* 48, 10. *Quint. Inst.* 3, 6, 69. *Suet Claud.* 14. *Fest. v litis p* 116 (*Bruns* II⁷, 12).

§ 53ᵃ. *cf. I.* 4, 6, 33a. *D.* 6, 1, 8 (*Paul.* 238). *Paul.* 1, 13b, 5 = *Cons.* 5, 5. *Euseb. Homil.* XI *de pascha* (*Max. bibl. patr. Lugd.* VI [*a.* 1577] *p.* 643 C).

dari sibi oportere. | ——————— *v. 1* ———————|
DARE MIHI OPORTERE ——————— *vv. 2½* ———————|

207 petere, id est non adiecto loco. 53ᵃ. Causa plus petitur, uelut si quis in intentione tollat electionem debitoris, quam is[1] habet obligationis iure, uelut si quis ita stipulatus sit: SESTERTIVM X MILIA AVT HOMINEM STICHVM DARE SPONDES? deinde alterutrum eorum [ex his] petat; nam quamuis petat, quod minus est, plus tamen petere uidetur, quia potest aduersarius interdum facilius id praestare, quod non petitur. similiter si quis genus stipulatus sit, deinde speciem petat, uelut si quis purpuram stipulatus sit generaliter, deinde Tyriam specialiter petat; quin etiam licet uilissimam petat, idem iuris est propter[2] eam rationem, quam proxime diximus. idem iuris est, si quis generaliter hominem stipulatus sit, deinde nominatim aliquem petat, uelut Stichum, quamuis uilissimum. itaque sicut ipsa stipulatio concepta est, ita et intentio formulae concipi debet. 54. Illud satis apparet in incertis formulis plus peti non posse, quia cum certa quantitas non petatur, sed QVIDQVID *PARET* aduersarium DARE FACERE OPORTERE[3] intendatur[4], nemo potest plus intendere. idem iuris est, et si in rem incertae partis actio data sit, uelut talis[5]: QVANTAM PARTEM PARET IN EO FVNDO, QVO DE[6] AGITVR, actoris ESSE. quod genus actionis in paucissimis causis dari solet. 55. Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit,

1) quam is *Goeschen.* quamuis V. 2) papp V. 3) oporteret V. 4) intendat V. 5) tales V. 6) quo de *Goeschen.* quod V.

§ 54. *cf. Cic. pro Rosc. Com.* 4, 11. *Paul.* 3, 8, 2. *D.* 6, 1, 76, 1 (*Gai.* 156). 5, 4, 1, 5 (*Ulp.* 538). 6, 1, 5 *pr.* (*Ulp.* 549). 10, 3, 8, 1 (*Paul.* 394).

§ 55. *cf. I.* 4, 6, 35 *cum Theoph.* (*p.* 440 *Ferr.*). *D.* 6, 1, 5, 5 (*Ulp.* 550). *Frontin. de controv. agror.* II (*Gromat. latin. ed. Lachm.* 43, 26). si cognitor *cf. infra* 4, 86.

nihil eum periclitari eumque ex integro agere posse, quia nihil ante uidetur egisse, uelut si is, qui hominem Stichum | petere deberet, Erotem petierit, aut si quis 208
ex testamento dari[1] sibi oportere intenderit, cui ex stipulatu debebatur[2], aut si cognitor aut procurator intenderit sibi dari oportere. 56. Sed plus quidem intendere, sicut supra diximus, periculosum est; minus autem intendere licet. sed de reliquo intra eiusdem praeturam agere non permittitur; nam qui ita agit, per exceptionem excluditur, quae exceptio appellatur litis diuiduae. 57. At si in condemnatione[3] plus positum[4] sit, quam oportet, actoris quidem[5] periculum nullum est; sed *reus, cum* iniquam formulam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur condemnatio. si uero minus positum fuerit, quam oportet, hoc solum consequitur *actor*, quod posuit; nam tota quidem res in iudicium deducitur, constringitur autem condemnationis fine, quam iudex egredi non potest. nec ex ea parte praetor in integrum restituit; facilius enim reis praetor succurrit quam actoribus. loquimur autem exceptis minoribus XXV annorum; nam huius aetatis hominibus in omnibus rebus lapsis praetor succurrit. 58. Si in demonstratione plus aut minus positum sit, nihil in iudicium deducitur, et ideo res in integro manet; et hoc est, quod dicitur falsa demonstratione rem non perimi. 59. Sed sunt, qui putant minus recte conprehendi, ut qui forte Stichum et Erotem *em*erit,

1) dare V. 2) deberedebatur V. 3) condemnationem V. 4) positum *Hollweg.* petitum V. 5) qā V.

§ 56. supra] 4, 53. minus] *cf. C.* 3, 10, 1, 3 (*a.* 486 *vel* 487). exceptio litis diuiduae] *cf. infra* 4, 122.

§ 57. positum] *cf. infra* 4, 68. constringitur] *cf. supra* 4, 52a. *D.* 10, 3, 18 (*Iav.* 81). in integrum restituit] *cf. supra* 2, 163. 4, 53. *infra* 4, 125.

§ 58. *cf. supra* 4, 40; 55.

§ 59. *cf. D.* 19, 1, 33 (*Ulp.* 679). 13, 6, 17, 4 (*Paul.* 446). — 3, 3, 78, 1 (*Afr.* 57).

recte uideatur[1] ita demonstrare: quod ego de te hominem Erotem emi, et si uelit, de Sticho alia formula
209 iterum[2] agat, quia uerum est eum, | qui duos emerit,
t. s. singulos quoque emisse; idque ita maxime Labeoni[3] uisum est. sed si is, qui unum emerit, de duobus egerit, falsum demonstrat. idem et in aliis actionibus est, uelut commodati et depositi. 60. Sed nos apud quosdam scriptum inuenimus in actione depositi et denique in ceteris omnibus, ex quibus damnatus unusquisque ignominia notatur, eum, qui plus quam oporteret demonstrauerit, litem perdere, uelut si quis una re[4] deposita duas pluresue *se de*posuisse demonstrauerit, aut si is, cui pugno mala percussa est, in actione iniuriarum etiam aliam partem corporis[5] percussam sibi demonstrauerit; quod an debeamus credere uerius esse, diligentius requiremus. certe cum duae sint depositi formulae, alia in ius concepta, alia in factum, sicut supra quoque notauimus, et in ea quidem formula, quae in ius concepta est, initio res, de qua agitur, demonstratorio modo designetur, deinde inferatur iuris int*e*ntio[6] his uerbis: QVIDQVID OB EAM REM ILLVM ILLI DARE FACERE OPORTET, in ea[7] uero, quae in factum concep*ta est*, *stat*im initio *int*entionis alio modo res, de qua agitur, designetur his uerbis: SI PARET ILLVM APVD *ILLVM REM* ILLAM DEPOSVISSE, dubitare non debemus, quin si quis in formula, quae in factum composita est, plures res designauerit, quam deposuerit, litem perdat, quia in intentione plus po*su*-|

1) uidetur V. 2) iterum *Hu.* id V. 3) laticoni(?) V. 4) rei V. 5) corporalis V. 6) intentio *Boecking.* contentio V. 7) eam V.

§ 60. ignominia] *cf. infra* 4, 182. pugno mala percussa] *cf. Plaut. Asin.* 2, 2, 104 = 371. *Senec. de benef.* 2, 35, 2. iniuriarum] *cf. Coll.* 2, 6 (*Paul.* 882). *Suet Vitell.* 7. supra] 4, 47. designetur] *cf. D.* 6, 1, 6 (*Paul.* 152). 47, 10, 7 *pr.* (*Ulp.* 1339). *Paul.* 2, 31, 22. *Cons.* 5, 2. alio modo] *cf. Cic. ad fam.* 13, 27, 1. *de fin.* 5, 29, 88.

isse uidetur.[1] 210 t. s.

211 t. s.

61. [2] 212 t. s.

continetur, ut habita ratione eius, quod inuicem acto-

1) *sententiam Goeschen perfecit. in p.* 210 *et* 211 *fere nihil legi potuit. quid perierit, aestimari potest ex eo, quod iam in Iust. Inst. sequitur tit. de act.* (4, 6): § 36. Sunt praeterea quaedam actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur, sed modo solidum consequimur, modo minus. ut ecce, si in peculium filii seruiue agamus; nam si non minus in peculio sit, quam persequimur, in solidum pater dominusue condemnatur; si uero minus inuenitur, hactenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit; quemadmodum autem peculium intellegi debeat, suo ordine proponemus (*cf. infra* § 72[a] *sq.*). § 37. Item si de dote iudicio mulier agat, placet hactenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates eius patiuntur. itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur; si minus, in tantum, quantum facere potest. propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur; nam ob impensas in res dotales factas marito retentio concessa est, quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere liceat. § 38. Sed et si quis cum parente suo patronoue agat, item si socius cum socio iudicio societatis agat, non plus actor consequitur, quam aduersarius eius facere potest; idem est, si quis ex donatione sua conueniatur. § 39. Compensationes quoque oppositae plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debebatur; namque ex aequo et bono habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum, cum quo actum est, condemnat, sicut iam dictum est. § 40, *quae pertinet ad bonorum cessionem, Iustinianus loco deductionis* (§§ 65—68), *quae item decoctorum condicionem spectat, posuisse et aliunde sumpsisse credendus est.* 2) *ad initium huius paragraphi cf. Inst.* 4, 6, 30: In bonae fidei autem iudiciis libera potestas permitti uidetur iudici ex bono et aequo aestimandi, quantum actori restitui debeat. in quo et illud continetur, ut si quid inuicem actorem praestare oporteat, eo compensato in reliquum is, cum quo actum est, condemnari debeat.

§ 61. = *I.* 4, 6, 39; *cf. etiam* 4, 6, 30. *cf. Paul.* 2, 5, 3.

rem ex eadem causa praestare oporteret, in reliquum eum, cum quo actum est, condemnare. 62. Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex empto uendito, locato conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, rei uxoriae.[1] 63. Liberum est tamen iudici nullam omnino inuicem conpensationis rationem habere; nec enim aperte formulae uerbis praecipitur, sed quia id bonae fidei iudicio conueniens uidetur, ideo officio eius contineri creditur. 64. Alia causa est illius actionis, qua argentarius experitur. nam is cogitur cum conpensatione agere, et ea conpensatio uerbis formulae exprimitur, adeo quidem, ut statim[2] ab initio conpensatione facta minus intendat sibi dari[3] oportere. ecce enim si sestertium[4] X milia debeat Titio, atque ei XX debeantur, sic intendit: SI PARET TITIVM SIBI X MILIA DARE OPORTERE AMPLIVS

1) rei uxoriae *lectio incerta.* commodati *Biondi. verba inde a* mandati *usque ad* rei uxoriae *in* V *per errorem bis scripta sunt.* 2) statim *Hu.* itaque V, *vix recte lectum. cf. V. I. R. s. v.* ab *p.* 57, 6. 3) dare V. 4) s̄. e. V.

§ 62. *cf. I.* 4, 6, 28. *D.* 17, 2, 38 *pr.* (*Paul.* 1734). *Cic. top.* 17, 66. *de off.* 3, 17, 70 (*Iurispr.* I, 22). *de nat. deor.* 3, 30, 74. *ad Attic.* 6, 1, 15. *lex Rubr. c.* 20 (*Bruns* I⁷, 97). ex empto uendito] *cf. D.* 19, 1, 11, 1 (*Ulp.* 930). 21, 1, 31, 20 (*Ulp.* 1782). *Cic. de off.* 3, 16, 66. *Val. Max.* 8, 2, 1. locato conducto] *cf. C.* 4, 65, 17 (*a.* 290). negotiorum gestorum] *cf. D.* 44, 7, 5 (*Gai.* 506). 3, 5, 6 (*Paul.* 187). *C.* 2, 4, 3 (*a.* 223). 2, 18 (19), 18 (*a.* 293). mandati] *cf. D.* 44, 7, 5 (*Gai.* 506). 17, 1, 10, 3 (*Ulp.* 909). 17, 1, 59, 1 (*Paul.* 1480). depositi] *cf. supra* 4, 47. *D.* 16, 3, 31 (*Tryph.* 31). 16, 3, 1, 23 (*Ulp.* 895). fiduciae] *cf. Cic. de off.* 3, 15, 61. *ad fam.* 7, 12, 2. pro socio] *cf. D.* 17, 2, 52, 1 (*Ulp.* 922). 17, 2, 3, 3 (*Paul.* 493). rei uxoriae] *cf. Cic. de off.* 3, 15, 61. *Prob. Einsidl.* 9 (*Iurispr.* I, 89).

§ 63. *cf. D.* 13, 6, 18, 4 (*Gai.* 208). 16, 2, 7, 1 (*Ulp.* 813). 3, 5, 7, 2 (*Ulp.* 353). 27, 4, 1, 4 (*Ulp.* 1034).

§ 64. *cf. D. tituli* 16, 2 *leges has:* 2 (*Iul.* 840). 4 (*Paul.* 1645). 5 (*Gai.* 213). 8 (*Gai.* 214). 15 (*Iav.* 82). 18 (*Pap.* 454). 21 (*Paul.* 1273).

QVAM IPSE TITIO DEBET. 65. Item bonorum emptor[1] cum deductione agere iubetur, *id est ut* in hoc solum aduersarius eius condemnetur, quod superest deducto eo, quod inuicem ei bonorum emptor defraudatoris nomine[2] debet. 66. Inter conpensationem autem, quae argentario opponitur, et deductionem, quae obicitur bonorum emptori, illa[3] differentia est, quod in conpensationem[4] hoc solum uocatur, quod eiusdem generis et naturae est; ueluti pecunia cum pecunia conpensatur[5], triticum cum tritico, uinum cum uino, adeo | ut quibusdam placeat[6] non omni modo uinum cum 213
uino aut triticum cum tritico conpensandum, sed ita si eiusdem naturae qualitatisque sit. in deductionem autem uocatur et quod non est eiusdem generis; itaque si[7] pecuniam petat bonorum emptor et inuicem frumentum aut uinum is debeat, deducto[8] quanti id erit, in reliquum experitur. 67. Item uocatur in deductionem[9] et id, quod in diem debetur; conpensatur autem hoc solum, quod praesenti die debetur. 68. Praeterea conpensationis[10] quidem ratio in intentione ponitur; quo fit, ut si facta conpensatione plus nummo uno intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat. deductio uero ad condemnationem ponitur, quo loco plus petenti[11] periculum non interuenit, utique bonorum emptore agente, qui licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnationem concipit.

1) bonorum emptor] debe(?) V. 2) nomini V. 3) illae(?)V. 4) conpensatione V. 5) conpensetur V. 6) placet V 7) si uero V. *aliquid excidisse putat Krueger.* 8) deductoiore (?) V. 9) deductione V. 10) conpensitationis V. 11) petendi *Beseler.*

§ 65. *cf. supra* 3, 78 *sq.*; 81. *Paul.* 2, 5, 3. *D. tit.* 16, 2 *leges has:* 10, 1—3 (*Ulp.* 1426). 12 (*Ulp.* 1441). 14 (*Iav.* 68). *D.* 17, 2, 28 (*Paul.* 723).

§ 66. *cf. Paul.* 2, 5, 3. *D.* 46, 8, 15 (*Paul.* 1206). *C.* 4, 34, 11 (*a.* 529).

§ 67. *cf. D.* 16, 2, 7 *pr.* (*Ulp.* 813).

69. Quia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorum familias seruorumque agitur[1], opus est, ut de hac actione et de ceteris, quae eorundem nomine in parentes dominosue dari solent, diligentius admoneamus. 70. In primis itaque si iussu patris dominiue negotium gestum erit, in solidum praetor actionem in patrem dominumue conparauit, et recte, quia qui ita negotium gerit, magis patris dominiue quam filii seruiue fidem sequitur.
214 71. Eadem ratione | comparauit duas alias actiones, exercitoriam et institoriam.[2] tunc autem exercitoria locum habet, cum pater dominusue filium seruumue magistrum naui[3] praeposuerit et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus fuit[4], [negotium] gestum erit. cum enim ea quoque res ex uoluntate patris dominiue contrahi uideatur, aequissimum esse uisum est in solidum *in eum* actio*nem* dari; quin etiam licet extraneum quis[5] magistrum naui[3] praeposuerit, siue seruum siue liberum, tamen ea praetoria actio in eum redditur. ideo autem exercitoria actio appellatur, quia exercitor uocatur is, ad quem cottidianus nauis quaestus peruenit. institoria[6] uero formula tum locum habet, cum quis tabernae aut cuilibet negotiationi filium seruumue aut quemlibet extraneum, siue seruum siue liberum, praeposuerit et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus est, contractum fuerit. ideo autem institoria[6] uocatur[7], quia qui tabernae praeponitur, institor[8] appel-

---

1) agitur *Inst.* agatur V. 2) institutoriam V. 3) nauis V. 4) fuit] post fuit(?) V. 5) quis qua s V. *num* quis quasi? 6) institutoria V. 7) uocat V. 8) institutor V.

---

§ 69. = *I.* 4, 7 *pr.* superius] *cf. ad* § 60 *notata.*

§ 70. = *I.* 4, 7, 1. *cf. D. tit.* 15, 4. *C. Th. tit.* 2, 31. *C. I. tit.* 4, 26. *D.* 4, 4, 3, 4 (*Ulp.* 398).

§ 71. *cf. I.* 4, 7, 2. *Paul.* 2, 6; 8. *D. tit.* 14, 1. 14, 3. *C. tit.* 4, 25. *D.* 14, 6, 7, 11 (*Ulp.* 878).

latur.[1] quae et ipsa formula in solidum est. 72. Praeterea tributoria quoque actio in patrem dominumue constituta est, cum filius seruusue[2] in peculiari[3] merce sciente patre dominoue negotietur; nam si quid eius rei gratia cum eo contractum fuerit, ita praetor ius dicit, ut quidquid in *his* mercibus | [4]*erit, quodque inde* 215 t. s.
receptum erit, id inter (patrem) dominum(ue), si quid ei debebitur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur; et quia ipsi (patri) domino(ue) distributionem permittit, si quis ex creditoribus quaeratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem adcommodat, quae tributoria appellatur. 72ª. *Praeterea introducta est actio de peculio deque eo, quod in rem (patris) domini(ue) uersum erit, ut quamuis sine uoluntate (patris) domini(ue) negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius uersum fuerit, id totum praestare debeat, siue quid non sit in rem eius uersum, id eatenus praestare debeat, quatenus peculium patitur. in rem autem domini uersum intellegitur, quidquid necessario in rem eius inpenderit seruus, ueluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit aut aedificia ruentia fulserit aut familiae frumentum emerit uel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. itaque si ex decem ut puta sestertiis, quae*[5] *seruus tuus a Titio mutua*[6] *accepit, creditori tuo quinque sestertia*[7] *soluerit,*

1) appellat V. 2) constituta est, cum filius seruusue *bis scripta in* V. 3) peculiari quioptio(?) V. peculiari cuiusuis pretii *Hu.* 4) *quae sequuntur, cum in* V *p.* 215 *paene nihil legi potuerit, ab edd. paucis necessario additis vel mutatis ex Inst. suppleta sunt, satis tuto, quamquam brevius quaedam Gaium expressisse spatii ratio docet.* 5) sestertiis quae] aureis, quos *Inst.* 6) mutuos *Inst.* 7) aureos *Inst.*

§ 72. = *I.* 4, 7, 3. *cf. infra* 4, 74. *D. tit.* 14, 4. 14, 3, 11, 7 (*Ulp.* 828). in peculiari merce sciente patre dominoue negotietur] *cf. D.* 15, 1, 27 *pr.* (*Gai.* 223).

§ 72ª. = *I.* 4, 7, 4. *cf. Paul.* 2, 9. *D. tit.* 15, 1. 15, 2. 15, 3. *C. tit.* 4, 26.

reliqua[1] *uero quinque quolibet modo consumpserit, pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris uero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. ex quo scilicet apparet, si tota*[2] *decem sestertia*[3] *in rem tuam uersa*[4] *fuerint, tota decem sestertia*[5] *Titium consequi posse; licet enim una est formula*[6]*, qua de peculio deque eo, quod in rem (patris) domini(ue) uersum sit, agitur, tamen duas habet condemnationes. itaque iudex, apud quem ea formula*[7] *agitur, ante dispicere solet, an in rem (patris) domini(ue) uersum sit, nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem (patris) domini(ue) uersum intellegatur aut non totum.* 73. *Cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante*
216 *de*|ducitur, quod patri dominoue quique in eius pote-
t. s. state sit, a filio seruoue debetur[8], et quod superest, hoc solum peculium esse intellegitur. aliquando tamen id, quod ei debet filius seruusue, qui in potestate patris dominiue sit, non deducitur ex peculio, uelut si is, cui debet, in huius ipsius peculio sit. 74. Ceterum dubium non est, quin et is, qui iussu patris dominiue contraxit, cuique exercitoria uel institoria[9] formula competit, de peculio aut de in rem uerso agere possit; sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, uel[10] in difficultatem[11] se deducat probandi[12] habere peculium eum, cum quo contraxerit, exque eo peculio posse sibi satis fieri uel id, quod persequitur, in rem patris dominiue uersum esse. 74ª. Is quoque, cui tributoria actio con-

1) reliquos *Inst.* 2) toti *Inst.* 3) aurei *Inst.* 4) uersi *Inst.* 5) tota decem sestertia] totos decem aureos *Inst.* 6) actio *Inst.* 7) actione *Inst.* 8) debet V. 9) institutoria V. 10) uel *aptius collocaretur post* probandi. 11) difficultate V. 12) probando V.

§ 74. *cf. I.* 4, 7, 5. *supra* 4, 73. *D.* 14, 4, 9, 1 (*Ulp.* 847). 14, 5, 4, 5 (*Ulp.* 871).

§ 74ª. *cf. D.* 14, 4, 11 (*Gai.* 219). supra] § 72a *i. f.*

petit, de peculio uel de in rem uerso agere potest. sed huic sane plerumque expedit hac potius actione uti quam tributoria. nam in tributoria eius solius peculii ratio habetur, quod in his mercibus est, in quibus negotiatur filius seruusue quodque inde receptum erit, at in actione peculii[1], totius. et potest quisque tertia forte aut quarta uel etiam[2] minore parte peculii negotiari, maximam uero partem peculii in aliis[3] rebus habere; longe magis, si potest adprobari id, quod *dederit qui* contraxit[4], in rem patris dominiue uersum esse, ad hanc actionem transire debet; nam, ut supra diximus, | eadem formula et de peculio et de in rem 217
uerso agitur.

75. Ex maleficio[5] filiorum familias seruorumque, ueluti si furtum fecerint aut iniuriam commiserint, noxales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominoue aut litis aestimationem sufferre aut noxae dedere. erat enim iniquum nequitiam eorum ultra ipsorum corpora parentibus dominisue damnosam esse. 76. Constitutae sunt autem noxales actiones aut legibus aut edicto praetoris: legibus, uelut furti lege XII tabularum, damni iniuriae lege[6] Aquilia; edicto praetoris,

1) de peculio peculii *Krueger coll. Dig.* 14, 4, 11. 2) et V. 3) alii V. 4) id — contraxit *del. Beseler.* 5) maleficiis *Inst. et infra* § 112; *sed* maleficio *est Gaianum: Dig.* 44, 7, 4. 5. *infra* § 80. 6) uelut lege V.

§ 75. = *I.* 4, 8 *pr.*; 2 *fin. cf. supra* 1, 140. *Paul.* 2, 31, 7. *D.* 9, 4, 1 (*Gai.* 72). 9, 4, 21 *pr.* (*Ulp.* 680). *C.* 3, 41, 2 (*a.* 239). *Fest. v. noxia p.* 174 (*Bruns* II[7], 17). *Quint. Decl.* 4, 5. erat enim iniquum] *cf. D.* 47, 2, 62 (61), 5 (*Afr.* 110). 9, 4, 2 *pr.* (*Ulp.* 619). 39, 2, 7, 1 (*Ulp.* 1272). 2, 10, 2 (*Paul.* 155).

§ 76. = *I.* 4, 8, 4. lege XII tab.] 12, 2 (*Bruns* I[7], 39). *cf. D.* 50, 16, 238, 3 (*Gai.* 445). 9, 4, 2, 1 (*Ulp.* 619). damni iniuriae] *cf. D.* 9, 2, 27, 11 = *Coll.* 12, 7, 9 (*Ulp.* 623). *D.* 9, 4, 19 *pr.* (*Paul.* 370; *cf.* 368; 369; 371—373). iniuriarum] *cf. D.* 47, 10, 17, 3 *sq.* (*Ulp.* 1360). ui bonorum raptorum] *cf. D.* 47, 8, 2 *pr.* (*Ulp.* 1310; *cf.* 1317).

uelut iniuriarum et ui bonorum raptorum. **77.** Omnes autem noxales actiones caput[1] sequuntur. nam si filius tuus seruusue noxam commiserit, quamdiu in tua potestate est, tecum est actio; si in alterius potestatem peruenerit, cum illo incipit actio esse; si sui iuris coeperit esse, directa actio cum ipso est, et noxae deditio extinguitur. ex diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit. nam si pater familias noxam commiserit et is[2] se in adrogationem[3] tibi dederit aut seruus tuus esse coeperit, *quod* quibusdam casibus accidere primo commentario tradidimus, incipit tecum noxalis actio esse, quae ante directa fuit. **78.** Sed si filius patri aut seruus domino noxam commiserit, nulla actio nascitur. nulla enim omnino inter me et eum, qui in potestate mea est, obligatio nasci potest; ideoque et
218 si in alienam | potestatem peruenerit aut sui iuris esse coeperit, neque cum ipso neque cum eo, cuius nunc in potestate est, agi potest. unde quaeritur, si alienus seruus filiusue noxam commiserit mihi et is postea in mea esse coeperit potestate, utrum intercidat actio an quiescat. nostri praeceptores intercidere putant, quia in eum casum deducta sit, in quo ab initio[4] consistere non potuerit, ideoque licet exierit de mea po-

---

1) capita V. 2) his V. 3) adrogatione V. 4) ab initio] actio(?) V. *cf. Dig.* 5, 1, 11. 13, 6, 1, 2. 30, 41, 2. 47, 2, 17, 1.

---

§ 77. = *I.* 4, 8, 5. *cf. Paul.* 2, 31, 8; 9. *D.* 9, 4, 43 (*Pomp.* 191). 13, 6, 21, 1 (*Afr.* 107). 47, 2, 62 (61) *pr.* (*Afr.* 110). 9, 4, 20 (*Gai.* 186). 9, 1, 1, 12 (*Ulp.* 608). 9, 4, 2, 1 (*Ulp.* 619). 16, 3, 1, 18 (*Ulp.* 893). 47, 1, 1, 2 *et* 47, 2, 41, 2 (*Ulp.* 2868). 47, 10, 17, 7 (*Ulp.* 1360). 2, 9, 2 *pr.* (*Paul.* 153). 4, 5, 7, 1 (*Paul* 222). 47, 2, 18 (*Paul.* 1792). *C.* 3, 41, 1 (*a.* 223). 4, 14, 4 (*a.* 238). *Nov. Maiorian.* 7, 11. primo commentario] § 160.

§ 78. *cf. I.* 4, 8, 6. *D.* 47, 2, 65 (64) (*Ner.* 7). 9, 4, 37 (*Tryph.* 54). 47, 2, 17 (*Ulp.* 2735). 47, 2, 16 (*Paul.* 1773). 47, 2, 18 (*Paul.* 1792). *C.* 4, 14, 6 (*a.* 293).

testate, agere me non posse. diuersae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere actionem putant, quia[1] ipse mecum agere non possum, cum uero exierit de mea potestate, tunc eam resuscitari. 79. Cum autem filius familias ex noxali causa mancipio datur, diuersae scholae auctores putant ter eum mancipio dari debere, quia lege XII tabularum cautum sit, *ne aliter filius de potestate patris*[2] exeat, quam si ter fuerit mancipatus; Sabinus et Cassius ceterique nostrae[3] scholae auctores sufficere unam mancipationem crediderunt et illas[4] tres legis XII tabularum ad uoluntarias mancipationes pertinere.

80. Haec ita de his personis, quae in potestate *sunt*, siue ex contractu siue ex *ma*leficio earum *controuersia*[5] *sit*.[6] quod uero ad *eas* personas, quae in manu mancipioue sunt, ita ius dicitur, ut cum ex *contr*actu earum ag*a*tur[7], nisi ab eo, cuius iuri subiectae sint, in solidum defendantur, bona, quae earum *f*utura forent, si *eius* iuri[8] subiectae non essent, ueneant. sed cum rescissa *capitis deminutione cum iis*[9] imperio continenti iud*icio* | agi*tur*[10], 219 t. s.

1) quae V. 2) ne—patris *suppl. Goeschen.* 3) nostris V. 4) illam(?) V. 5) inomisia(?) V *ex lect. Bluhm.* 6) esset V. 7) ageretur V. 8) iure V. 9) (rescis)a capitis—iis *suppl. Hu.* 10) *initium paginae Hu. sic supplevit:* si aduersus eam actionem non defendantur, etiam cum ipsa muliere, dum in manu est, agi potest, quia tum tutoris auctoritas necessaria non est. "*haec fortasse (nam in p.* 219 *nihil paene praeter paucula quaedam et incerta legi potuit) ea statim exceperunt, quae habet Inst.* 4, 8 *pr., sed tantum haecce:* 'Animalium nomine, quae ratione carent, si qua lasciuia aut feruore aut feritate pauperiem fecerint, noxalis

§ 79. *cf. supra* 1, 140*sq.*; 132; 135. *D.* 43, 29, 3, 4 (*Ulp.* 1616).

§ 80. *cf. supra* 3, 84. 4, 38.

220 t. s. ——————— 81. *Quid*[1] | ergo *est?*[1] etiamsi **, de qua re modo diximus, quoque non permissum fuerit ei mortuos homines dedere, tamen et si quis eum dederit, qui fato suo uita excesserit, aeque liberatur.[2]

82. Nunc admonendi sumus age*re* nos aut nostro nomine aut alieno, ueluti cognitorio, procuratorio, tutorio, curatorio, cum olim, quo tempore legis actiones in usu fuissent, alieno nomine agere non liceret, praeterquam[3] ex ce*r*tis[4] causis. 83. Cognitor autem certis

---

actio lege XII tabularum prodita est. quae animalia si noxae dedantur, proficiunt reo ad liberationem, quia ita lex XII tab. scripta est.' *non etiam cetera, quae ibi sequuntur, quae aliunde assuta esse constat. Gaius contra post haec dixisse videtur illud omnium noxalium actionum commune esse, quod si servus vel animal ante litis contestationem mortuum sit, noxalis actio extinguatur* (*Dig.* 9, 1, 1, 13. 9, 4, 39, 4. 9, 4, 26, 4). *aliud iuris esse, si post litis contestationem rei culpa moriatur* (*Dig.* 9, 4, 16. 9, 2, 37, 1), *quo casu ne mortuum quidem hominem noxae dare ei licere. plane si is ab alio occidatur, aequum visum esse, ut iudex, si reus actione, quam adversus illum ipse apiscitur, actori cedere paratus sit, eum absolvat* (*Dig.* 9, 1, 1, 16). *reliqua paginae pars fortasse controversiam tractabat nobis incognitam, si animal noxium sine cuiusquam culpa post litem contestatam periisset, utrum reus simpliciter an (quod verius sit) tum, si quod inde superesset, noxae daret, liberaretur; eoque spectat* § 81, *ad quam cf. Liv.* 8, 39, 15. *Zonar.* 7, 26, 10." *Hu. — revera Gaium egisse de pauperie et de noxali actione servi filiique nomine proposita et de servorum filiorumque etiam mortuorum noxae deditione confirmatur codice Augustodunensi* § 81 *sq.*
1) *suppl. Hu.* 2) liberat V. 3) propequam V.
4) ex certis *Mommsen.* exceptis V.

---

§§ 82—102. *cf. Paul.* 1, 2; 3. *Fr. Vat.* 317—341.

§ 82. = *I.* 4, 10 *pr.* cum olim *etc.*] *cf. D.* 50, 17, 123 *pr.* (*Ulp.* 488). *C.* 7, 1, 3 (*Diocl. et Maximian.*). certis causis] *cf. Cato ap. Fest. ep. v. vindiciae p.* 376 (*Bruns* II[7], 46). *supra* 4, 14. *Fr. Vat.* 324 (*Ulp.* 328). *Liv.* 3, 45, 2. *Donat. ad Terent. Adelph.* 2, 1, 40.

§ 83. *cf. Fr. Vat.* §§ 318 *sq.* (*Ulp.* 302. 307). 329 (*Pap.* 409). *Interpr. ad Cod. Th.* 2, 12, 7. *Fest. ep. v. cognitor p.* 57 (*Bruns* II[7], 5). *Cic. pro Rosc. Com.* 18, 53. *Hor. sat.* 2, 5, 38. *Ovid. Amor.* 1, 12, 24. *Liv.* 39, 5, 2. *Ps. Ascon. ad Cic. divin.* 4, 11

uerbis in litem coram aduersario substituitur. nam actor ita[1] cognitorem dat: QVOD EGO A TE[2] uerbi gratia FVNDVM PETO, IN EAM REM LVCIVM TITIVM TIBI COGNITOREM DO; aduersarius ita: QVIA TV A ME FVNDVM PETIS, IN EAM *REM* TIBI PVBLIVM MEVIVM COGNITOREM DO. potest, ut actor ita dicat: QVOD EGO TECVM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO; aduersarius ita: QVIA TV MECVM AGERE VIS, IN EAM REM COGNITOREM DO; nec interest, praesens an absens cognitor detur. sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si cognouerit et susceperit officium cognitoris. 84. Procurator uero nullis certis uerbis in litem substituitur, sed ex solo mandato et absente et ignorante aduersario constituitur; quin etiam sunt, qui putant eum quoque procuratorem uideri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat ad negotium et caueat ratam rem dominum habiturum; quamquam et ille, cui mandatum *est*, plerumque satisdare debet, | quia saepe mandatum initio litis in obscuro est et 221
postea apud iudicem ostenditur.[3] 85. Tutores autem et curatores quemadmodum constituantur, primo commentario rettulimus. 86. Qui autem alieno nomine

1) ita *Goeschen.* ii V. 2) quod ego a te *Goeschen.* qegeatē V. 3) quia—ostenditur *glossema esse putat Eisele, Cognitur p.* 143 *sq*

p. 104 *Bait.* (*Bruns* II[7], 70). *Schol. Ambros. in Cic. Cat. p.* 370. *Gloss. lat.-graec.* 102, 49 *Goetz*: cognitor ἔκδικος. *Isid. diff.* 1, 123. agere uolo] *cf. D.* 46, 8, 15 (*Paul.* 1206).

§ 84. *cf. I.* 4, 10, 1. *Paul.* 1, 3. *Fr. Vat.* 112 (*Paul.* 1519). 333 (*Pap.* 733). *Cons.* 3. *D.* 3, 3, 1 *pr.* (*Ulp.* 320). 46, 7, 3, 2 (*Ulp.* 1704). *C. Th.* 2, 12, 3 (*a.* 382). *C. I.* 2, 56 (57), 1 (*a.* 294). *Cic. pro Caec.* 20, 57. *Brut.* 4, 17 *sq. top.* 10, 42. *Senec. de benef.* 4, 12, 3. *Ps.-Ascon. ad Cic. divin.* 4, 11 (*Bruns* II[7], 70). *Isid. orig.* 9, 3, 8. 9, 4, 35.

§ 85. = *I.* 4, 10, 2. *cf. supra* 1, 144 *sq.*

§ 86. *cf. supra* 4, 55. *C.* 2, 12 (13), 9 (*Imp. Alex.?*). *Theoph.* 4, 10, 2 (*p.* 458 *Ferr.*). *Cic. pro Rosc. Com.* 18, 53 *sq.*

agit, intentionem quidem ex persona domini sumit, condemnationem autem in suam personam conuertit. nam si uerbi gratia L. Titius pro P.[1] Meuio agat, ita formula concipitur: SI PARET NVMERIVM NEGIDIVM PVBLIO MEVIO SESTERTIVM X MILIA DARE OPORTERE, IVDEX, NVMERIVM NEGIDIVM LVCIO TITIO SESTERTIVM X MILIA CONDEMNA. SI NON PARET, ABSOLVE; in rem quoque si agat, intendit: PVBLII MEVII[2] REM ESSE EX IVRE QVIRITIVM, et condemnationem in suam personam conuertit. 87. Ab aduersarii quoque parte si interueniat aliquis, cum quo actio constituitur, intenditur dominum DARE OPORTERE, condemnatio autem in eius personam[3] conuertitur, qui iudicium acceperit; sed cum in rem agitur, nihil in *in*tentione facit eius persona, cum quo agitur, siue suo nomine siue alieno aliquis iudicio interueniat; tantum enim intenditur rem[4] actoris esse.

88. Videamus nunc, quibus ex causis is, cum quo agitur, uel hic, qui a*git*, *cogatur*[5] satisdare. 89. Igitur si uerbi gratia in rem tecum agam[6], satis mihi dare[7] debes; aequum enim uisum est *te*[8] *i*deo[9], quod interea tibi rem, quae an ad te pertineat dubium est[10], possidere conceditur, cum satisdatione mihi[11] cauere, ut si uictus sis nec rem[12] ipsam restituas nec litis aestimationem sufferas, sit mihi potestas aut tecum agendi
222 aut cum sponsoribus | tuis. 90. Multoque magis debes satisdare mihi, si alieno nomine iudicium accipias.

---

1) pro P.] pl. V. 2) PVBLII MEVII] pl utei V. 3) persona V. 4) res V. 5) agit cogatur *Lachmann.* agat V. 6) agat V. 7) dari V. 8) *add. Goeschen.* 9) ideo *Hu.* de eo V. 10) est *Goeschen.* eius V. 11) satisdatione mihi *Goeschen.* satisdationem V. 12) nec rem *Inst.* rem nec V.

---

§ 87. *cf. Fr. Vat.* 340, 1 *ab Hu. restitutum.*
§ 89. *cf. I.* 4, 11 *pr. Paul.* 1, 11, 1.
§ 90. *cf. I.* 4, 11 *pr. Fr. Vat.* 317 (*inc. fr.* 22). *D.* 3, 3, 53 (*Ulp.* 1392).

91. Ceterum cum in rem actio duplex sit, aut enim per formulam petitoriam agitur[1] aut per sponsionem, si quidem per formulam petitoriam agitur, illa stipulatio locum habet, quae appellatur IVDICATVM SOLVI, si uero per sponsionem, illa, quae appellatur PRO PRAEDE LITIS ET VINDICIARVM. **92.** Petitoria autem formula haec est, qua actor intendit rem suam esse. **93.** Per sponsionem uero hoc modo agimus: prouocamus aduersarium tali sponsione: SI HOMO, QVO DE AGITVR, EX IVRE QVIRITIVM MEVS EST, SESTERTIOS XXV NVMMOS[2] DARE SPONDES? deinde formulam edimus, qua[3] intendimus sponsionis summam nobis dari[4] oportere; qua formula ita demum uincimus, si probauerimus rem nostram[5] esse. **94.** Non tamen haec summa sponsionis exigitur. non enim poenalis est, sed praeiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur; unde etiam is, cum quo agitur[1], non restipulatur.[6] ideo autem appellata est PRO PRAEDE LITIS VINDICIARVM stipulatio, quia in locum praedium successit, quia[7] olim, cum lege agebatur, pro lite et *uin*diciis, id est pro re et fructibus, a possessore[8] petitori dabantur praedes. **95.** Ceterum si

1) agit V. 2) XXV NVMMOS] XX·unū·mor' V. 3) quia V. 4) dare V. 5) nostra V 6) restipulat V. 7) qui V. 8) possessoris V.

§§ 91—93. *cf. supra* 4, 1; 16. *Fr. Vat.* 336 = *Cons.* 3 = *Paul.* 1, 3, 4. *Prob.* 5, 22; 23 (*Iurispr.* I, 88). *Cic. Verr.* 1, 45, 115; 116. 2, 12, 31. formulam petitoriam] *cf. I.* 4, 15, 4. *D.* 6, 1, 36 *pr.* (*Gai.* 153). IVDICATVM SOLVI] *cf. I.* 4, 11 *pr. D.* 4, 3, 39 (*Gai.* 364). 46, 7, 6 (*Ulp.* 1707). 46, 7, 9 (*Ulp.* 479). *C.* 2, 56 (57), 1, 3 (*a.* 294). PRO PRAEDE L. E. V.] *cf. Paul.* 5, 9, 2. *D.* 46, 1, 33 (*Ulp.* 1706). 5, 3, 5 *pr.* (*Ulp.* 478). 46, 7, 11 (*Paul.* 809). 46, 5, 2, 2 (*Paul.* 803).

§ 94. *cf. supra* 4, 13; *infra* 4, 165. *Cic. p. Quinct.* 8, 30.

§ 95. centumuiros] *cf. supra* 4, 31. per legis actionem] *cf. Cic. Verr.* 2, 1, 45, 115. *de orat.* 1, 38, 175. *Valer. Prob.* 5, 15 (*Iurispr.* I, 88).

apud centumuiros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem sacramento * * * reo[1] prouocato; eaque sponsio sestertiorum CXXV
223 nummum fieri solet[2] | propter legem Crepereiam.[3] 96. Ipse autem, qui in rem agit, si suo nomine agat, satis non dat. 97. Ac nec si per cognitorem quidem agatur[4], *ulla*[5] satisdatio uel ab ipso uel a domino desideratur. cum enim certis et quasi sollemnibus uerbis in locum domini substituatur cognitor, merito domini loco habetur. 98. Procurator uero si agat, satisdare iubetur[6] ratam rem dominum habiturum. periculum enim est, ne iterum dominus de eadem re experiatur; quod periculum *non* interuenit, si per cognitorem actum fu*e*rit, quia de qua re quisque per cognitorem[7] egerit, de ea non magis amplius actionem habet, quam si ipse egerit. 99. Tutores et curatores eo modo, quo et procuratores, satisdare debere uerba edicti faciunt; sed aliquando illis satisdatio remittitur. 100. Haec ita, si in rem agatur; si uero in personam, ab actoris quidem parte, quando satisdari debeat, quaerentes eadem repetemus, quae diximus in actione, qua in rem agitur. 101. Ab eius uero parte, cum quo

---

1) possessore *Unterholzner*. 2) fieri solet *lectio incerta*. 3) Creperiam(?) V. 4) agat V. 5) nulla(?) V. 6) iubet V. 7) *verba* actum—cognitorem *bis scripta in* V.

---

§ 96. = *I.* 4, 11 *pr.*

§ 97. *cf. supra* 4, 83. *Fr. Vat.* 317 (*inc. fr.* 22). *C.* 2, 56 (57), 1 (*a.* 294).

§ 98. *cf. I.* 4, 11 *pr. Fr. Vat.* 333 (*Pap.* 733). 336 = *Paul.* 1, 3, 4. *Cons.* 3. *D.* 46, 8, 22, 8 (*Iul.* 734). 3, 3, 33, 3 (*Ulp.* 333). 3, 3, 39, 1 (*Ulp.* 336). 44, 2, 11, 7 (*Ulp.* 1670). *Cic. ad Att.* 1, 8, 1.

§ 99. = *I.* 4, 11 *pr. cf. Theoph. ad h. l.* (*p.* 459 *Ferr.*). uerba edicti] *cf. D.* 3, 3, 33, 3 (*Ulp.* 333). remittitur] *cf. D.* 26, 7, 23 (*Ulp.* 337). *C.* 5, 37, 13 (*a.* 243). 5, 37, 28, 3 (*a.* 531).

§ 100. = *I.* 4, 11, 1. *cf. supra* 4, 96.

§ 101. *cf. I.* 4, 11, 1; 5. *Fr. Vat.* 317 (*inc. fr.* 22). 336 = *Paul.* 1, 3, 4. *D* 3, 3, 46, 2 (*Gai.* 84). 46, 7, 10 (*Mod* 111).

agitur, si quidem alieno nomine[1] aliquis interueniat, omni modo satisdari debet, quia nemo alienae rei sine satisdatione defensor idoneus intellegitur; sed si quidem cum cognitore agatur, dominus satisdare iubetur, si uero cum procuratore, ipse procurator. idem et de tutore et de curatore iuris est.[2] 102. Quod si proprio nomine aliquis iudicium aliquid[3] accipiat | in per- 224
sonam, certis ex causis satisdare solet, quas ipse praetor significat. quarum satisdationum duplex causa est; nam aut propter genus actionis satisdatur[4] aut propter personam[5], quia suspecta sit[6]: propter genus actionis, uelut iudicati depensiue aut cum de moribus mulieris agitur[7]; propter personam, uelut si cum eo agitur, qui decoxerit cuiusue bona *a* creditoribus possessa proscriptaue sunt, siue cum eo herede agatur, quem praetor suspectum aestimauerit.

103. Omnia autem iudicia aut legitimo iure consistunt aut imperio continentur.[8] 104. Legitima sunt

1) nomen V. 2) idem—est *del. Solazzi.* 3) *om. Inst.* 4) satisdaretur V. 5) propter personam] pro persona V. 6) *verba* propter genus—suspecta sit *bis scripta in* V. 7) agetur V. 8) continunt V.

50, 17, 166 (*Paul* 627). *Cic. pro Quinct.* 7, 29. *in Verr.* 2, 2, 24, 60.

§ 102. *cf. I.* 3, 11, 1. *Fr. Vat.* 336 = *Paul.* 1, 3, 5. *lex Iul. municip.* 113*sq.* (*Bruns* I⁷, 108). iudicati depensiue] *cf. supra* 4, 25. *infra* 4, 186. de moribus] *cf. Ulp.* 6, 9; 12. *D.* 24, 3, 15, 1 (*Paul.* 1766). *C. Th.* 3, 13, 1 (*a.* 319). *C. I.* 5, 17, 11, 2 (*a.* 533). 5, 13, 1, 5 (*a.* 530). qui decoxerit] *cf. lex Iul. municip. v.* 114. 115 (*Bruns* I⁷, 108). *de voce* decoquere *cf. Cic. Phil.* 2, 18, 44. *Val. Max.* 6, 9, 12. *Plin. n. h.* 33, 133. *Senec. ep.* 36, 5. cuiusue bona] *cf. supra* 3, 79. *D.* 42, 5, 33, 1 (*Ulp.* 2371). *Cic. pro Quinct.* 8, 30 *sq. lex Iul. munic. v.* 116. 117 (*Bruns* I⁷, 108). siue cum eo] *cf. D.* 42, 5, 31 (*Ulp.* 2265).

§ 103. *cf. supra* 1, 184. 3, 181. 4, 80. *Ulp.* 11, 27. *Cic. pro Flacc.* 21, 50.

§ 104. intra—miliarium] *cf. Liv.* 3, 20, 7. *Dio Cass.* 51, 19, 6. lege Iulia] *cf. supra* 4, 30. *Gell.* 14, 2. anno et sex m.] *cf. Tac. ann.* 6, 16. litem mori] *cf. D.* 46, 8, 8, 1 (*Ven.* 72).

iudicia, quae in urbe Roma uel intra[1] primum urbis Romae miliarium inter omnes ciues Romanos sub uno iudice accipiuntur; eaque *e* lege Iulia iudicia*ria*, nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint, expirant. et hoc est, quod uulgo dicitur e lege Iulia litem anno et sex mensibus mori. 105. Imperio uero continentur recuperatoria[2] et quae sub uno iudice accipiuntur interueniente peregrini persona iudicis aut litigatoris; in eadem[3] causa sunt, quaecumque extra primum urbis Romae miliarium tam inter ciues Romanos[4] quam inter peregrinos accipiuntur. ideo autem imperio contineri iudicia dicuntur, quia tamdiu ualent, quamdiu is, qui ea praecepit, imperium habebit. 106. Et si quidem imperio continenti iudicio actum[5] fuerit, siue in rem siue in personam, siue ea formula, quae in fa|ctum 225 concepta est, siue ea, quae in ius habet intentionem, postea nihilo minus ipso iure de eadem re agi potest; et ideo necessaria est exceptio rei iudicatae uel in

1) inter(?) V. 2) recuperatoriae V. 3) eadem *Goeschen.* ea V. 4) ciues Romanos] c. Romanum V. 5) proactum V.

44, 3, 2 (*Marcell.* 76). 5, 1, 32 (*Ulp.* 2048). 42, 8, 3, 1 (*Ulp.* 1451). 46, 5, 10 (*Ulp.* 2403). 4, 3, 18, 4 (*Paul.* 209). 9, 2, 30, 1 (*Paul.* 365). 46, 7, 2 (*Paul.* 789).

§ 105. recuperatoria] *cf. Fest. ep. v. reciperatio p.* 274 (*Bruns* II⁷, 30). *infra* 4, 109; 141; 185. *D.* 42, 1, 36; 38 (*Paul.* 266. 267). *Plaut. Rud.* 5, 1, 2 = 1282. *Cic. div.* 17, 56. *in Verr.* 2, 3, 11, 27 *sq.* 2, 3, 28, 69. *pro Tull.* 3, 7 *sq. pro Caec.* 1, 3 *sq. pro Flacco* 4, 11. 20, 47. *Liv.* 26, 48. 43, 2, 3. *Cic. de inv.* 2, 20, 60. *Plin. ep.* 3, 20, 9. *Suet. Ner.* 17. *Vesp.* 3. *Domit.* 8. *Tac. ann.* 1, 74. *Gell.* 20, 1, 13 (*Iurispr.* I, 60; 100). *B. G. U.* 611 (*Bruns* I⁷, 198). *lex. Lat. tab. Bant.* 4 (*Bruns* I⁷, 53). *lex agr.* 30 *sq.* (*Bruns* I⁷, 79). *lex. Iul. agr. c.* 55 (*Bruns* I⁷, 95). *fragm. Atest. l.* 15 (*Bruns* I⁷, 101). *lex. Urson. c.* 95 (*Bruns* I⁷, 130). *edict. de aquaed. Venafr. l.* 66 (*Bruns* I⁷, 251). *colleg. aquae l.* 22 (*Bruns* I⁷, 395). interueniente peregrini persona] *cf. Cic. pro Flacco* 21, 50. *in Verr.* 2, 2, 13, 32. quamdiu *etc.*] *cf. D.* 2, 1, 13 (*Ulp.* 2983). 5, 1, 49, 1 (*Paul.* 1458).

§ 106. *cf. supra* 3, 181. *infra* 4, 121; 123. *C.* 2, 26 (27), 1 (*a.* 231). *Cic. de orat.* 1, 37, 168.

iudicium deductae. 107. Si[1] uero legitimo iudicio in personam actum sit ea formula, quae iuris ciuilis habet intentionem, postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob id exceptio superuacua est; si uero uel in rem uel in factum actum fuerit, ipso iure nihilo minus postea agi potest, et ob id exceptio necessaria est rei iudicatae uel in iudicium deductae. 108. Alia causa fuit olim legis actionum. nam qua de re actum semel erat, de ea postea ipso iure agi non poterat; nec omnino ita, ut nunc, usus erat illis temporibus exceptionum. 109. Ceterum potest ex lege quidem esse iudicium, sed legitimum non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse. nam si uerbi[2] gratia ex lege Aquilia uel Ollinia[3] uel Furia in prouinciis agatur, imperio continebitur iudicium; idemque iuris est, et si Romae apud recuperatores agamus uel apud unum iudicem interueniente peregrini persona; et ex diuerso si ex ea causa, ex qua nobis edicto praetoris datur actio, Romae sub uno iudice inter omnes ciues Romanos accipiatur iudicium, legitimum est.

110. Quo loco admonendi sumus eas quidem actiones, quae ex lege senatusue consultis proficiscuntur, perpetuo solere praetorem accommodare, | eas uero, 226
quae ex propria ipsius iurisdictione pendent, plerumque intra[4] annum dare. 111. Aliquando tamen *et* per-

1) at(?) V. 2) uerbis V. 3) *fortasse corruptum.* 4) inter(?) V.

§ 108. *cf. supra* 4, 11; 30. *Cic. de domo* 29, 78. — *Terent. Phorm.* 2, 3, 56 *sq.* = 403. 2, 3, 72 = 419. *Cic. Lael.* 22, 85. *Donat. ad Adelph.* 2, 2, 24 = 233. *Andr.* 3, 1, 7 = 465. *Eunuch.* 1, 1, 9 = 54. *Serv. ad Aen.* 2, 424. *Quintil. Inst. orat.* 7, 6, 4. *Decl.* 266.

§ 109. ex lege Aquilia] *cf. supra* 4, 37. 3, 210 *sq.* Furia] *cf. supra* 3, 121. *Ulp. d. sp. fr. Argor.* 3 (*Iurispr.* I 498).

§§ 110. 111. *cf. I.* 4, 12 *pr. cum Theophilo* (*p.* 462 *Ferr.*). *D.* 4, 9, 7, 6 (*Ulp.* 629). 44, 7, 35 (*Paul.* 34). 40, 12, 24 *pr.*

petuo eas dat, uelut quibus[1] imitatur ius legitimum, quales sunt eae, quas *bonorum*[2] *possessoribus* ceterisque, qui heredis loco sunt, *accommodat.*[2] *furti* quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius praetoris iurisdictione proficiscatur[3], perpetuo datur; et merito, cum pro capitali poena pecuniaria constituta sit.[4]

112. Non omnes *autem*[5] actiones, quae in aliquem aut ipso iure *conpetunt* aut a praetore dantur, etiam in heredem aeque[6] conpetunt aut dari solent. est enim certissima iuris regula ex maleficiis poenales actiones in heredem nec conpetere nec dari solere, uelut furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae. sed heredi ****dem[7] [uidelicet actoris] huiusmodi actiones competunt nec denegantur, excepta iniuriarum actione et si qua alia similis inueniatur actio. 113. Aliquando tamen *etiam* ex contractu actio neque heredi neque in heredem conpetit. nam adstipulatoris heres

1) et—quibus *suppl. Hu.* 2) *suppl. ex Inst.* 3) *** proficiscatur V. 4) sint V. 5) *suppl. Polenaar ex Inst.* 6) eaque(?) V. 7) *num* eiusdem?

(*Paul.* 646). *C. Th.* 4, 14, 1 = *C. J.* 7, 39, 3 (*a.* 424). *Cic. partit. orat.* 28, 99. pro capitali poena] *cf. supra* 3, 189.

§ 112. = *I.* 4, 12, 1. *cf. Theophil. ad h. l.* (*p.* 464 *Ferr.*). *D.* 50, 17, 111, 1 (*Gai.* 73). *supra* 4, 8. *D.* 44, 7, 12 *et* 50, 17, 38 (*Pomp.* 742). 50, 17, 139 *pr.* (*Gai.* 49). 35, 2, 32 *pr.* (*Maecian.* 42). 9, 3, 5, 5; 13 (*Uip.* 689. 694). 42, 5, 9, 8 *et* 42, 5, 11 (*Ulp.* 1417). 47, 1, 1 *pr.*; 1 (*Ulp.* 2868). 47, 23, 8 (*Ulp.* 189). 50, 17, 87 (*Paul.* 1386). 50, 17, 164 (*Paul.* 647). 47, 7, 33 (*Paul.* 78). *Cod. Herm. tit. Ex delictis defunctorum quemadmodum conveniantur successores. Cod. Iust. tit.* 4, 17. *cf. etiam D.* 39, 1, 22 (*Marcell.* 181). excepta iniuriarum actione] *cf. D.* 35, 2, 32 *pr.* (*Maecian.* 42). 47, 10, 13 *pr.* (*Ulp.* 1346). 47, 1, 1, 1 (*Ulp.* 2868). 47, 10, 28 (*Ulp.* 2793). 2, 11, 10, 2 (*Paul.* 1073). si qua alia similis] *cf. D.* 3, 6, 4 (*Gai.* 92). 11, 7, 9 (*Gai.* 325). 2, 4, 24 (*Ulp.* 264). *cf. etiam* 24, 3, 15, 1 (*Paul.* 1766). *C. Th.* 3, 13, 1 (*a.* 349). 8, 13, 1, 1 = *C. I.* 8, 55 (56), 7, 3 (*a.* 349).

§ 113. *cf. I.* 4, 12, 1. *supra* 3, 114; 120.

non habet actionem, sed *et*[1] sponsoris et fidepromissoris heres non tenetur.

114. Superest, ut dispiciamus[2], si ante rem iudicatam is, cum quo agitur, post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid officio iudicis conueniat, utrum absoluere an ideo potius damnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuerit, ut damnari debeat. nostri praeceptores absoluere eum debere existimant; nec interesse[3], cuius generis sit[4] iudicium. et | hoc est, quod 227
uolgo dicitur Sabino et Cassio placere omnia iudicia absolutoria esse. ——————[5] de bonae fidei[6] autem iudiciis idem sentiunt, quia in eiusmodi iudiciis liberum est officium iudicis. tantumdem *et* de *in* rem actionibus putant, quia | ——————
——————*vv. 16*——————|[7]
actum fuit.[8]

115. Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus.
116. Conparatae | sunt autem exceptiones defendendo- 228
rum eorum[9] gratia, cum quibus agitur. saepe enim accidit, ut quis iure ciuili teneatur, sed iniquum sit eum iudicio condemnari. uelut *si* stipulatus sim a[10] te pecuniam tamquam credendi causa numeraturus nec numerauerim. nam eam pecuniam a te peti posse

1) sed et *Hu.* set(?) V. 2) despiciamus V. 3) interest V. 4) fit V. 5) *ad sensum ita fere supple:* diuersae scholae auctoribus de strictis iudiciis contra placuit; *similiter Krueger.* 6) fideis V. 7) *de frustulis vide apographum.* 8) *sequitur linea vacua in* V. 9) reorum V. 10) apa V.

§ 114. *cf. I.* 4, 12, 2. *supra* 3, 180. *I.* 4, 6, 31. *D.* 46, 3, 33, 1 (*Iul.* 699). 46, 7, 4 (*Iul.* 727). 39, 4, 5 *pr.* (*Gai.* 47). 3, 3, 73 (*Paul.* 1051). 4, 3, 25 (*Paul.* 212) *cf. etiam.* 45, 1, 84 (*Paul.* 807).

§ 115. = *I.* 4, 13 *pr.*

§ 116. *cf. I.* 4, 13 *pr.*; 1—3. *infra* 4, 119. *D.* 44, 1, 2 *pr.* (*Ulp.* 1650). 44, 4, 2, 3 (*Ulp.* 1678). 46, 2, 7 (*Pomp.* 715). *C. tit.* 4, 30. *Cic. partit. orat.* 28, 100.

certum est. dare enim te oportet[1], cum ex stipulatu tenearis[2]; sed quia iniquum est te eo nomine condemnari, placet per exceptionem doli mali te defendi debere. item si pactus fuero tecum, ne id, quod mihi debeas, a te petam, nihilo minus id ipsum a[3] te petere possum dari[4] mihi oportere, quia obligatio pacto conuento non tollitur; sed placet debere me petentem per exceptionem pacti conuenti repelli. 117. In his quoque actionibus, quae *non* in personam[5] sunt, exceptiones locum habent. uelut si metu me coegeris aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam[6] mancipio dem, tua est[7]; sin[8] eam rem a me petas, datur mihi exceptio, per[9] quam, si metus causa te fecisse uel dolo malo arguero, repelleris. item si fundum litigiosum sciens a non possidente emeris eumque a possidente petas, opponitur tibi exceptio, per quam omni modo summoueris. 118. Exceptiones autem alias in edicto praetor habet propositas, alias causa cognita accommodat. quae omnes uel ex legibus uel ex his, quae legis uicem optinent, substantiam capiunt uel ex iurisdictione
229 praetoris proditae sunt. | 119. Omnes autem exceptiones in contrarium concipiuntur, quam[10] adfirmat is, cum quo agitur. nam si uerbi gratia reus dolo malo aliquid actorem facere dicat, qui forte pecuniam petit, quam non numerauit, sic exceptio concipitur: SI IN EA RE NIHIL DOLO MALO AVLI AGERII FACTVM SIT NEQVE

---

1) oporteret V. 2) tenearis *Inst.* teneris V. 3) ipsum a V. ipso iure *Hu.* 4) dare V. *Hu.* 5) persona V. 6) aliqua V. 7) inan(?) V. *litterae* i *et* n *secunda incertae.* 8) *num* si uero? 9) pro V. 10) qui V.

---

§ 117. *cf. I.* 4, 13, 1; 4. fundum litigiosum] *cf. Fragm. de iure fisci* § 8. *D.* 44, 6, 1, 1 (*Ulp.* 1691). 20, 3, 1, 2 (*Marcian.* 35). sciens] *cf. D.* 44, 6, 2 (*Ulp.* 1902). a non possidente] *cf. D.* 44, 6, 1 (*Ulp.* 1691). 41, 2, 17 (*Ulp.* 1692).

§ 118. *cf. I.* 4, 13, 7.

§ 119 *cf. Cic. de inv.* 2, 20, 60.

FIAT; item si dicat[1] contra pactionem pecuniam peti, ita concipitur exceptio: SI INTER AVLVM AGERIVM ET NVMERIVM NEGIDIVM NON CONVENIT, NE EA PECVNIA PETERETVR; et denique in ceteris causis similiter concipi solet, ideo scilicet, quia omnis[2] exceptio obicitur[3] quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut condicionalem faciat condemnationem, id est, ne aliter iudex eum, cum quo agitur, condemnet, quam si nihil in ea re, qua de agitur, dolo actoris factum sit; item ne aliter iudex eum condemnet, quam si nullum pactum conuentum de[4] non petenda pecunia factum fuerit.[5]

120. Dicuntur autem exceptiones aut peremptoriae aut dilatoriae. 121. Peremptoriae sunt, quae perpetuo ualent nec euitari possunt, uelut quod metus causa aut dolo malo aut quod contra legem senatusue consultum[6] factum est aut quod res iudicata est uel in iudicium deducta est, item pacti conuenti, quod factum[7] est, ne omnino pecunia peteretur. 122. Dilatoriae sunt exceptiones, quae ad tempus ualent, ueluti[8] illius pacti conuenti, quod factum est uerbi gratia, ne intra quinquennium peteretur; finito enim eo tempore | [9] non habet locum exceptio. cui similis exceptio est 230
litis diuiduae et rei residuae. nam si quis partem rei petierit et intra eiusdem praeturam reliquam partem

---

1) dicat *Goeschen.* dicat ut V. 2) omnes V. 3) obigitur V. 4) conuentum de *Goeschen.* conuenite V. 5) fuerit *Goeschen.* erit V. 6) consulto V. 7) pactum V. 8) uuis V. 9) *supra versum* 1 *huius paginae perpallidae umbrae apparent litterarum quarundam, quae a Gaio alienae sunt.*

---

§ 120. *cf. I.* 4, 13, 8 (7). *D.* 44, 1, 3 (*Gai.* 63). 44, 1, 2, 4 (*Ulp.* 1650).

§ 121. *cf. I.* 4, 13, 9 (8). quod res iudicata est *etc.*] *cf. supra* 4, 106. 3, 180. ne omnino *etc.*] *cf. supra* 4, 119. *infra* 4, 126.

§ 122. *cf. I.* 4, 13, 10 (9). *D.* 44, 1, 3 (*Gai.* 63). litis diuiduae] *cf. supra* 4, 56. *infra* 4, 131. *D* 3, 3, 38 (*Ulp.* 1129). rei residuae] *cf. C. Th.* 2, 18, 3 = *C. I.* 3, 1, 10 (*a.* 325).

petat, hac exceptione summouetur[1], quae appellatur litis diuiduae; item si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices eant[2], si intra eiusdem praeturam de his, quas[3] distulerit, agat, per hanc exceptionem, quae appellatur rei residuae, summouetur.[4] 123. Obseruandum est autem ei, cui dilatoria obicitur exceptio, ut differat actionem; alioquin si obiecta exceptione egerit, rem perdit; non enim post illud tempus, quo integra re *eam*[5] euitare poterat, adhuc ei potestas agendi superest re in iudicium deducta[6] et per exceptionem perempta.[7] 124. Non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae exceptiones intelleguntur, quales sunt cognitoriae, uelut si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, per cognitorem agat, uel dandi quidem cognitoris ius habeat, sed eum det, cui non licet cogniturum suscipere. nam si obiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis erit[8], ut ei non liceat cognitorem dare, ipse agere potest; si uero cognitori non liceat cogniturum suscipere[9], per alium cognitorem aut per semet ipsum liberam habet agendi potestatem, et tam hoc quam illo modo euitare
231 *potest*[10] exceptionem. quod si dissimulauerit eam[11] et per cognitorem egerit, rem perdit. 125. Sed[12] per-

1) summoueatur V. 2) eant *Bluhme.* egant(?) V. 3) quas *Hu.* qua V. 4) summouet V. 5) *add. Hu.* 6) deductae V. 7) peremptae V. 8) erat V. 9) suscipe V. 10) *add. Goeschen.* 11) eam *Hollweg.* cum V. 12) sem V.

§ 123. *cf. I.* 4, 13, 10 (9) *cum Theoph* (*p.* 468 *Ferr.*). *D.* 7, 3, 1, 4 (*Ulp.* 2548). *Auct. ad Herenn.* 1, 12, 22. *Cic. de inv.* 2, 19, 57; 58.

§ 124. *cf. I.* 4, 13, 11 (10). *Paul.* 1, 2, 1—3. *Fr. Vat.* 322 *sq.* (*Ulp.* 326—328). *D.* 44, 1, 3 (*Gai.* 63). 22, 3, 19, 2 (*Ulp.* 121). 44, 1, 2, 4 (*Ulp.* 1650). *Auct. ad Herenn.* 2, 13, 20. *Quintil. Inst. orat.* 3, 6, 71. 4, 4, 6. 7, 1, 19 *sq.*

§ 125. *cf. supra* 4, 53; 57; 123. *C.* 7, 50, 2 (*a.* 294). 8, 35 (36), 8 (*a.* 294); 12 (*a.* 363); 13 (*a.* 415).

emptoria quidem exceptione si reus per errorem non fuerit[1] usus, in integrum restituitur adiciendae exceptionis gratia. dilatoria uero si non fuerit[1] usus, an in integrum restituatur[2], quaeritur.

126. Interdum euenit, ut exceptio, quae prima facie iusta uideatur, inique noceat actori. quod cum accidit[3], alia adiectione opus est adiuuandi actoris gratia. quae adiectio replicatio uocatur, quia per eam replicatur atque resoluitur uis exceptionis. nam si uerbi gratia pactus sum tecum, ne pecuniam, quam mihi debes, a te peterem, deinde postea in contrarium pacti sumus, id est ut petere mihi liceat, et, si agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris, si non conuenerit, ne eam pecuniam peterem, nocet mihi exceptio pacti conuenti; namque nihilo minus hoc uerum manet, etiam si postea in contrarium pacti sumus; sed quia[4] iniquum est me excludi exceptione, replicatio mihi datur ex posteriore pacto hoc modo: AVT SI[5] POSTEA CONVENIT, VT MIHI EAM PECVNIAM PETERE LICERET. 126ª. Item si argentarius pretium rei, quae in auctionem uenerit, persequatur, obicitur ei exceptio, ut ita demum emptor damnetur, si ei res, quam emerit, tradita est, et est iusta exceptio. sed si in auctione prae-

1) fuit V. 2) restituitur V. 3) accidat V. 4) qua V. 5) AVT SI] si non V.

§ 126. = *I.* 4, 14 *pr.* *D.* 44, 1, 2, 2 (*Ulp.* 1650). 44, 1, 22, 1 (*Paul.* 2061). 2, 14, 27, 2 (*Paul.* 128). 44, 2, 24 (*Iul.* 128). 3, 3, 48 (*Gai.* 81). *C.* 8, 35 (36), 7 *et* 10 (*a.* 294).

§ 126ª. argentarius coactor *memoratur* *D.* 40, 7, 40, 8 (*Scaev.* 107). *cf.* 46, 3, 88 (*Scaev.* 16). 5, 3, 18 *pr.* (*Ulp.* 513). *Acro et Porphyr. ad Hor. sat.* 1, 6, 86. *Cic. pro Caec.* 6, 16. *pro Cluent.* 64, 180. *pro Rab. Post.* 11, 30. *Senec. controv. praef.* § 19 (*p.* 12 *ed. H. I. Mueller*). *Suet. Ner.* 5. *Vesp.* 1. *Quintil. Inst. orat.* 11, 2, 24. *C. I. L.* V 8212. VI 1923. 8728 (= XI 3820). XI 3156 (*Dess.* 7929). 5285. XIV 2886 *etc. cf. lex metall. Vipasc.* (*Bruns* I⁷, 289). *apochae Pompeian.* (*Bruns* I⁷, 355 *sqq.* *Pap. Straßb.* 79. si ei res *etc.*] *cf.* *D.* 19, 1, 25 (*Iul.* 713). 50, 16, 66 (*Ulp.* 1661). 44, 4, 5, 4 (*Paul.* 792).

dictum est, ne ante emptori *res*[1] traderetur, quam si
232 pretium soluerit, replicatione | tali argentarius adiuuatur: AVT SI PRAEDICTVM EST, NE ALITER EMPTORI RES TRADERETVR, QVAM SI PRETIVM EMPTOR[2] SOLVERIT. 127. Interdum autem euenit, ut rursus replicatio, quae prima facie iusta sit, inique reo noceat; quod cum accidit[3], adiectione[4] opus est adiuuandi rei gratia, quae duplicatio uocatur. 128. Et si rursus[5] ea prima facie iusta uideatur, sed propter aliquam causam inique actori noceat, rursus[6] adiectione opus est, qua actor adiuuetur, quae[7] dicitur triplicatio. 129. Quarum omnium adiectionum usum interdum etiam ulterius, quam diximus, uarietas negotiorum introduxit.

130. Videamus etiam de praescriptionibus, quae receptae sunt pro actore. 131. Saepe enim ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est, uelut cum in singulos annos uel menses certam pecuniam stipulati fuerimus. nam[8] finitis quibusdam annis aut mensibus huius quidem temporis pecuniam praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem obligatio contracta intellegitur, praestatio uero adhuc nulla est; si ergo uelimus id quidem, quod praestari oportet, petere et in

---

1) *suppl. Krueger.* 2) EMPTOR V. EMPTAE REI *Hu.* 3) accidat V. 4) alia adiectione *Hu. secundum Inst., ubi* alia allegatione. 5) si rursus *Inst.*; si rursus si V. *num* rursus si? 6) rursus ex V. 7) quod V. 8) non V.

---

§§ 127—129. *cf. D.* 44, 1, 2, 3 (*Ulp.* 1650).
§ 127. = *I.* 4, 14, 1.
§ 128. = *I.* 4, 14, 2. *cf. D.* 27, 10, 7, 1 (*Iul.* 336).
§ 129. = *I.* 4, 14, 3.
§ 130. pro actore] *cf. infra* 4, 133. *Tertullian. de praescriptione haereticorum.*
§ 131. *cf. D.* 44, 2, 23 (*Ulp.* 65). 45, 1, 76, 1 (*Paul.* 285). 45, 1, 89 (*Paul.* 1172); 125 (*Paul.* 1282). *Prob. Einsidl.* 3 (E. R. A. ea res agitur). *Cic. de orat.* 1, 37, 168. *Arnob.* 7, 31. ea scilicet formula] *cf. supra* 4, 41; 54.

iudicium deducere, futuram uero obligationis praestationem in integro relinquere, necesse est, ut cum hac praescriptione agamus: EA RES AGATVR, CVIVS REI DIES FVIT.[1] alioquin si sine hac praescriptione egerimus, ea scilicet formula, qua incertum petimus, | cuius 233 intentio his uerbis concepta est: QVIDQVID PARET t. s. NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE OPORTERE, totam obligationem, id est etiam futuram, in hoc iudicium deducimus, et quae ante tem|pus obligati

vv. $1\frac{3}{4}$ |[2]

131ª. Item si uerbi gratia ex empto agamus, *ut* nobis fundus mancipio detur, debemus *hoc modo*[3] praescribere: EA RES AGATVR DE FVNDO MANCIPANDO, ut postea, si uelimus uacuam possessionem nobis tradi,

vv. $1\frac{1}{4}$ |[4]

re sumus, totius illius iuris obligatio illa incerta actione: QVIDQVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO AGERIO DARE FACERE OPORTET, *per intentionem* consumitur, ut postea nobis agere uolentibus de uacua possessione tradenda nulla supersit actio. 132. Praescriptiones *scilicet*[5] appellatas esse ab eo, quod ante formulas praescribuntur[6], plus quam manifestum est. 133. Sed his[7] quidem temporibus, sicut supra quoque

1) fuit *corr. ex* fiet V. 2) *Kruegeri vestigia premens sic fere suppleas:* quae ante tempus obligationis finitum in iudicium deducitur, ex ea condemnatio fieri non potest neque iterum de ea agi potest. 3) hoc modo *suppl. Polenaar.* 4) *ad sensum sic fere suppleas:* contra debitorem eadem actione uti possimus. alioquin si minus diligentes in ea. *similiter Polenaar.* 5) scilicet *nos.* sic *Hu.* siq. (?) V 6) praescribentur V. 7) sed iis *vel* si is V.

§ 131ª. *cf D.* 21, 1, 48, 7 (*Pomp.* 708).
§ 132. *cf. Charisius Gramm. Lat. ed. Keil* I, 235, 21.
§ 133. *cf. D.* 44, 1, 13 (*Iul.* 682). 44, 1, 16; 18 (*Afr.* 118). 10, 2, 1, 1 (*Gai.* 189). 5, 3, 25, 17 (*Ulp.* 526). 5, 3, 5, 2 (*Ulp.* 482). *C.* 3, 31, 12 *pr.* (*a.* 531). *Cic. de orat.* 1, 37, 168. — *D.* 47, 10, 7, 1 (*Ulp.* 1339). 47, 8, 2, 1 *et* 48, 2, 15 (*Ulp.* 1311). 48, 1, 4 (*Paul.* 554). *Cic. de inv.* 2, 20, 59; 60. supra] § 130.

notauimus, omnes praescriptiones ab actore proficiscuntur. olim autem quaedam et pro reo opponebantur, qualis illa erat praescriptio: EA RES AGATVR, SI *IN EA RE*[1] *PRAEIV*DICIVM HEREDITATI NON FIAT, quae nunc in speciem exceptionis deducta est et locum habet, cum petitor hereditatis alio genere iudicii praeiudicium hereditati faciat, uelut cum singulas res pet*at*; est
234 t. s enim iniquum per unius[2] ——— | ———

235 non rescr.* 134. . . . *in inten*|tione formulae de i*ure quaeritur*, id est, cui dari[3] oporteat[4]; et sane domino dari[3] oportet, quod seruus stipulatur; at in praescriptione de facto[5] quaeritur, quod secundum naturalem significationem uerum esse debet. 135. Quaecumque autem diximus de seruis, eadem de ceteris quoque personis, quae nostro iuri subiectae sunt, dicta intellegemus. 136. Item admonendi sumus, si cum ipso agamus, qui incertum promiserit[6], ita nobis formulam esse propositam, ut praescriptio inserta sit formulae loco demonstrationis hoc modo: IVDEX ESTO. QVOD AVLVS AGERIVS DE

1) *cf. Dig.* 10, 2, 1, 1. 2) *finem sententiae Krueger ad sensum sic supplet:* per unius rei petitionem uniuersae hereditati praeiudicium fieri. *quae in sequenti folio fuerint, coniectura consequi non possumus.* 3) dare V. 4) oportet V. 5) facto *Savigny.* pacto V. 6) permisserit V

*) *pag.* 235 *et* 236 *folium est non rescriptum, extra codicem Veronensem seruatum, et iam anno* 1771 *a Maffeio, deinde anno* 1816 *ab Hauboldo (in programmate Lipsiensi) et Savinio (Zeitschr. f. gesch. RW.* III, 140—146 = *Verm. Schrift.* III, 169—174) *publici iuris factum, cuius imago delineata extat ad calcem ed. Gösch. et apogr. Böcking.; posterioris pag. imaginem photographicam praebet apogr. Stud., utriusque paginae imaginem editio nova phototypica fol.* 128.

§§ 134. 135. *cf. I.* 3, 17, 2. *D.* 45, 1, 141 *pr.* (*Gai.* 513). 45, 1, 76 *pr.* (*Paul.* 285). 35, 1, 44 *pr.* (*Paul.* 1174).
§§ 136. 137. *cf. D.* 45, 1, 75 (*Ulp.* 675). 45, 1, 76, 1 (*Paul.* 285).

NVMERIO NEGIDIO INCERTVM[1] STIPVLATVS EST,[2] CVIVS REI DIES FVIT, QVIDQVID OB EAM REM NVMERIVM NEGIDIVM AVLO *AGERIO* DARE FACERE OPORTET et reliqua.[3] 137. At[4] si cum sponsore aut fideiussore agatur[5], praescribi solet in persona quidem sponsoris hoc modo: EA RES AGATVR[6], QVOD AVLVS AGERIVS DE LVCIO TITIO INCERTVM STIPVLATVS EST, QVO NOMINE NVMERIVS NEGIDIVS SPONSOR EST, CVIVS REI DIES FVIT; in persona uero fideiussoris: EA RES AGATVR[5], QVOD NVMERIVS NEGIDIVS PRO LVCIO TITIO INCERTVM FIDE SVA ESSE IVSSIT, CVIVS REI DIES FVIT[7]; deinde formula subicitur.[8]

138. Superest, ut de interdictis dispiciamus.

139. Certis igitur ex causis praetor aut proconsul principaliter auctoritatem suam finiendis controuersiis interponit.[9] quod tum maxime facit, cum de possessione aut quasi possessione[10] inter aliquos contenditur; et in summa aut iubet aliquid fieri aut fieri prohibet. formulae autem et uerborum[11] conceptiones, quibus in | ea re utitur, interdicta de*cretaue uocantur*.[12] 140. Vocantur autem decreta, cum fieri aliquid iubet, uelut cum praecipit, ut aliquid exhibeatur aut restituatur, interdicta uero, cum prohibet fieri, uelut cum praecipit, ne sine uitio[13] possidenti uis fiat, neue in loco sacro aliquid fiat. unde omnia interdicta aut restituto- 236 non rescr.

1) incerte V. 2) stipulatus est] stipem V. 3) reliq̃ V. 4) at *Polenaar.* ā (*i. e.* aut) V. 5) agat V. 6) agetur V. 7) rei dies fuit *Goeschen.* heres defuit V. 8) subigitur V. 9) interponit *Caplick.* proponit V. 10) aut quasi possessione *del. Albertario.* 11) et uerborum *Hu.* uerborum et V. 12) decretaue uocantur *suppl. Goeschen.* 13) sine uitio *Scipio Maffei.* debitio V.

§ 138. *cf. I.* 4, 15 *pr. Paul.* 5, 6. *D. tit.* 43, 1. *C. tit.* 8, 1.

§ 139. *cf. I.* 4, 15 *pr. D.* 43, 8, 2, 5 (*Ulp.* 1492). *Inter pr. ad Paul.* 5, 6, 1. *Isid. orig.* 5, 25, 33 (*Bruns* II[7], 82). *Cic. pro Caec.* 13, 36. *lex Rubr. c.* 19 (*Bruns* I[7], 97).

§ 140. *cf. I.* 4, 15, 1. *infra* 4, 142. ne sine uitio] *cf. infra* 4, 148 *sq.* neue in loco sacro] *cf. D. tit.* 43, 6.

ria aut exhibitoria aut prohibitoria uocantur. 141. Nec tamen cum quid iusserit fieri aut fieri prohibuerit, statim peractum[1] est negotium, sed ad iudicem recuperatoresue itur et[2] ibi editis formulis quaeritur, an aliquid aduersus praetoris edictum factum sit, uel an factum non sit, quod is fieri iusserit. et modo cum poena agitur modo sine poena: cum poena, uelut cum per sponsionem agitur[3], sine poena, uelut cum arbiter petitur; et quidem ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet, ex restitutoriis uero uel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae arbitraria uocatur.

142. Principalis igitur diuisio in eo est, quod aut prohibitoria sunt interdicta aut restitutoria aut exhibitoria. 143. Sequens in eo est diuisio, quod uel adipiscendae possessionis causa comparata sunt uel retinendae[4] uel reciperandae. 144. Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, cuius principium est QVORVM BONORVM; eiusque uis et potestas haec est, ut quod quisque ex his bonis, quorum possessio alicui data est[5], pro herede aut pro
237 possessore *possidet doloue fecit, quo minus*[6] | possideret,

1) proactum V. 2) itur et *Heise.* item et. (*i. e.* etiam) V. 3) agetur V. 4) *post* retinendae *per errorem librarius addidit delevitque* possessionis causa interdictum. 5) est si V. 6) possidet—quo minus *suppl. Hu. secundum Dig.* 43, 2, 1 *pr.*

§ 141. *cf. infra* 4, 162 *sq* *Ulp. Inst. fr. Vindob.* 5. *Quintil. Inst. or.* 2, 10, 5. 7, 5, 3. 12, 10, 70. recuperatoresue] *cf. supra* 4, 105. *Cic. pro Caec.* 8, 23.

§ 142. = *I.* 4, 15, 1 *init.* *D.* 43, 1, 1, 1 (*Ulp.* 1459). 42, 2, 6, 2 (*Ulp.* 2277). 43, 1, 2 *pr.* (*Paul.* 745). *supra* 4, 140.

§ 143. = *I.* 4, 15, 2. *Ulp. Instit. fr. Vindob.* 4. *D.* 43, 1, 2, 3 (*Paul.* 745). *Auson. griph.* 63 *sq.*

§ 144. = *I.* 4, 15, 3. *cf. supra* 3, 34. 2, 149. *D.* 43, 2, 1 (*Ulp.* 1460). 43, 1, 1 *pr.* (*Ulp.* 1459). 43, 2, 2 (*Paul.* 324). 43, 1, 2, 3 (*Paul.* 745). *C. Th. tit.* 4, 21. *C. I. tit.* 8, 2. pro herede autem possidere *etc.*] *cf. D.* 41, 3, 33, 1 (*Iul.* 614). 5, 3, 11 *sq.* (*Ulp.* 509. 511. 512. 513. 1463). sciens—pertinere] *cf. D.* 5, 3, 20, 6c (*Ulp.* 518).

id ei, cui bonorum possessio data est, restituatur. pro herede autem possidere uidetur tam is, qui heres est, quam[1] is, qui putat se heredem esse; pro possessore is[2] possidet, qui sine causa aliquam[3] rem hereditariam uel etiam totam hereditatem sciens ad se non pertinere possidet. ideo autem adipiscendae possessionis uocatur[4], quia[5] ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci[6] rei possessionem; itaque si quis adeptus possessionem amiserit, desinit ei id interdictum utile esse. 145. Bonorum quoque emptori similiter proponitur[7] interdictum, quod quidam possessorium uocant. 146. Item ei, qui publica[8] bona emerit, eiusdem condicionis interdictum proponitur, quod appellatur sectorium, quod sectores uocantur, qui publice bona mercantur.[9] 147. Interdictum quoque, quod appellatur Saluianum, apiscendae possessionis *causa*[10] comparatum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro[11] mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. 148. Retinendae possessionis causa solet interdictum reddi, cum ab utraque[12] parte de proprietate alicuius rei controuersia est et ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere et uter petere debeat. cuius rei gratia

---

1) quae V. 2) his V. 3) aliquae V. 4) uocatur interdictum *Inst.* 5) quia *Inst.* q V. 6) adipisce V. 7) proponit V. 8) publice *Baumbach.* 9) publice bona mercantur *bis scriptum in* V. 10) *suppl. ex Inst.* 11) is pro *Inst.* sipse V. 12) utroque V.

---

§ 145. *cf. supra* 3, 80. *D.* 41, 2, 16 (*Ulp.* 1649).

§ 146. *cf. supra* 3, 80. *Cic. pro Rosc. Am.* 36, 103. *in Verr.* 2. 1, 20, 52. 2, 1, 23, 61 *cum Ps.-Ascon.* (*Bruns* II[7], 72). *Phil.* 2, 26, 64. 2, 29, 71. *Cic. ap. Gell.* 13, 25, 6. *Non. p.* 432, 29. *p.* 404, 9. *Fest. v. sectores p.* 337 (*Bruns* II[7], 37). *Isid. orig.* 19, 19, 8. *Manil. Astron.* 5, 320.

§ 147. = *I.* 4, 15, 3. *cf. Theoph. ad h. l.* (*p.* 477 *Ferr.*). *D.* 43, 1, 2, 3 (*Paul.* 745). *tit.* 43, 33. *C. tit.* 8, 9.

§§ 148. 149. = *I.* 4, 15, 4. *cf supra* 4, 91. *infra* 4, 160. *Paul.* 5, 6, 1. *D.* 43, 17, 1 *pr.*; 3 (*Ulp.* 1536). 43, 31, 1 *pr.* (*Ulp.*

comparata sunt VTI POSSIDETIS et VTRVBI. 149. Et quidem VTI[1] POSSIDETIS interdictum de fundi uel aedium possessione[2] redditur, VTRVBI uero de rerum mobilium possessione. 150. Et si quidem de fundo uel
238 aedibus | interdicitur, eum potiorem esse praetor iubet, qui eo tempore, quo interdictum redditur, nec ui nec clam nec precario ab aduersario possideat; si uero de re mobili, eum potiorem esse iubet, qui maiore parte eius anni nec ui nec clam nec precario ab aduersario possederit[3]; idque satis ipsis[4] uerbis interdictorum significatur. 151. Sed[5] in VTRVBI interdicto non solum sua cuique[6] possessio prodest, sed etiam alterius, quam iustum est ei accedere[7], uelut eius, cui heres extiterit, eiusque, a quo emerit uel ex donatione aut dotis nomine acceperit. itaque si nostrae possessioni iuncta alterius iusta possessio exsuperat aduersarii possessionem, nos eo interdicto uincimus. nullam autem propriam possessionem habenti accessio temporis nec datur nec dari potest. nam ei, quod nullum est, nihil accedere potest. sed et si uitiosam habeat possessionem, id est aut ui aut clam aut precario ab aduersario adquisitam, non datur accessio[8]; nam[9] ei *possessio*[10] sua nihil prodest. 152. Annus autem retrorsus numeratur. itaque si tu uerbi gratia VIII mensibus posse-

1) ut V. 2) possessione *Inst.* possessioriis V. possessoriis controuersiis *Polenaar.* 3) possederit *Hu.* possidet V. 4) ipsius V. 5) si(?) V. 6) qq V. 7) accidere V. 8) naccessio V. 9) n̄ (*i. e.* non) V. 10) *add. Goeschen.*

1621). *Fest. ep. v. possessio p.* 233 (*Bruns* II⁷, 24). *Cic. de rep.* 1, 13, 20.

§ 150. *cf. I.* 4, 15, 4a. *Fr. Vat.* 293, 1 (*a.* 293). 311 (*Paul.* 41).

§ 151. *cf. D.* 44, 3, 15 (*Ven.* 24). 44, 3, 14 (*Scaev.* 192). 41, 2, 13, 1—13 (*Ulp.* 1624). 50, 16, 65 (*Ulp.* 1623). 41, 2, 14 (*Paul.* 768). 44, 3, 16 (*Paul.* 1641).

§ 152. *cf. Paul.* 5, 6, 1. *D.* 50, 16, 156 (*Lic. Ruf.* 16). *Theoph.* 4, 15, 4b (*p.* 479 *Ferr.*).

deris prioribus et ego VII posterioribus, ego potior ero, quod trium priorum mensium possessio nihil tibi in hoc interdicto prodest, quod alterius anni possessio est. 153. Possidere autem uidemur non solum, si ipsi possideamus, sed etiam si nostro nomine aliquis in possessione[1] sit, licet is[2] nostro iuri[3] subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. per eos quoque, apud quos deposuerimus aut quibus commodauerimus aut quibus gratuitam habitationem praestiterimus[4], 239
ipsi possidere uidemur.[5] et hoc est, quod uolgo dicitur retineri possessionem posse per quemlibet, qui nostro nomine sit in possessione. quin etiam plerique putant animo quoque *retineri possessionem, id est ut, quamuis neque ipsi simus in possessione*[6] neque nostro nomine alius, tamen si non relinquendae possessionis animo, sed postea reuersuri inde discesserimus, retinere possessionem uideamur. apisci uero possessionem per quos possimus, secundo commentario rettulimus; nec ulla dubitatio est, quin animo possessionem apisci non possimus.[7] 154. Reciperandae possessionis causa solet

1) possessionem V. 2) in V. 3) iure V. 4) praestiterimus] restituerimus aut quibus gratuitam habitationem V. praestiterimus aut quibus usumfructum uel usum constituerimus *Hu.* 5) deuimur V. 6) retineri — possessione *suppl. ex Inst.* 7) possumus V.

§ 153. = *I.* 4, 15, 5. *cf. Paul.* 5, 2, 1. nostro nomine] *cf. D.* 41, 2, 9 (*Gai.* 354). 43, 16, 1, 22 (*Ulp.* 1524). colonus] *cf. Cic. pro Caec.* 32, 94. *D.* 41, 2, 25, 1 (*Pomp.* 286). 41, 2, 37 (*Marcian.* 40). deposuerimus] *cf. D.* 16, 3, 17, 1 (*Flor.* 11). commodauerimus] *cf. D.* 13, 6, 8 (*Pomp.* 438). animo quoque retineri] *cf. D.* 41, 2, 27 (*Proc.* 18). 41, 2, 44, 2 (*Pap.* 306). 43, 16, 1, 25 (*Ulp.* 1525). 41, 2, 3, 7; 8; 11; 12 (*Paul.* 658). 41, 2, 30, 5 (*Paul.* 1871). *C.* 7, 32, 4 (*a.* 290). secundo commentario] 2, 89 *sq.* nec ulla dubitatio est *etc.*] *cf. D.* 41, 2, 51 (*Iav.* 210). 41, 2, 3, 1 (*Paul.* 658). 41, 2, 8 = 50, 17, 153 (*Paul.* 752).

§ 154. = *I.* 4, 15, 6. *cf. Paul.* 5, 6, 3—8. *D.* 43, 16, 1 *pr.* (*Ulp.* 1522). *C. Th. tit.* 4, 22. *C. I. tit.* 8, 4. *Cic. pro Caec.*

interdictum dari, si quis ex possessione ui deiectus sit. nam ei proponitur interdictum, cuius principium est VNDE TV ILLVM VI DEIECISTI, per quod is, qui deiecit[1], cogitur ei restituere rei possessionem, si modo is, qui deiectus est, nec ui nec clam nec precario *ab eo*[2] possideret.[3] *nam*que eum, qui a me ui aut clam aut precario possidet[4], inpune deicio[5]. 155. Interdum tamen etsi eum ui deiecerim, qui a me ui aut clam aut precario possideret, cogor ei restituere possessionem, uelut si armis eum ui deiecerim. nam[6] propter atrocitatem delicti in tantum patior actionem, ut omni modo debeam ei restituere possessionem. armorum autem appellatione non solum scuta et gladios et galeas significari intellegemus, sed et fustes et lapides.

156. Tertia diuisio interdictorum in hoc est, quod aut simplicia sunt aut duplicia. 157. Simplicia *sunt*, [uelut][7] in quibus alter actor, alter reus est, qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. namque actor
240 est, qui desiderat aut exhiberi aut restitui, reus is est, a quo desideratur, ut exhibeat aut restituat. 158. Prohibitoriorum autem interdictorum [interdum] alia duplicia[8], alia simplicia sunt. 159. Simplicia sunt, uelut quibus prohibet praetor in loco sacro aut in flumine

---

1) deiecisti V. 2) ab eo *add. Hu.* 3) ∗∗∗de∗ (possidet?) V. 4) possideret V. 5) deicio *Fitting.* deici ∗ V. 6) n̄ (*i. e.* non) V. 7) uelut V *Inst.; del. Hu.* 8) duplici V.

13, 37 *sq.* 31, 91 *sq. pro Tull.* 12, 29. 19, 44. *ad fam.* 7, 13, 2. *de orat.* 1, 10, 41. *Script. Hist. Aug. Pesc. Nig.* 2, 7.

§ 155. *cf. D.* 43, 16, 14 (*Pomp.* 743). 43, 16, 3, 2—12 (*Ulp.* 1533). *Cic. pro Caec.* 8, 23. 11, 33 *sq.* 31, 89 *sq. pro Tullio fragm.* 1 (*demptum ex Victorin. p.* 209, 22 *ed. Halm*). *ad fam.* 15, 16, 3. armorum appellatione *etc.*] = *I.* 4, 15, 6. *cf. D.* 50, 16, 41 (*Gai.* 335). *Cic pro Caec.* 21, 60.

§§ 156—159. = *I.* 4, 15, 7 *cf. D.* 43, 1, 2 *pr.* (*Paul.* 745). in loco sacro] *cf. supra* 4, 140 in flumine publico] *cf. D.* 43, 13, 1 *pr.* (*Ulp.* 1516).

publico ripaue eius aliquid facere reum.[1] nam actor est[2], qui desiderat, ne quid fiat, reus is, qui aliquid facere conatur. 160. Duplicia sunt uelut VTI POSSIDETIS interdictum et VTRVBI. ideo autem duplicia uocantur, quod par[3] utriusque litigatoris in his condicio est, nec quisquam praecipue reus uel actor intellegitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet; quippe praetor pari sermone cum utroque[4] loquitur. nam[5] summa conceptio eorum interdictorum haec est: VTI NVNC[6] POSSIDETIS, QVO MINVS ITA POSSIDEATIS, VIM[7] FIERI VETO; item alterius: VTRVBI HIC HOMO, DE QVO AGITVR, APVD QVEM[8] MAIORE PARTE[9] HVIVS ANNI FVIT, QVO MINVS IS EVM DVCAT, VIM[7] FIERI VETO.

161. Expositis generibus interdictorum sequitur, ut de ordine et de exitu eorum dispiciamus; et incipiamus a simplicibus.[10] 162. *Si* igitur restitutorium uel exhibitorium interdictum redditur, uelut ut restituatur ei possessio, qui ui deiectus est, aut exhibeatur libertus, cui patronus operas indicere uellet, modo sine periculo res ad exitum perducitur, modo cum periculo. 163. Namque si arbitrum postulauerit is, cum quo

1) reum *Heffter.* eum V. 2) actor est *Inst.* actorum V. 3) piscar· V. 4) utrousque V. 5) non V. 6) nunc *Goeschen.* n. V. 7) uin V. 8) apud quem *ut glossema vocis* utrubi *del. Mommsen; sed cf. Partsch, Ztschr. Sav. Stiftg.* 31, 434. 9) maiore parte *Theophilus.* maiores partes V. 10) sinpublicibus V.

§ 160. = *I.* 4, 15, 7. *cf. supra* 4, 150. *D.* 43, 17, 3, 1 (*Ulp.* 1539). VTI POSSIDETIS] *cf. D.* 43, 16, 1 *pr.* (*Ulp.* 1522). *C* 8, 6, 1 (*a* 294). *Fest. v. possessio p.* 233 (*Bruns* II[7], 24). VTRVBI] *cf. D* 43, 31, 1 *pr.* (*Ulp.* 1621).

§ 161. *cf. Frontin. de contr agr. p.* 16, 3. 44, 4 *ed. Lachm.*

§ 162. *cf supra* 4, 141; 157. exhibeatur libertus] *cf. D.* 38, 1, 13, 2 (*Ulp.* 1076). 43, 1, 2, 1 (*Paul* 745).

§ 163. *cf. Ulp. Inst. fragm.* 5, 2. *Cic. pro Tull.* 23, 53. *lex Rubr. c.* 22 *v.* 34 (*Bruns* I[7], 100). quanti ea res est] *cf. D.* 43, 24, 22, 2 (*Ven.* 17). 6, 1, 68 (*Ulp.* 2987). 43, 5, 3, 11 (*Ulp.* 1480). 43, 8, 2, 44 (*Ulp.* 1505). 43, 16, 1, 41 (*Ulp.* 1529). 43,

241 t. s. agitur, accipit formulam, quae appellatur | arbitraria, et iudicis arbitrio si quid restitui uel exhiberi debeat, id sine periculo exhibet[1] aut restituit et ita absoluitur[2]; quod si nec restituat neque exhibeat, quanti ea res est, condemnatur.[3] sed et actor[4] sine poena experitur cum eo, *quem*[5] neque exhibere neque restituere quicquam oportet[6], praeterquam si calumniae iudicium ei oppositum fuerit[7] decimae partis. quamquam Proculo placu*it non esse permitten*dum[8] calumniae iudicio uti ei[9], qui arb.trum postulaue*rit*, quasi hoc ipso confessus uideatur restituere se uel exhibere debere. sed alio iure utimur et recte; potius[10] enim ut modestiore uia litiget[11], arbitrum quisque petit, quam quia confitetur. 164. *Ceterum*[12] obseruare debet is, qui uult arbitrum petere, ut statim petat, antequam ex[13] iure exeat, [id est antequam a praetore *dis*cedat]; sero enim petentibus non indulgetur.[14] 165. *Ita*que si arbitrum non petierit, sed tacitus de iure exierit, cum periculo res ad exitum perducitur.[15] nam actor prouocat aduersarium sponsione[16], *quod*[17] contra edictum praetoris non exhibuerit aut non restituerit; ille autem ad-

---

1) exhibeat V. 2) absoluit V. 3) condemnat V. 4) actores V. 5) quem *Hu.* q V. 6) oportet *Hu.* otere V. 7) fuit V. 8) placuit non esse permittendum *Goudsmit. de* V *cf. apographum.* 9) ei *Goudsmit.* eia V. 10) potius *Goudsmit.* tius V. 11) litigiet V. 12) *suppl. Hu.* 13) *expectari* de *censet Kalb. sed cf. Probi Einsidlensis notam infra citatam.* 14) indulgentur V. 15) pducit V. 16) sponsionem V. 17) *suppl. Krueger.* ni *Hu.*

24, 15, 7—12 (*Ulp.* 1600). 43, 26, 8, 4 (*Ulp.* 1609). 43, 1, 5 (*Paul.* 1860). 43, 3, 2, 2 (*Paul.* 747). 43, 16, 6 (*Paul.* 268). 43, 16, 15 (*Paul.* 1861). calumniae iudicium] *cf. infra* 4, 175; 181.

§ 164 *cf. Prob. Einsidl.* 70: R. A. Q. E. I. E. restituas antequam ex iure exeas.

§ 165. *cf. supra* 4, 141. *Cic. pro Caec.* 8, 23. 31, 91. 32, 92. *pro Tull.* 12, 30. 23, 53. *ad fam.* 7, 21. *Quintil. Inst. or.* 7, 5, 3. *lex Rubr. c.* 22 (*Bruns* II⁷, 100).

uersus sponsionem aduersarii restipulatur; deinde actor quidem sponsionis formulam edit aduersario, ille huic inuicem restipulationis. sed actor sponsionis *formulae subicit* et aliud iudicium de re restituenda uel exhibenda, ut si sponsione uicerit, nisi ei res exhibeatur aut restituatur[1], | ——— 242 t. s. | ——— 243 t. s. ———

166. | [2] ———[3] fructus licitando, is tantisper in possessione constituitur, si modo aduersario suo fructuaria stipu*latione cau*erit, cuius uis et potestas haec est, ut si contra eum *de possessione* pronun*tiatum fuer*it, eam summam aduersario soluat. haec autem licendi contentio fructus licitatio uocatur, scilicet quia ——— *vv.* 1½ ———| postea alter alterum sponsione prouocat, quod aduersus edictum praetoris possidenti sibi uis facta sit[4], et inuicem ambo restipulantur aduersus sponsionem: ———[5] una inter eos sponsio item*que re*stipulatio *una* ——— ad eam fit. | ——— *vv.* 2½ ——— 166ª. ———[6] iudex, apud quem de ea re agitur, illud scilicet requirit, 244

1) *Krueger sententiam Hollwegio duce sic perficit:* quanti ea res erit, aduersarius ei condemnetur. 2) *p.* 244 *usque ad v.* 13 *ter, a v.* 14 *ad* 24 *bis est scripta.* 3) *initium paginae cum Kruegero sic expleas:* et qui superauerit. *transiit Gaius in pagina antecedente, cuius praeter frustula minima nihil legi potest, ad interdicta duplicia exponenda.* 4) est V. 5) *Hu. suppl.:* uel stipulationibus iunctis duabus. *alii aliter.* 6) *initium paragraphi* 166ª *Hu. sic restituere conatus est:* deinde ab utroque editis formulis omnium sponsionum et restipulationum, quas fieri placuit. *cf.* § 165.

§ 166. fructuaria stipulatione] *cf. D.* 45, 1, 4, 2 (*Paul.* 1841). cauerit] *cf. infra* 4, 167. sponsione *etc.*] *cf. Cic. pro Caec.* 16. 45. *Quintil. Inst.* 7, 5, 3.

§ 166ª. Cascelliano . . iudicio] *cf. D.* 43, 17, 3, 11 (*Ulp.* 1542).

quod praetor interdicto conplexus est, uter eorum eum fundum easue aedes per id tempus, quo interdictum[1] redditur, nec ui nec clam nec precario possideret. cum iudex id explorauerit et forte secundum me iudicatum sit, aduersarium mihi et sponsionis et restipulationis summas, quas cum eo feci, condemnat et conuenienter me sponsionis[2] et restipulationis, quae mecum factae sunt, absoluit; et hoc amplius si apud aduersarium meum possessio *est*, quia[3] is fructus licitatione uicit, nisi restituat mihi possessionem, Cascel-
245 liano siue | secutorio iudicio condemnatur. 167. Ergo
t. s. is, qui fructus licitatione uicit, si non probat ad se pertinere possessionem, sponsionis et restipulationis et fructus licitationis summam[4] poenae nomine soluere et praeterea possessionem restituere iubetur et hoc amplius fructus, quos interea percepit, reddit; summa enim[5] fructus licitationis non pretium est fructuum, sed poenae nomine soluitur, quod quis alienam[6] possessionem per hoc tempus retinere et facultatem fruendi nancisci conatus est. 168. Ille autem, qui fructus licitatione uictus est, si non probauerit ad se pertinere possessionem, tantum sponsionis et restipulationis summam poenae nomine debet. 169. Admonendi tamen sumus liberum esse ei, qui fructus licitatione uictus erit, omissa fructuaria stipulatione, sicut Cascelliano siue secutorio iudicio de *possessione* reciperanda[7] experitur, ita *similiter*[8] de fructus licitatione agere. in quam rem proprium iudicium conparatum est, quod appellatur fructuarium, quo nomine actor iudicatum

---

1) interdicto V. 2) sponsiones V. 3) q̇ (*i. e.* quam) V 4) summas *Hu.* 5) *verba* fructus quos *usque ad* summa enim *bis scripta in* V. 6) aliena nam V. 7) reciperandae V. 8) similiter *Hu.* s****** V.

---

§ 169. *cf. supra* 4, 166. *Polyb.* 32, 2, 8. iudicatum solui] *cf. supra* 4, 91.

solui[1] satis accipit.[2] dicitur autem et hoc iudicium secutorium, quod sequitur sponsionis uictoriam; sed non aeque Cascellianum uocatur.[3] 170. Sed quia nonnulli interdicto reddito cetera ex interdicto facere nolebant atque ob id non poterat res expediri, praetor | 246
in eam rem prospexit et comparauit interdicta, quae t. s.
secundaria appellamus, quod secundo loco redduntur. quorum *uis et potestas* haec est, ut qui cetera ex interdicto non faciat[4], uelut qui uim non faciat aut fructus non liceatur[5] aut qui fructus licitationis satis[6] non det[7] aut si sponsiones[8] non faciat[4] sponsionumue[9] iudicia non accipiat, siue possideat, restituat[10] aduersario possessionem, *siue non* possideat[11], uim illi possidenti non faciat. itaque etsi alias potu*erit* interdicto VTI POSSIDETIS uincere, si cetera ex interdicto *fecisset* ——————[12], tamen per interdictum secundarium *uin|citur.* —————— *vv. 4* ——————|
|—————— *Sabi*nus et Cassius secuti fuerint ——————|
|—————————— *vv. 9* ——————————|
|—————————— *vv. 24* —————— 171. —————— 247
pecuniaria poena modo iurisiurandi[13] religione *coer*cen t. s.
——[14]. eaque praetor —— ideo —————— ad-
uersus in*fitiantes ex quibusdam* | causis dupli[15] actio 248
constituitur, uelut si iudicati aut depensi aut damni t. s

1) iudicatum solui *Hu.* is V. 2) accipiatur V. 3) uocat V. 4) facit V. 5) licetur V. 6) sata V. 7) dat V. 8) sponsionibus V. 9) sponsionumue *Krueger.* sponsionisue V. 10) si restituat V. 11) possideant (?) V. 12) *suppl. Hu.:* si non fecit. 13) iurisiurando V. 14) *sensum supple ex Inst.* 4, 16 *pr.* 15) duplici V.

§ 170. *cf. D.* 41, 2, 52, 2 (*Ven.* 8). 50, 17, 155, 1 (*Paul.* 758). *Cic. pro Caec.* 16, 45. *ad fam.* 7, 13, 2. *Frontin. de controv. agr. p.* 44, 5 *ed. Lachm.*

§ 171. *cf. I.* 4, 16 *pr.*; 1. *supra* 4, 9; 13. *D.* 13, 5, 18, 2 (*Ulp.* 796). *Cic. pro Rosc. Com.* 4, 10. 5, 14. *de offic.* 3, 16, 65. *lex Rubr. c.* 21 (*Bruns* II⁷, 99). *lex Iul. munic. v.* 40—45 (*Bruns* II⁷, 104).

iniuriae aut legatorum per damnationem relictorum[1] nomine agitur. ex quibusdam causis sponsionem facere permittitur, uelut de pecunia certa credita et pecunia constituta, sed certae[2] quidem creditae pecuniae tertiae partis, constitutae uero pecuniae partis dimidiae. 172. Quod si neque sponsionis neque dupli actionis periculum ei, cum quo agitur, iniungatur[3] ac ne statim quidem ab initio pluris quam simpli sit actio, permittit praetor iusiurandum[4] exigere NON CALVMNIAE CAVSA[5] INFITIAS IRE. unde quamuis heredes uel qui heredum loco habentur ——————[6] obligati sint[7], item feminae[8] pupillique[9] ex*imantur*[10] periculo sponsionis, iubet tamen eos iurare. 173. Statim autem[11] ab initio pluris quam simpli actio est uelut furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli, concepti et oblati tripli: nam ex his causis et aliis quibusdam, siue quis neget[12] siue fateatur, pluris quam simpli est actio.

174. Actoris quoque calumnia[13] coercetur modo calumniae iudicio, modo contrario, modo iureiurando, modo restipulatione. 175. Et quidem calumniae iudicium aduersus omnes actiones locum habet et est de-

1) relictum V. 2) certa V. 3) iniungatur *Lachmann.* coniungatur V 4) iurisiurandum V. 5) causae V. 6) *ad* simplo tenus *vestigia ducere videntur Studemundio teste; ex Bluhmii lectione fortasse conficere licet:* simpli nec amplius. 7) sunt V. 8) feminis V. 9) pupillisque V. 10) ex∗∗∗t V. 11) autem *Inst.* aũ V. 12) negat V. 13) calumniae V

§ 172. *cf. I.* 4, 16, 1. *D.* 10, 2, 44, 4 (*Paul.* 1740). *C.* 2, 58(59), 2 *pr.* (*a.* 531). *Nov.* 49, 3, 1 (*a.* 537). *Val. Prob.* 5, 11: N. K. C. non calumniae causa.

§ 173. *cf. I.* 4, 16, 1. *supra* 3, 189—191.

§ 174. *cf. I.* 4, 16, 1. calumniae iudicio] *infra* 4, 175—179. contrario] 4, 177. restipulatione] 4, 180.

§ 175. *cf. Cod. Herm. tit. De calumniat. ex Consult.* 6, 13 (*a.* 293). *Theoph.* 4, 16, 1c (*p.* 483 *Ferr.*). *Nov.* 112, 2 *pr.* (*a.* 541). *Iustiniani edict.* 7, 5. *Cic. pro Cluent.* 59, 163. *Gell.* 14, 2, 8. aduersus adsertorem] *cf. Paul.* 5, 33, 7.

cimae partis, *praeterquam quod*[1] aduersus adsertorem tertiae partis est. 176. Liberum est autem ei, cum quo agitur, aut calumniae iudicium opponere aut iusiurandum exigere NON CALVMNIAE CAVSA AGERE. 177. Contrarium autem iudicium ex certis causis constitu*itur*, | uelut si iniuriarum agatur et si cum muliere 249
eo nomine agatur, quod dic*atur*[2] uentris nomine in possessionem missa dolo malo ad alium possessionem transtulisse[3], et si quis eo nomine agat, quod dicat se a praetore in possessionem missum ab alio quo admissum non esse. sed aduersus iniuriarum quidem actionem[4] decimae partis datur, aduersus uero duas istas quintae. 178. Seuerior autem coercitio est per contrarium iudicium. nam[5] calumniae iudicio X. partis nemo damnatur[6] nisi qui intellegit non recte se agere, sed uexandi aduersarii gratia actionem instituit potiusque ex iudicis errore uel iniquitate uictoriam sperat quam ex causa ueritatis. calumnia enim in adfectu[7] est, sicut furti crimen. contrario uero iudicio omni modo damnatur actor, si causam non tenuerit, licet aliqua[8] opinione inductus crediderit se recte agere. 179. Vtique autem ex quibus causis contrario iudicio agi[9] potest, etiam calumniae iudicium locum habet;

1) praeterquam quod *suppl. Krueger; cf. supplementum apographi.* 2) dicetur V. 3) transtulisset V. 4) actionis V. 5) non V. 6) damnetur V. 7) adfectum V. 8) alia V. 9) agere V.

§ 176. *cf. infra* 4, 179. *Paul.* 2, 1, 2. *D.* 10, 2, 44, 4 (*Paul.* 1740). 12, 2, 34, 4 (*Ulp.* 760). 12, 2, 37 *et* 25, 2, 11, 1 (*Ulp.* 961). 39, 1, 5, 14 (*Ulp.* 1268). 39, 2, 7 *pr.* (*Ulp.* 1271). *C.* 4, 1, 9 (*a.* 294). *lex Rubr. c.* 20 (*Bruns* I[7], 97). *Cic. pro Rosc. Com.* 1, 4.

§ 177. si iniuriarum] *cf. Paul.* 5, 4, 11. *D.* 47, 10, 43 (*Gai.* 484). si cum muliere] *cf. D. tit.* 25, 5. quod dicat se a praetore] *cf. D. tit.* 43, 4.

§ 178. *cf. D.* 48, 16, 1, 1; 3; 4 (*Marcian.* 287). *C.* 9, 46, 3 (*Imp. Alex.*). furti] *cf. supra* 3, 197.

§ 179. *cf. supra* 4, 176.

sed alterutro tantum[1] iudicio agere permittitur. qua ratione si iusiurandum de calumnia[2] exactum fuerit, quemadmodum calumniae iudicium non datur, ita et contrarium non dari debet. 180. Restipulationis quoque poena ex certis causis fieri solet; et quemadmodum contrario iudicio omni modo condemnatur actor, si causam non tenuerit, nec requiritur, an scierit non recte se agere, ita etiam restipulationis poena omni | 250 modo damnatur actor, si uincere non potuerit. 181. Qui autem restipulationis poenam patitur, ei neque calumniae iudicium opponitur neque iurisiurandi religio iniungitur[3]; nam[4] contrarium iudicium ex his causis locum non habere palam est.

182. Quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt, uelut furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, item pro socio, fiduciae, tutelae, mandati, depositi. sed furti aut ui *bonorum* raptorum aut iniuriarum non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti, ut[5] in edicto praetoris scriptum est; et recte. plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis an ex contractu debitor sit. nec tamen[6] ulla parte edicti id ipsum nominatim exprimitur, ut aliquis ignominiosus sit[7], sed[8] qui prohibetur et pro alio postulare *et cognitorem*[9]

1) tm̄ (*i. e.* tamen) V. 2) calumniae V. 3) religio iniungitur] religioni iungitur V. 4) n̄ (*i. e.* non) V. 5) pacti ut] pactiit *aut* pactut V. 6) nec tamen *Krueger.* nam (?) V. 7) esset V. 8) s∗∗∗ V. 9) ∗∗gn∗tor V.

§ 180. *cf. supra* 4, 13; 171.

§ 181. *cf. supra* 4, 171; 172; 163.

§ 182. *cf. supra* 4, 60. *I.* 4, 16, 2. *D.* 3, 2, 1 (*Ulp.* 277). 3, 2, 4, 5 (*Ulp.* 282). 50, 16, 42 (*Ulp.* 1368). 48, 1, 7 (*Macer* 29). *Fr. Vat.* 322 *sq.* *Coll.* 10, 2, 4 (*Mod.* 9). *C. tit.* 2, 11 (12). *Cic. pro Rosc. Amerin.* 38, 111 *sq.* 40, 116. *pro Rosc. Com.* 6, 16. *pro Caec.* 3, 7. *pro Cluent.* 42, 119. *de orat.* 1, 36, 166 *Quintil. Decl* 250. *lex Iul. munic.* (*Bruns* I⁷, 107). *fragm. Atest.* (*Bruns* I⁷, 101). pacti] *cf. D.* 3, 2, 6, 3 (*Ulp.* 282). 3, 2, 5 (*Paul.* 140). 3, 2, 7 (*Paul.* 141). *C.* 2, 11 (12), 18 (*a.* 260). qui prohibetur] *cf. Quintil. Inst.* 3, 6, 71; 75. 4, 4, 6. 7, 1, 19; 20. 7, 5, 3.

dare procuratoremue habere, item *pro*curatorio aut cogni*to*rio nomine iudicio interuenire, ignominiosus esse *dicitur*.

183. In summa sciendum est eum, qui cum aliquo consistere uelit, *in ius uocare*[1] oportere et eum, qui uocatus est, si non uenerit[2], poenam ex edicto praetoris committere. quasdam tamen personas sine[3] permissu praetoris in ius uocare non licet, uelut parentes patronos patronas[4], item liberos et parentes patroni patronaeue; et in eum[5], qui aduersus ea egerit, poena constituitur. 184. Cum autem in ius uocatus fuerit aduersarius neque eo die[6] finiri potuerit negotium, uadimonium ei faciendum est, id est ut promittat se certo die sisti. 185. Fiunt autem[7] uadimonia quibusdam ex causis pura, id est sine satisdatione, quibusdam cum satisdatione, | quibusdam iureiurando, quibus- 251
dam recuperatoribus suppositis, id est, ut qui non steterit, is protinus a recuperatoribus in summam[8] uadimonii condemnetur; eaque singula diligenter praetoris edicto significantur. 186. Et si quidem iudicati depensiue agetur, tanti fit[9] uadimonium, quanti ea res

1) in ius uocare *suppl. Hu.* 2) uenierit V. 3) siue V. 4) patronas patronos V. 5) eam V. 6) eo die] odie V. 7) ā (*i. e.* aut) V. 8) summa V. 9) fiat V.

§ 183. *cf. supra* 4, 46 *ibiq. cit.; adde D.* 2, 4, 6 (*Paul* 1915). 2, 4, 13 (*Mod.* 131). *C.* 2, 2, 2 (*a.* 239). 2, 2, 3 (*a.* 287).

§ 184. *cf. supra* 3, 224. *Varro de l. l.* 6, 74 (*Bruns* II⁷, 57). *Cic. pro Quinct.* 5, 22. 6, 23; 25. 16, 51 *sq. pro Rosc. Com.* 13, 38. *Manil. Astron.* 1, 244. *Prob. Eins.* 63: V. F. I. uadimonium fieri iubere.

§ 185. *cf. D. tit.* 2, 8; 11. *Cic. ad Q. fratr.* 2, 13 (15), 3. *Ovid. amor.* 1, 12, 23. cum satisdatione] *cf. D.* 5, 1, 2, 6 (*Ulp.* 213). 50, 17, 110, 1 (*Paul* 148). *Cornel. Nep. Attic.* 9, 4. *Porphyr. ad Hor. sat.* 1, 1, 11. iureiurando] *cf. D.* 2, 8, 16 (*Paul.* 150). recuperatoribus] *cf. supra* 4, 105.

§ 186. *cf. D.* 2, 10, 3, 4 (*Iul.* 28). 45, 1, 115 *pr.* (*Pap.* 79). 2, 11, 4, 5 (*Ulp.* 1657). iudicati] *cf. supra* 4, 9; 102; 171. depensi] *cf. supra* 3, 127. 4, 9; 102; 171

erit; si uero ex ceteris causis, quanti actor iurauerit non[1] calumniae causa postulare sibi uadimonium promitti: nec tamen *pluris quam partis dimidiae nec*[2] pluribus quam sestertium C milibus fit uadimonium. itaque si centum milium res erit nec iudicati depensiue agetur[3], non plus quam sestertium quinquaginta milium[4] fit uadimonium. 187. Quas autem personas sine permissu praetoris inpune in ius uocare non possumus, easdem nec[5] uadimonio inuitas[6] obligare nobis[7] possumus, praeterquam si praetor aditus permittat.

1) nam (?) V 2) pluris — nec *suppl. Hu.* 3) ageretur V. 4) milia V. 5) ne V. 6) inuicas V. 7) non V.

§ 187. *cf. supra* 4, 183. *D.* 2, 6, 2 (*Call.* 35). 2, 6, 1 (*Paul.* 87). 2, 6, 3 (*Paul.* 135). 2, 8, 2, 2 (*Ulp.* 266). *Plaut Aulul.* 2, 4, 40 = 319.

CONSPECTVS RERVM.[1])

Omnes populi aut iure civili aut iure gentium utuntur 1, 1
constant autem iura ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus principum, magistratuum edictis, responsis prudentium . . . 1, 2—7
omne ius, quo utimur, vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones 1, 8

I. IVS QVOD AD PERSONAS PERTINET.

A. Omnes homines aut liberi sunt aut servi. 1, 9
liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini 1, 10
1) ingenui 1, 11
2) libertini aut cives Romani aut Latini aut dediticiorum numero sunt . . . 1, 12
a) qui dediticiorum numero fiant . . 1, 13—15
b) qui cives Romani et qui Latini fiant 1, 16—22
c) differentia condicionis libertinorum Latinorum eorumque qui dediticiorum numero sunt,
α) quod ad ius mortis causa capiendi testamentique faciendi . . . . 1, 23—25
β) quod ad modos pertinet, quibus ad civitatem Romanam pervenitur 1, 26—35
d) ad legem Aeliam Sentiam de manumissionibus . . . . . 1, 36—41; 47
e) ad legem Fufiam Caniniam de servis testamento manumittendis . . . . 1, 42—46
B. Quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae 1, 48
quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt 1, 49; 50

1) secundum Boeckingium, sed hic illic auctus et emendatus.

1) in potestate sunt 1, 51
a) servi dominorum . . . . . 1, 52—54
b) liberi nostri, quos 1, 55
α) procreavimus
αa) iustis nuptiis . . . . . 1, 56—64
αb) non iustis nuptiis, sed qui postea rediguntur in potestatem . . . . . 1, 65—96
β) adoptavimus . . . . . 1, 97—107
2) in manu nostra sunt feminae. eae in manum conveniunt . . . . 1, 108—110
α) usu 1, 111
β) farreo 1, 112
γ) coemptione, quam facit mulier
γa) aut matrimonii causa cum marito suo 1, 113
γb) aut fiduciae causa sive cum extraneo sive cum marito suo 1, 114—115b
3) in mancipio sunt liberorum earumve, quae in manu sunt, personae mancipatae . . . . 1, 116—123
quibus modis ii, qui alieno iuri subiecti sunt, eo iure liberentur 1, 124
1) qui in potestate sunt 1, 125
a) servi 1, 126
b) liberi . . . . . 1, 127—136
2) quae in manu sunt 1, 137
3) qui in mancipio sunt . . . . . 1, 138—141

C. Ex his personis, quae neque in potestate neque in manu neque in mancipio sunt, quaedam vel in tutela sunt vel in curatione, quaedam neutro iure tenentur . . 1, 142
1) prius dispiciamus de his, quae in tutela sunt 1, 143
a) quis et quomodo tutor fiat.
α) testamento tutor dari potest
αa) liberis, quos in potestate habemus . . . . . 1, 144—147
αb) uxori, quae in manu est. tutoris optio . . . . . 1, 148—154
β) legitima tutela.
βa) ingenui sunt in tutela adgnatorum (gentiliumve). ius adgnationis capitis deminutione perimitur . . . . . 1, 155—164a
βb) liberti sunt in patronorum tutela 1, 165 cf. 167

βc) ex causa mancipii manumissi sunt in tutela manumissorum . . . 1, 166; 166a
γ) cessicia tutela . . . . . 1, 168—172
δ) ex variis causis a magistratu petiti tutores . . . . . 1, 173—184
ε) a magistratu dati tutores . . . . 1, 185—187
ζ) de generibus et speciebus tutelarum 1, 188
b) impuberum tutela et feminarum inter se comparatae. de tutorum auctoritate 1, 189—193
c) quibus modis tutela finiatur . . . . 1, 194—196
2) de curatione 1, 197; 198
3) de satisdatione tutorum et curatorum 1, 199; 200

II. IVS QVOD AD RES PERTINET.

A. Res vel in nostro patrimonio sunt vel extra nostrum patrimonium habentur 2, 1
1) summa itaque rerum divisio: aliae sunt divini iuris, aliae humani . . 2, 2
a) divini iuris (nullius in bonis)
α) sunt res sacrae et religiosae . . . 2, 3—7
β) sanctae quoque res quodam modo divini iuris sunt 2, 8
b) humani iuris res (plerumque alicuius in bonis sunt) 2, 9
α) publicae (nullius videntur in bonis esse) } 2, 10—11
β) privatae (quae singulorum sunt) }
2) quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales . . . . 2, 12—14
3) res aut mancipi sunt aut nec mancipi 2, 14a—18
B. Singularum rerum adquisitiones (et alienationes).
1) per eam, cui adquiritur (vel a qua alienatur), personam.
a) civiles adquisitiones alienationesve
α) ab iis factae, qui ordinariam rei alienandae facultatem habent
αa) rerum corporalium.
ipsa rei nec mancipi traditio . . 2, 19—21
mancipatio, in iure cessio . . . 2, 22—27
αb) rerum incorporalium. res incorporales traditionem non recipiunt; sed aliae in iure cedi tantum possunt, ut iura praediorum urbanorum, ususfructus et hereditas,

aliae etiam mancipari possunt, ut iura praediorum rusticorum . . 2, 28—37
obligationes nihil eorum recipiunt, sed novatione transferuntur 2, 38; 39
αc) rerum mobilium immobiliumque, sive mancipi sunt sive nec mancipi, usucapio.
divisio dominii, ut alius possit ex iure Quiritium dominus esse, alius, donec usu ceperit, rem in bonis habere . . . . . 2, 40—42
earum rerum usucapio, quae non a domino nobis traditae sunt 2, 43; 44
usucapio aliquando non procedens alienae rei bonae fidei possessori . . . . . 2, 45—51
usucapio eius, qui scit alienam rem se possidere . . . . . 2, 52—61
β) aliquando dominus alienandae rei potestatem non habet, et qui dominus non est, alienare potest . . . . . 2, 62—64
b) naturales adquisitiones. 2, 65
α) traditio, occupatio, ex hostibus capio 2, 66—69
β) vis fluminis: alluvio, insula in flumine nata . . . . . 2, 70—72
γ) solo cedit superficies, planta in nostro posita, frumentum in nostro satum; item meum fit, quod in cartulis meis aliquis scripserit, sed non quod in tabula mea pinxerit. . . . . 2, 73—78
δ) si quis ex aliena materia novam speciem fecerit. 2, 79
2) adquisitiones alienationesque per eas personas, quae sub tutela sunt . 2, 80—85
3) adquiritur nobis etiam per eos, quos in potestate manu mancipiove habemus . . . . . 2, 86—96
C. Quibus modis per universitatem res nobis adquiruntur 2, 97; 98
1) de hereditatibus (et bonorum possessionibus) 2, 99
a) quae nobis ex testamento obveniunt 2, 100
α) testamentorum ordinatio.
αa) genera testamentorum tria. . . 2, 101—103
αb) testamentum per aes et libram . 2, 104—108
αc) testamenta militum . . . . . 2, 109—111

β) qui testamenta facere possunt . . . 2, 112—113
γ) testamenta secundum regulam iuris civilis facienda 2, 114
γa) ab initio non iure fiunt
herede non sollemni modo instituto . . . . . 2, 115—117
cum mulieres sine tutoris auctoritate testantur . . . . . 2, 118—122
suo herede praeterito . . . . 2, 123—129
γb) testamenta iure facta rumpuntur
adgnatione postumi . . . . 2, 130—137
quasi adgnatione . . . . . 2, 138—143
posteriore testamento 2, 144
γc) testamenta irrita fiunt capitis deminutione testatoris. . . . 2, 145—146
γd) praetor dat bonorum possessionem secundum tabulas testamenti ab initio non iure facti vel postea rupti vel irriti facti . . . . . 2, 147—150
ab intestato, si testamentum contraria voluntate infirmatum est . 2, 151; 151a
δ) heredes aut necessarii aut sui et necessarii aut extranei 2, 152
necessarius heres . . . . . 2, 153—155
sui et necessarii heredes. ius abstinendi . . . . . 2, 156—160
extranei heredes. ius deliberandi et cretio . . . . . 2, 161—173
ε) de substitutionibus:
vulgari . . . . . 2, 174—178
pupillari . . . . . 2, 179—184
ζ) de servis heredibus instituendis . . 2, 185—190
η) de legatis 2, 191
ηa) legatorum quattuor genera . . . 2, 192
per vindicationem . . . . . 2, 193—200
per damnationem . . . . . 2, 201—208
sinendi modo . . . . . 2, 209—215
per praeceptionem . . . . . 2, 216—223
ηb) de modo legatorum. lex Furia, Voconia, Falcidia . . . . . 2, 224—228
ηc) de inutiliter relictis legatis:
propter formam legati scripti . 2, 229—234
de poenae causa relictis legatis 2, 235—237
de legatis incertis personis relictis . . . . . 2, 238—243

de legatis ei, qui in potestate heredis, aut ab eo, qui in legatarii potestate sit, relictis . . . . 2, 244—245
ϑ) de fideicommissis 2, 246
ϑa) de hereditatibus fideicommissariis . . . . . 2, 247—259
ϑb) de singulis rebus ac libertatibus per fideicommissum relictis . . 2, 260—267
ι) differentiae fideicommissorum et legatorum 2, 268
ιa) quae nunc sunt . . . . . 2, 269—283
ιb) quae erant olim . . . . . 2, 284—288
ιc) tutoris datio directa esse debet 2, 289
b) intestatorum
α) ingenuorum
αa) ex iure civili:
sui heredes . . . . . 3, 1—8
agnati . . . . . 3, 9—16
gentiles 3, 17
αb) ex iure praetorio. cognatorum exclusiones aliaeque iuris civilis iniquitates emendatae . . . . 3, 18—25
gradus bonorum possessionis. 3, 26—31; 33
bonorum possessores loco heredum constituuntur 3, 32
bonorum possessio datur non modo emendandi gratia veteris iuris, sed etiam impugnandi (matri ex SC. Tertull.?) et confirmandi . . . . . 3, 33a—34
b. p. cum re aut sine re . . 3, 35—38
β) libertorum 3, 39
βa) civium Romanorum . . . . 3, 40—54 (72; 73)
βb) Latinorum . . . . . 3, 55—73
βc) qui dediticiorum numero sunt . 3, 74—76
2) bonorum emptiones . . . . . 3, 77—79
quid iuris bonorum possessoribus et bonorum emptoribus competat 3, 80; 81
3) si quis alieno iuri subicitur . . . 3, 82—84
4) hereditatis in iure cessio . . . . 3, 85—87

D. Obligationes. summa divisio in duas species diducitur: omnis enim obligatio vel ex contractu nascitur vel ex delicto 3, 88

1) obligationes, quae ex contractu nascuntur. harum quattuor genera sunt . 3, 89
a) adquiruntur nobis obligationes
α) per nosmet ipsos.
αa) re contractae obligationes (mutui datio et indebiti solutio) . . . 3, 90; 91
αb) verbis contractae obligationes . 3, 92—109
verborum obligationes ad alias accedentes:
de adstipulatoribus . . . . . 3, 110—114
de sponsoribus, fidepromissoribus, fideiussoribus . . . . . 3, 115—127
αc) litteris contractae obligationes . 3, 128—134
αd) consensu contractae obligationes 3, 135—138
emptio et venditio . . . . . 3, 139—141
locatio et conductio . . . . 3, 142—147
societas . . . . . 3, 148—154
mandatum . . . . . 3, 155—162
β) per eas personas, quae in nostra potestate, manu mancipiove sunt . . . 3, 163—167
b) tolluntur obligationes
α) solutione 3, 168
β) acceptilatione . . . . . 3, 169—172
γ) imaginaria solutione per aes et libram 3, 173—175
δ) novatione . . . . . 3, 176—179
ε) litis contestatione . . . . . 3, 180—181
2) obligationes, quae ex delicto nascuntur. 3, 182
a) furtum . . . . . 3, 183—208
b) vi bona rapta 3, 209
c) damnum iniuria datum . . . . . 3, 210—219
d) iniuria . . . . . 3, 220—225

III. IVS QVOD AD ACTIONES PERTINET.

A. Actiones.
1) divisiones earum
a) ex varia eorum substantia vel iure, quod persequimur.
α) duo actionum genera: in rem et in personam, vindicationes et condictiones 4, 1—5
β) aut rem tantum aut poenam tantum aut rem et poenam persequimur . . 4, 6—9
b) ex forma. quaedam ad legis actionem exprimuntur, quaedam sua vi ac potestate constant. 4, 10

α) legis actiones 4, 11
αa) lege agebatur modis quinque . . 4, 12
sacramento . . . . . 4, 13—17
per iudicis postulationem
per condictionem . . . . . 4, 17a—20
per manus iniectionem . . . . 4, 21—25
per pignoris capionem . . . . 4, 26—29
αb) legis actionibus maximam partem sublatis per formulas litigamus . 4, 30; 31
β) formulae
βa) genera formularum
ad legis actionem expressae formulae 4, 32; 33
alterius generis fictiones in quibusdam formulis . . . . . 4, 34—38
βb) partes formularum . . . . . 4, 39—44
βc) formularum pro ipsarum partium diversitate variae species et effectus:
in ius et in factum conceptae formulae . . . . . 4, 45—47
formularum condemnatio aut certae aut incertae pecuniae est 4, 48—52
de periculo in conceptione formularum ineundo:
in intentione, si plus petitur . 4, 53—56
in condemnatione 4, 57
in demonstratione, si falsum demonstratur. . . . . 4, 58—60
de formulis, in quibus interdum non solidum, quod nobis debetur, consequimur:
si de peculio agitur . . . . (4, 60)
si reus condemnatur in id, quod facere potest . . . . . (4, 60)
si agitur cum compensatione aut deductione . . . . . 4, 61—68
2) de actione instituenda et qui agere vel conveniri possunt. conveniri aut agere possumus . . . . . 4, 69 (cf. 82)
a) nostro nomine
b) alieno nomine
α) conveniri possumus
αa) ex contractu maleficiove earum personarum, quae in potestate nostra sunt

ex contractu (actiones quod iussu, exercitoria, institoria, tributoria, de peculio, de in rem verso) . . . . . 4, 70—74
ex maleficio (actiones noxales). 4, 75—79
αb) ex contractu earum personarum, quae in manu mancipiove sunt . 4, 80
αc) animalium nostrorum nomine . (4, 80)
αd) de hominum mortuorum noxae deditione 4, 81
β) de alieno nomine instituendis actionibus 4, 82
βa) qui alieno nomine agunt quomodo in litem substituantur . . . . 4, 83—85
βb) de formis actionum alieno nomine constitutarum 4, 86; 87
γ) de satisdationibus ab actoribus reisve exigendis . . . . . 4, 88—102
3) quibus modis actiones finiantur.
a) iudicia legitima et quae imperio continentur . . . . . 4, 103—109
b) perpetuae et temporales actiones . . . 4, 110; 111
c) quae actiones heredi aut in heredem neque competunt neque dantur 4, 112; 113
d) si reus ante rem iudicatam post acceptum iudicium satisfaciat actori 4, 114

B. Exceptiones 4, 115
1) proprie sic dictae.
a) causa, origo et forma exceptionum . . 4, 116—119
b) effectus: exceptiones peremptoriae, dilatoriae . . . . . 4, 120—125
2) replicatio, duplicatio, triplicatio . 4, 126—129
3) de praescriptionibus, quae receptae sunt pro actore . . . . . 4, 130—137

C. Interdicta 4, 138
1) interdictum decretumve quid sit . . 4, 139—141
2) divisiones interdictorum.
a) interdicta sunt aut prohibitoria aut restitutoria aut exhibitoria 4, 142
b) possessionis 4, 143
α) vel adipiscendae . . . . . 4, 144—147
β) vel retinendae . . . . . 4, 148—153
γ) vel reciperandae causa comparata interdicta 4, 154; 155

c) tertia divisio interdictorum in hoc est, quod 4, 156
α) simplicia sunt . . . . . 4, 157—159
β) aut duplicia 4, 158; 160
3) de ordine et exitu interdictorum. . 4, 161—170

D. De temere litigandi coercitionibus et de poenis,
1) quibus rei calumnia coercetur . . . . . 4, 171—173
2) quibus actoris calumnia coercetur . . 4, 174—181
3) iudicia quibus damnati ignominiosi fiant . 4, 182
4) de in ius vocando et de vadimoniis . . . 4, 183—187

GAI[1]

FRAGMENTVM INCERTVM.

1. Raro 'for' inuenitur, uerum in compositione, ut apud Gaium[2], reperimus 'effor' dictum.[3] — *Diomed. Gramm. Lat. ed. Keil* I, 379.

---

1) *quae Io. Lydus de mag.* 1, 34 *ex Gaio affert, omisimus, quippe quae ex Dig.* 1, 2, 2, 3; 4; 24 *sumpta sint ac ne Gai quidem sint, sed Pomponii.* 2) Cavium *codd., ed. Keil.* Caium *edd. antiquiores. Keil suspicatur Calvum (Licinium, Ciceronis aequalem) significari.* 3) *num ad Gaium hoc fragmentum pertineat, sane in incerto remanet.*